This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

Digitized by Google

Digitized by Google

2° Opp. 56 (7

Digitized by Google

C.I. 2078/4
fache de 12 vol.

<36616698520016 S

<36616698520016

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google



Io. Dom. Ferretti inv. et del. Carol. Gregorj sculp.

Digitized by Google


Digitized by Google

IOANNIS MEVRSI OPERVM VOLVMEN SEPTIMVM

EX RECENSIONE

IOANNIS LAMI

LVCVBRATIONES QVAE IN EO CONTINENTVR SEQVENS PAGINA INDICAT.



FLORENTIAE. CIↃ. IↃ. CC. XLVI.

SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS TYPIS

APVD TARTINIVM ET FRANCHIVM

CVM ADPROBATIONE.

NB 16-1970

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

GRaeca Meursiana edere pergentes in Tomum VII. alia Graecorum Scriptorum Opera, quae vel primus omnium, vel aliis accuratius ornatiusque, *Meursius* vulgavit, coniecimus: sunt autem, quae sequuntur. *Antigoni Carystii* Historiarum Mirabilium Collectanea cum Notis, prout iam *Meursius* publicaverat; & brevis de *Antigonis* variis Tractatus. Huic subiunguntur *Phlegontis* Tralliani, quae exstant, Opuscula, quorum illud, quod *De Rebus Mirabilibus* inscribitur, correctione egere creditur, Capite x. & xiii. quoad *Meursii* Adnotationes; quam quidem emendationem ab eruditissimo *Io. Alb. Fabricio* in *Bibliotheca Graeca Lib. IV. Cap. XIII. Vol. III.* repetimus, ubi sic scribit: *Neque probare possum Meursii emendationem, qui apud Phlegontem Cap. X. De Mirabilibus reponit nomina Marci Plautii & Sentii Augurini, quos ait Consules fuisse anno XVIII. Antonini Pii, Christi CLVI. quo pacto verisimile esset ad M. Aurelii usque imperium aetatem productam a Phlegonte. Sed haud dubie apud Phlegontem deletis verbis* ϗ Σέξτου Καρμινίου *reliqua iungenda, & legendum* Μάρκου Πλαυτίου Ὑψαίου ϗ Μάρκου Φουλβίου Φλάκκου, *qui Consules fuere anno Vrbis DCXXIX. ante Christum CXXV. Qui vero cum Augurino Consul fuit Anno Christi CLVI male vocatur in Onufrii Fastis M. Plautius Sylvanus, quae res Meursio fraudi fuit; nam e veteri Inscriptione apud Gruterum pag. CXXVIII. 5. constat, adpellatum esse M. Ceionium Silvanum, ut notavit illustris Norisius in Epistola Consulari; vel certe Iulium Silvanum, ut est in alia Inscriptione veteri, quam e Gudiana Collectione edidit doctissimus Cuperus in Epistola ad Almelovenium, Fastis huius Viri clariss. Consularibus praemissa. Idem Meursius male inter falsa habere iubet, quod Phlegon Cap. XIII. Mirabilium ex Apollonio Grammatico scribit, Tiberio propter urbes Asiae, quas terrae motu deletas suo sumtu restauravit, Colossum in foro Romae dedicatum positis infra singularum urbium statuis. Quin imo eius rei non modo memoria in numis exstat, sed si acutam Laur. Theodori Gronovii coniecturam sequimur, etiamnum hodie superest marmorea Colossi illius basis.* Deinde occurrit *Apollonii Dyscoli Historiae Commentitiae* Liber; & hic etiam Scholiis, seu potius Commentariis, uberibus *Io. Meursii* illustratus, qui & *de Apolloniis* Syntagma addidit; sicuti *Hesychii* Milesii *De Viris eruditione praestantibus* Liber, eodem modo ab *Meursio* expositus; cui tamen etiam *H. Stephani*, & *Hadrian. Iunii*, Virorum eruditissimorum, Notas, & Variantes Lectiones, ac locorum corruptorum Restitutiones, quales & *Meursius* fecit, adiecimus. Ast ipse *Meursius* deinde sua manu plura in suam editionem adnotaverat, quae Vir Clariss. *Gustavus Benzelptierna*, Regiae Bibliothecae Stokolmiensi Praefectus, a fratre suo *Erico Benzelio* Episcopo Lincopensi descripta, mecum perhumaniter communicavit, & de quibus actum est in eius Epistolis, Praefatione primi Voluminis productis *pag. XXII.* & in Epistola mea edita in Praefatione Voluminis quincti *pag. VI.* Illa autem sunt, quae sequuntur:

Ioan. Meursii Adnotata MSS. ad Hesychium ab eo editum Lugd. Bat. 1613. 8. In Notis.

Col. 208. *lin.* 37. Simile opus praeter alios olim Callimachus scripsit &c. Heic additur in margine: *etiam Hermippus. Videatur Etymologici Auctor* 112. *& Suidas in* Ἴστρος. *Col.* 211. *lin.* 52. post verba: tum in Eliacis additur: *item Longinus* περὶ ὕψυς. *Col.* 212. *lin.* 31. & Isigonus Nicaeensis, additur: *Fuit autem filius Democharidis, vel Caustrobii, ut aliquibus placet, claruitque Olympiade quinquagesima. Vide Euseb. pag.* 320 *Col.* 230. *lin.* 26. additur: *alii AEtolos dicunt. Vid. Iustinus lib. XXVIII. pag.* 228. *alii Thebanos. Vid. Artemidor. lib. IV. cap. LXV. Col.* 233. *lin.* 32. ad verba: sed eius tantum Historia laudatur, additur: *Scripsit libros Historiarum XXVII. Vide Euseb.* 330. *a. Col.* 234. *lin.* 17. post verba: ϗ μόρα, additur: *citatque eius* Ἐτυμολογουμένων ά *Athaenaeus idem lib. III. Col.* 238. *lin.* 35. post verba: ineptit Suidas, additur: *Scripsit Theogoniam ad quinque millia versuum, ut testis Diogenes Laertius in eius Vita. Ibid. lin.* 58. post verba: eius errores ostendit, additur: Ποιμενικὰ *citat Proclus in Hesiodum pag.* 135. Σκευογραφικὸν *Pollux* 455. Καταμερίσμυς *Achilles Tatius in Arat. pag.* 96 Τὰ πρὸς Βαίτωνα *Diogenes Laertius* 624. *Col.* 239. *lin.* 37. post verba ἐν Ἑρμῇ προσαγορέυει additur: *Achilles Tatius in Aratum.* ὡς ἔφην Ἄρατος ἐν τῷ Κανόνι, ϗ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ. *& mox iterum*: μέμνηται δὲ αὐτῦ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ λέγων &c. *Col.* 255. *lin* 21. post verba: manifestus dissensus additur: *vide iterum Pausaniam in Phocicis & Laconicis. Col.* 270. *lin.* 25. post verba τῆς Καίσαρος ἀδελφῆς additur: *Lucianus in Macrobiis Stoicum facit, & Tiberii quoque Caesaris praeceptorem. Vide Tom. II. pag.* 792. *Ibid. lin.* 34. post verbum ἐπεκαλεῖτο additur: *vide & Suidam in* Ἀντιφῶν Σοφίλου. *Col.* 274. *lin.* 28. post locum ex Suida adlegatum in medio paginae additur post verbum ἤγαγε: *Immo* Μετόικιον *simpliciter dicebatur. Plutarchus in Lycurgo*: Τελώνυ δέ ποτε ἐπιβαλόντος &c. *Col.* 280. *lin.* 24. post voces ϗ λοιπὰ additur: *Sed legendum* ἐν βιβλίοις ιβ΄. *Anonymus in Collect. Histor.* Θεόπομπος τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις — ἐν βιβλίοις ιβ΄. *Vide Diodorum Siculum pag.* 303. *& eumdem Anonymum iterum pag.* 327. *b. Col.* 282. *lin.* 46. θεσπέσια corrigitur in θαυμάσια. *Col.* 289. *lin.* 46. post θυννοθήρα additur: *item Aelianus in Hist. Animalium lib. XV. cap. VI. Ibid. lin.* 52. post verba, a Vesta incipiens additur: *Videatur Scholiastes Theocriti Idyllio II. pag.* 26. *Col.* 299. *lin* 25. Φιλητᾶς Κῶος additur: *alii quoque Rhodum faciunt. Theocriti Scholiast. Idyll. VII. Col.* 300. *lin.* 14. φοινικικὰ additur: *quae de Sanchoniatonis Poeni libris Punica lingua scriptis transtulit libris VIII. Porph. de Abst.* 87. *Ibid. lin.* 44. Michael Glycas in Annalibus, additur: *Citatur & Philo Historicus a Theodoreto De Adfect. Graecor. p.* 109. *& Atheniensis a Sixto* 202. *& Thebanus. Plutarchus Vit.* 1267. *Senior. Iosephus* 1051. *Col.* 305. *lin.* 64. post *Ita Marcianus* additur: *Philostratus Sophist. lib II. in Marco.* μετὰ ταῦτα γὰρ ἥκων ὁ Μάρκος &c. *Col.* 312. *lin.* 40. sunt adpellati, additur: *Arrianus in Epictetum lib. II. cap. XVIII.* ἐκεῖνον ἐπικαλῦ βοηθὸν &c. Hactenus ab *Meursio* adnotata.

Non praetermittendum heic, a *Fabricio* coniecturam *Meursii* non probari, ubi Col. 206. scribit, se putare hoc *Hesychii* opusculum *Diogenis Laertii* Epitomen esse, itaque in sua Bibliotheca Graeca literis mandavit: *Ceterum superest adhuc* libellus *Hesychii Illustris* περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ δια-

λαμ-

λαμψάντων σοφῶν, De his qui eruditionis fama claruerunt, *digestus ordine nominum Alphabetico, & iisdem passim verbis, quibus utitur Laertius, pauca quaedam de illis perstringens. Meminit eius Suidas, qui vocat* ὀνοματολόγον ἢ πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν: *quia vero subiungit* ἧς ἐπιτομή ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον, *hoc potest ita intelligi, ut duos libros eiusdem argumenti composuerit Hesychius, unum uberiorem, quem Callimachi exemplo inscripserit* πίνακα; *& alterum, qui hodie exstat, breviorem* ὀνοματολόγον, *qui fuerit prioris veluti Epitome. Equidem Meursius putat subplenda esse verba*: Διογένην τὸν Λαέρτιον μιμησάμενος, ἧς ἐπιτομή ἐστι τὸ παρὸν βιβλίον. *Sed quamquam plurima e Laertio iisdem, ut iam dixi, verbis repetiit, Epitomen tamen Laertii neutiquam praestat, ne dicam Codicem nullum Suidae MS. coniecturae Meursii audaciori suffragari, & Hesychium multa referre de quibus in Laertio ne γρύ.*

Post Viros eruditione praestantes *Res patriae Constantinopoleos* ab eodem *Hesychio* scriptae consequuntur, sed in hac Meursiana editione, quae tamen a *Phil. Labbeo* recusa est, nonnulla castigant *Leo Allatius* ad *Eustathii Hexaemeron pag.* 126. & *Gisbertus Cuperus Libro IV. Observationum Cap.* 14. Et *Allatii* quidem animadversiones ita habent: *Aegre fert calamus ciconiarum in Byzantios beneficii non comminisci, quarum ope civitas illa noxam serpentum depulit. Dinaeo namque Byzantiorum duce plurimi dracones illam infestabant, & perniciem civibus adferebant: eos inductarum ciconiarum ope sustulerunt. Postea quum ciconiae noxiae essent civibus, multisque mortem adferrent, quod serpentes in puteos iniicerent, sicque aquas infestarent, vel quod in cives in triviis insperato proiicerent, populo metu anxio, & consilii inopi, opem tulit Tyaneus Apollonius tribus ciconiis e lapide inter se obversis erectis, quae deinceps aliis ciconiis ne urbem adscenderent erant impedimento. Huius historiae auctor est Hesychius Milesius libello de rebus patriis Constantinopolitanis. Verba eius sunt.* Μικρὸν μὲν ὕστερον διαβὰς, *Dinaeus nempe*, ἐν τῇ πόλει, καὶ τοὺς βαρβάρους ἀπωσάμενος, αὐτὸς ἐστρατήγησε τοῦ δήμου τῶν Βυζαντίων. καθ' οὓς δὴ χρόνους καὶ δρακόντων πλεῖστα μένη ἐπεφοίτησε τῇ πόλει, ὡς τοὺς οἰκοῦντας αὐτὴν διαφθείρεσθαι, οὓς δὴ τῇ τῶν καλουμένων πελαργῶν ὀρνίθων ἐπιφορᾷ διεχρήσαντο, Ποσειδῶνος ὥς φασι συνεργήσαντος. οὐ μετὰ πολὺ δὲ καὶ τῶν ὀρνίθων αὐτοῖς ἐναντία φρονούντων, καὶ θανάτων αἰτίαν ἐπαγόντων, τούς τε ἁλισκομένους αὐτοῖς ὄφεις πρὸς τὰς τῶν ὑδάτων δεξαμένας ἀκοντιζόντων, καὶ τοῖς γε πολίταις ἀφανῶς ἐπιβαλλόντων, ἐν ἀφασίᾳ διετέλουν. ἀνὴρ δέ τις τῶν ἐκ Τυάνων τοὔνομα Ἀπολλώνιος ἐκ λίθου ξεστοῦ τρεῖς ἀνεστήσατο πελαργοὺς ἀντιπροσώπως ἀλλήλοις ὁρῶντες, οἳ καὶ μέχρι τῶν νῦν διαμένουσι τῶν χρόνων, οὐ συγχωροῦντες ἐπιφοιτῆσαι τῇ πόλει τὸ τῶν πελαργῶν μένος. *quae perperam aliter Latine interpretata sunt, quum sententiae auctoris Graecae Latina non respondeant. Non enim ciconiae ex aquis extrahebant serpentes, quos in plateas publicas proiicerent; sed ciconiae sublatos serpentes, partim in puteos, sive cisternas, demittebant, quorum veneno aquae inficiebantur, ideoque civibus bibentibus noxiae, vel saltim subspectae, reddebantur; partim super ipsos cives aliud agentes, vel rebus aliis in triviis, & plateis publicis, incumbentes, praeter spem, & absque eo quod ipsi id odorarentur, coniiciebant, quare cives, & metu periculi, & remedii ignari, maximis urgebantur angustiis. Simili errore, & pari sententiae ignoratione in simillimis verbis & eadem materia, quamvis in auctore diverso, interpretatus est verba Graeca Georgius Dousa in Georgii Codini libello de rebus patriis Constantinopoleos, quum ita scripserit.* Non longe post, quum aves inimicum animum induissent, mortem insuper inferrent, & serpentes in aqua captos in viam publicam proiicerent, cives stupore perculsi erant. Et haec quidem *Allatius*. *Gisbertus* autem *Cuperus* loco citato insequentia habet:

In

Digitized by Google

In Hesychii Milesii *libello, quem de rebus novae Romae, sive Constantinopoleos, conscripsit, primusque* Ioannes Meursius *e Bibliotheca Serenissimi Electoris Palatini edidit, vertit, & notis illustravit, supersunt nonnulla loca, quae non modo viri doctissimi curam, summamque diligentiam, fugerunt, sed & digna mihi visa sunt, ut integritati, & nitori pristino, restituantur. Et ecce in ipso limine obfert se difficultas, oculosqae quasi ferit naevus, qui totum sensum plane invertit & obscurum reddit :* Annis post Augustum (*ita Interpres*) Caesarem CCCLXXI. quum Roma vetus, eiusque res ad fines pervenissent *Constantinus Constantii F.* imperio potitus novam condidit, quae illi par haberetur, sub tyrannis, sive regibus, optimatibusque, ac populo ad istam tandem magnitudinem evecta. *Si Graeca cum Latinis conferantur, nequaquam ea convenire facili opera; ultimaque verba, quantum equidem mihi videtur, sensum nullum recipere, patebit: qui ut sit, post* προςάξας *sive* haberetur, *ponendum signum, quo sententia absolvitur, quodque vulgo punctum vocant; deinde scribendum:* Ἤδη δεῖ μὲν γὰρ: *id est:* Iam enim decebat, vel necesse erat eam, quae & tyrannidem, vel regnum, & Aristocratiam, necnon Democratiam, experta esset, tandem ad eam magnitudinem adscendere.

Mox de Byzantii conditoribus loquens scribit, alios narrare Megarenses ex insula oriundos illic adpulisse, duce Byzante: Ἕτεροι δὲ Μεγαρεῖς ἱςόρησαν ἀπὸ νήσου τὸ γένος κατάγοντας εἰσπλεῦν ἐν αὐτῷ ποιησαμένους *&c. Quum iam ante biennium animadvertissem, legendum esse,* ἀπὸ Νίσου, *idest,* Niso, *qui* Pandionis *fuit filius, & Attica in quatuor partes divisa, Megaridem sorte obtinuit, uti docent* Strabo lib. IX. *&* Pausanias lib I. *beneficio doctissimi* Iacobi Gronovii *inspexi praestantissimi* Lambecii *notas in* Codini *Origines Constantinopolitanas, edoctusque sum, eum* Hesychium, *&* Codinum, *faede itidem corruptum, emendasse. Monere tamen hoc libuit, quia non parum correctionem certissimam firmant auctores alii, qui inter conditores Byzantii Megarenses numerant. Nam* Constantinus Porphyrogenneta lib. II. Th. I. *memoriae mandat, Byzantium* Μεγαρέων, ἢ Λακεδαιμονίων ἢ Βοιωτῶν τῶν ἀρχαιοτάτων Ἑλλήνων *coloniam esse.* Philostratus lib. I de Vita Soph. *eos* οἰκιςὰς Βυζαντίων, conditores Byzantiorum *adpellare non dubitat; &* Marcianus *Heracleota canit, eos Selimbriam prius, ac inde Byzantium, condidisse;*

> . . . . . καὶ Σαμίων ἀποικία
> Πέρινθος ἐςιν· ἐχομένη δὲ Σελιμβρία
> Ἥν οἱ Μεγαρεῖς κτίζουσι πρὶν Βυζάντιον
> Ἐξῆς Μεγαρέων εὐτυχῶν Βυζάντιον:

> . . . . . Samiorum colonia
> Perinthus est: proxima huic Selimbria,
> Quam Megarenses condiderunt antequam Byzantium:
> Hinc sequitur Megarensium felicium Byzantium.

Et cum Auctore nostro, eorum ducem Byzantem Stephanus lib. de Vrb. *atque* Eustathius *ad Dionysium Periegetem, qui possunt videri, nominant; licet melius* Isaacus Vossius *Vir Maximus* ad Iustin. *statuat, urbem a Byzante primo exstructam; deinceps An. II. Olymp.* XXX. *a Megarensibus conditam: inde a Milesiis deductam coloniam, tandemque a* Pausania, *esse.*

Ἀνὴρ δέ τις τῶν ἐκ Τυάνων τοὔνομα Ἀπολλώνιος: Vir quidam Tyanis oriundus Apollonius nomine. *Narrat* Hesychius, Dinaeo *Byzantii principatum* ob-

Digitized by Google

obtinente ante tempora Philippi *Macedonum Regis*, *& patris* Alexandri, *urbem primo a draconibus fuisse infestatam*; *deinde iis a ciconiarum agmine necatis*, *ipsas aves iratas*, *serpentes* πρὸς τὰς τῶν ὑδάτων δεξαμενὰς *i. e.* in cisternas (*pessime vulgo vertitur* , quos enim serpentes ex aquis extraxerant) *& plateas publicas abiecisse*; *illudque quum aegre haberet cives*, Apollonium *quemdam Tyanis oriundum tres ciconias e polito lapide fecisse sibi invicem obversas*, *atque ita factum esse*, *ut illac aves Byzantium non intrent*. *Notat doctissimus* Meursius *huius historiae etiam meminisse* Nicephorum Callistum , Cedrenum, & Ioannem Tzetzem Chil. II. Hist. LX. Philostratum *autem*, *qui vitam Apollonii libris octo conscripsit*, *nullam facere mentionem*. *Sane haec quid sibi velint*, *non video*. Hesychius *narrat historiam accidisse ante tempora* Philippi. Apollonius *vero*, *cuius vitam* Philostratus *composuit*, Caii , Neronis , Domitiani , & Nervae, *quo imperante mortem obiit* , *principatibus vixit*. *Adeo ut vel insignis sit* ἀνιςορησία, *vel plures fuerint* Apollonii Tyanei *magica arte insignes*. *Nam* Tzetzes *diserte hoc tribuit* Apollonio, *qui floruit* Neronis *temporibus*, & *his cisternas adpellat* δεξαμενὰς, *quomodo &* Strabonem & Galenum *loquutum esse notarunt Eruditi*.

Μέχρι μὲν οὖ περιῆν Σεβῆρος, καὶ ὁ τούτου παῖς Ἀντονῖνος, ἡ πόλις Ἀντωνινία προσηγορεύετο· ἐπειδὴ δὲ τοῖς θείοις τῶν βασιλείων ἀπεδόθη, αὖθις τὸ Βυζάντιον ὠνομάζετο : Et quidem quousque *Severus* superstes fuit , eiusque filius *Antoninus* , urbs Antoninia adpellata fuit : sed divinis Imperatoribus postquam restituta, iterum Byzantii nomen accepit. *Abit paululum a nostro* Codinus , *traditque Byzantium dictam esse Antoniniam quousque* Severus *vixit* , *a filio eius* Antonino. *Atque ambo procul dubio loquuntur de* L. Septimio Severo, & *filio eius* Caracalla , *qui absolute* Antoninus (*quod nomen qua de caussa illi datum sit docet* Spartianus cap. x. Sev.) *vocatur non modo a nostro*, *sed & a* Suida in v. ψυχαγωγεῖν (*ubi ex* Dione lib. LXXVII. VII. *scribo* περὶ Κομόδου τοῦ τε πατρὸς αὐτοῦ, *quia narrat* Antoninum Caracallam , *quum per noctem ab umbris patris* , *fratrisque agitaretur* , *multorum animas* , *praesertimque patris* , *& Commodi evocasse*) Oppiano, *auctore Chronici Orientalis*, *pag.* 54. *necnon in Numis* Antoninus Pius Aug. *Scilicet quum Byzantini* Nigri *partibus faverent* , *teste* Spartiano cap. VIII. Severus *victor & iratus eos Perinthiis servire coëgit* , *quemadmodum tradit* Hesychius. *Sed postea placatus Imp. per filium* Antoninum Caracallam *iura vetera restituit*, *ut* Spartianus cap. I. Carac. *& publica opera exstruxit* , *ut* Hesychius *narrat*. *Atque ab illo tempore credo vocatam fuisse* Antoniniam *in honorem* Antonini, *sive nomine* , *ut* Caracallae *gratiam redderent* , *adsumto* , *sive ab Imp. dato*, *atque illud obtinuisse* , *usque dum restituta* divinis Imperatoribus *est*. *Sed qui erunt hi divini Imperatores? an* Macrinus , *an* Heliogabalus , *an* Alexander Severus, *qui* Caracallam *proxime sequuti sunt* , *an alii*? *Mihi equidem res obscura est* , *idque eo magis*, *quia alius alium excepit* , *nec simul mortuo* Caracalla *duo Imperatores regnarunt*, *quibus urbs potuerit restitui*, *neque illa ab Imperio Romano fuerit divulsa*. *Verto quapropter*; postquam inter Deos relatus est, *hoc est*, Caracalla, *vel* Severus. *Significat enim* Hesychius cap. XIX. Sev. XI. Carac. *Byzantium vivis* Severo, & Caracalla, *quorum ille a Senatu* , *gentilibus* , *liberisque*; *hic a* Macrino, *timore militum*, *ac maxime Praetorianorum in numerum Deorum relatus est*, *tradente* Spartiano, Antoniniam *fuisse vocatum* , *mortuis vero ipsis*, *nomen pristinum fuisse restitutum*, *quod & clare* , *atque aperte* do-

Digitized by Google

docet Eustathius in Dion. Perieg. ὀνομασθῆναι δέ ποτε αὐτὸ, *ait*, καὶ Ἀντωνίαν ἕως περιῆν Σεβῆρος καὶ ὁ ἐκείνου παῖς Ἀντονῖνος: Olim narrant & vocatam fuisse *Antoniam* (*alii scribunt* Antoniniam) dum viverent *Severus*, & filius eius *Antoninus*.

Post *Hesychium* sequitur *Bessarionis* Cardinalis Epistola ad Paedagogum filiorum *Thomae Palaeologi*, quam ab ipso *Meursio Hesychii* editioni coniunctam separare noluimus; cui subiiciuntur *Constantini Manassis* Annales, quibus ex Codice MS. Riccardiano variantes lectiones, & nostras nonnullas, itemque *Io. Leunclavii*, Notas, suis locis addidimus. Notas alias in alia editione additas consulto omisimus, ne a *Meursii* editione nimis recederemus; quum nobis propositum non fuerit omnia, quaecumque a Viris doctis in aliquod opus elucubrata & animadversa fuerunt, heic congerere; id quod & in *Hesychii*, & in *Georgii Codini* Originibus Constantinopolitanis servavimus, eruditum Lectorem ad Parisiensem editionem in Byzantinis Historicis amandantes. *Georgii Codini* Excerpta ex Libro Chronico de Originibus Constantinopolitanis deinde habentur, quae quidem integrius edita, & exactius Latine versa, a *Petr. Lambecio*, Viro doctissimo, fuerunt; hancque Interpretationem e regione Graeci contextus Lambeciani adposuimus. Non videtur tamen hic silentio praetereundum, quod laudatus *Leo Allatius* in *Dissert. I. De Libris Graecorum* in *Meursii Observationum ad Codinum* correctionem adducit, quodque ita habet: *Nec abs re fuerit observare, quae in Meursium animadverterat Gretserus in Codinum lib. III. cap.* 8. Meursius admodum anxie monet, ne quis, quum audit, quatuor Evangelia lecta esse, subspicetur, Tetrabiblon Evangeliorum, hoc est ipsos integros quatuor Evangeliorum commentarios lectos esse, quod nimis longum fuisset. Itaque articulum τὰ praepositum vocabulo τέσσαρα exsulare iubet; sed si Graecorum Rituales libros diligentius inspexisset, aliter puto super hac re enunciasset. Ita enim Typicum Sabae cap. 38. agens de hac magnae hebdomadis feria secunda. ἀναγινώσκεται δὲ τὸ τετραευαγγέλιον τῇ β'. τῇ γ'. καὶ τῇ δ'. καὶ πληροῦται. *Leguntur quatuor Evangelia feria secunda, tertia, quarta, & absolvuntur.* Ne autem subspiceris, tantum partem aliquam ex quatuor Evangeliis lectam esse, audi eiusdem Typici auctorem eodem loco. Εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον εὐαγγέλιον ὅλον ἀναγινώσκεται. ὁμοίως καὶ τὸ κατὰ Μάρκον, καὶ τὸ κατὰ Λουκᾶν. τὸ δὲ κατὰ Ἰωάννην ἀναγινώσκεται ἄχρι τῆς ἀρχῆς τῶν ἁγίων παθῶν. ἀναγινώσκεται δὲ οὕτως ἐν ταῖς τρισὶν ἡμέραις, ἤγουν β'. γ'. καὶ δ'. καὶ πληροῦνται ἐν ταῖς ὥραις. γίνεται δὲ τὸ κατὰ Λουκᾶν ἀναγνώσεις τρεῖς. τὰ δ' ἄλλα ἀπὸ δευτέρου ὁμοῦ ἀναγνώσεις θ', καὶ ὥρας θ'. καὶ πλέον οὐδέν. *Scire oportet Evangelium S. Matthaei totum legi* (*Nota*, totum) *similiter S. Marci, & S. Lucae: at Evangelium S. Ioannis legitur, usque ad principium salutiferae Passionis. Leguntur autem sic Evangelia tribus diebus, nempe feria secunda, tertia, & quarta: & absolvuntur in horis. Evangelium S. Lucae tribus lectionibus perficitur, reliqua similiter, ut simul fiant novem lectiones ad horam nonam, & nihil amplius.* Ex his iam Meursius non Codinum, sed sua emendare poterit, & si quid emendandum sit, potius expungam illud τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ, quia magna feria quinta non legebatur τὸ τετραευαγγέλιον, quippe quod praecedente die, videlicet magna feria quarta iam absolutum erat, ut ex Typico Sabae audivimus, nisi forte in Palatio Constantinopolitano Tetrabibli lectio ad quintam ipsam feriam magnam extenderetur. Quamvis ipsum quoque Triodium Graecorum cum Typico Sabae concinat, cuius haec sunt verba. *Legitur etiam Tetraevangelium secunda, tertia, &*

quar-

Digitized by Google

quarta feria, καὶ πληροῦται, *& completur, seu terminatur*. Hactenus *Allatius* Quanta nobis cura fuerit hosce Meursianae editionis Scriptores adquirere, & quanta diligentia eos perquisierimus, constare potest ex Epistolis V. Cl. *Io. Guill. Feverlini*, *&* *Iac. Brukeri*, quas in Praefatione primi Voluminis *pag.* xxv. & xxvi. protulimus.

Postea occurrit *Theodori Metochitae*, ut *Meursius* credidit, Historiae Romanae Liber singularis, qualem ipse *Meursius* publici iuris fecerat. Etsi enim Eruditi omnes iam noverint, hoc Romanae Historiae ἀποσπασμάτιον, quod sub *Metochitae* nomine *Meursius* edidit, nihil aliud esse, quam Libri III. Annalium *Michaelis Glycae* initium, quod ab integro operis corpore separatum, atque divulsum, in *Meursii* manus sub titulo falso devenerit; nihilo tamen minus heic mutilum & detruncatum iterum excudere, nec vastum copiosumque *Glycae* Syntagma addendo subplere, nobis adrisit, ut ex iis, quae *Meursius* elaboravit & edidit, nihil omitteremus; & a superfluis, & iis, quae per manus omnium circumferuntur, ingerendis abstineremus. Haec quidem praecedit *Nicephori Gregorae* Oratio funebris in mortem Magni Logothetae, *Theodori Metochitae*, qualis in Meursiana editione habebatur, nisi quod Latina Interpretatio, quemadmodum ἀποσπασματίῳ illi Romanae Historiae, addita est; nihil enim sine Latina Interpretatione, quoad fieri possit, edere heic animum induximus. *Philostrati* Lemnii Epistolas post *Pseudo-Metochitam* edidimus, cum Latina Interpretatione, & accuratis criticisque Notis. Quanta cura *Philostrati* Epistolas quaesiverimus, testis esse potest V. Cl. *Balthas. Starckii* Epistola in Praefatione primi Voluminis producta *pag.* xxiv Deinde succedit *Herodis Attici* Inscriptio, quae talis a nobis edita est, qualem iam *Isaacus Casaubonus* vulgaverat, ex ἀντιγράφῳ, quod hic *Davidi Hoeschelio* Augustam Vindelicorum miserat; quodque ipsissimum nobiscum communicavit Vir longe eruditissimus & humanissimus *Iacobus Brukerus* Augustanus; in quo ipsius *Hoeschelii* Adnotationes quaedam, & subplementa manu exarata exstabant, quaeque heic etiam addita sunt. Sed semper laudandus *Brukerus* non illorum tantum me participem esse voluit, transmisit etiam Latinam *Io. Meursii* Interpretationem Versibus Hexametris factam, quam ille ad memoratum *Dav. Hoeschelium* miserat; ideoque hanc pariter in fine adtexuimus. De hisce omnibus actum fuerat in Epistolis eiusdem *Iac. Brukeri*, quas in Praefatione primi Voluminis publici iuris fecimus, *pag.* XIII. & XVI. Id in caussa fuit, cur *Cl. Salmasii* eruditissimum ad hanc Inscriptionem Commentarium omiserimus; nostra enim tantum intererat producere, quae *Meursius* elaboraverat; quumque *Meursius* suam Inscriptionis Herodianae Interpretationem Casaubonianae editioni adscripserit, *Casauboni* etiam Adnotationes edere operae pretium esse, tunc arbitratus sum.

Ast, quum *Salmasius* quaedam ab *Casaubono* scripta & adfirmata, vel corrigat, vel confutet, atque in multis errare eum demonstret, ad rem omnino esse arbitror ex universo & prolixiore eius Commentario quaedam excerpere, quae *Casauboni* Observationes castigent, & lucem nitidam liquidamque Inscriptioni Herodianae foenerentur; quando integrum opus heic recudere, ob prolixitatem, non adridet. Itaque, quum & illud peccaverit *Casaubonus*, quod hanc Inscriptionem ad *Herodem* Regem pertinere crediderit, quod & ipse *pag.* 877. monui, initium Salmasianarum Notarum primum proferendum est, ubi de vero hu-

Digitized by Google

ius Inscriptionis auctore luculenter agit. Illud autem ita habet: *Egregium, ac praeclarum vetustatis monumentum, & quo nobilius, atque illustrius, aliud non habet luculentus ille veterum Inscriptionum Thesaurus summo labore, mirabilique industria, a Grutero nostro Vir. Cl. collectus. Quis autem fuerit huius egregiae Inscriptionis auctor, quaesivere Viri doctissimi. Atque ipse quidem Herodem se nominat illo versu:*

Ὑμμὶ γὰρ Ἡρώδης ἱερὴν ἀνὰ γαῖαν ἔηκε

Sed quis iste Herodes, rex an privatus, liber an servus, albus an ater, fuerit, tam nesciri scio, quam vix sciri posse arbitror. De privato regem facere voluere docti homines, quibus testibus, aut argumentis, nondum adsequi potui. Nihil enim tale ex tota Inscriptione, legas, ac perlegas licebit, elicere possis Nam quod illum trigesimum Inscriptionis versum adducunt, ad regnum regiumque genus isti Herodi adserendum, si sententiam eius versiculi pensiculatius explorassent, aliud eos pronuntiaturos fuisse non dubito. Vt concedam Herodem, qui heic nominatur, fuisse illum magnum Iudaeorum regem, (quod minime tamen concedo) illo tamen testimonio, quo volunt, regnum eius confirmari stabilirique, nihil invalidius esse, nihil incertius adfirmare ausim, immo nihil falsius. Quod ostendam pluribus ad locum ipsum. Nunc illam de Herode rege opinionem paucis confutemus. Aiunt Magnum Herodem, quem Iudaeis regem imposuit Augustus, ut versutum, ac versatilem in omnibus rebus, sic in religione quoque fuisse, quam saepe ad arbitrium & suum, & aliorum, mutabat, temporibus & locis eam accommodans, quam Augusto gratificari studeret, a quo precarium regnum obtinuerat. Illum igitur, qui his moribus esset praeditus, & religione non aliter quam quodam ambitionis instrumento uteretur, ceterorum principum, ac potentum more, inter Iudaeos quidem pro Iudaeo se gessisse, inter Graecos Graecam consuetudinem, & ceremoniarum ritum, usurpasse. Non iam de Herode, atque eius religione disputo, nec abnuo quin his moribus fuerit; sed an haec eius Inscriptio fuerit: quod ut credamus, non illa sola ratio potest efficere, quae de Herodis ambitione, & cupiditate, imperii sui monumenta ad posteros transferendi adfertur. Adeo enim verisimile non est regem heic Herodem designari, ut potius incredibile prorsus mihi videatur, ullam eius hac Inscriptione fieri mentionem. Nimis multa sunt, quae hanc sententiam refellant. Illud omnium maxime: quis enim credat, aut cuinam probabile videri queat, tantae celebritatis loco, ac tam urbi propinquo, callidum principem, & qui gratificari cuperet Augusto, tribus ab urbe milliaribus, in fundo suo posita columna regem adpellari se voluisse, nec regem quidem simpliciter, sed generis humani regem? Quis haec potuisset videre, quis potuisset pati, ut Iudaeae regulus, qui principum Romanorum beneficio regnum obtinebat, honorem divinae domus ambiret, & titulum dominorum suorum usurparet? Ambitiosus sane fuerit; non fuisse tam stultum facile mihi persuadeo. Satis enim habuisset Ἰουδαίων βασιλῆα *inscribere se, non* χθονίων. *Omitto alia longe absurdiora, quae illam interpretationem sequerentur, & plura suo loco dicemus. Diximus, qua licuit, & ostendimus hunc Herodem, cuius in hac Inscriptione nomen positum est, nec fuisse, nec esse posse, regem illum Herodem, quem Antonius & Augustus imposuere Iudaeis. Alium igitur Herodem quaeramus. Si post regem notissimus aliquis quaerendus est, notiorem alium non novi Herode Attico, celeberrimo Rhetore temporibus Hadriani, Antonini Pii, & Marci Philosophi, Imperatorum. Quem auctorem huius antiqui monumenti, non iniura posset ali-*

quis

Digitized by Google

quis subspicari, vel hac maxime ratione, quod in alium magis convenienter haec subspicio cadere non possit. Haud valde validum, inquies, argumentum. Nec ego sane pro valido, aut valde firmo, vendito. Sed coniecturae tantum vice illud propono, quam eo nomine mihi blandiri non inficias eo, quod nihil absurdi prae se ferat, ut illa de Herode Tetrarcha, utpote quae nec fundum habeat, nec rationem. Spectata praeterea consuetudine illius Herodis Attici, quam refert in eius vita Philostratus, magis magisque in eam sententententiam accedo. Scribit enim hunc Rhetorem alumnorum suorum statuas solitum consecrare, in agris, in siluis, ad fontes, & aliis celeberrimis locis, cum imprecationibus eorum, qui moverent illas sede sua, vel detraherent, quod aperte in hac fundi dedicatione factum ab illo videmus. Locus Philostrati est egregius, & huc eximie facit: εἰκόνας γῦν ἀνετίθει σφῶν θηρώντων τε κ̣ τεθηρακότων, κ̣ τεθηρασόντων· τὰς μὲν ἐν δρυμοῖς· τὰς δ' ἐπ' ἀγροῖς· τὰς δὲ πρὸς πηγαῖς· τὰς δὲ ὑπὸ σκιαῖς πλατάνων, ὐκ ἀφανῶς, ἀλλὰ ξὺν ἀραῖς τῦ περικόψοντος, ἢ κινήσοντος.

Quis non adgnoscit eumdem in hac Inscriptione genium, & in illa Farnesianae columnae eiusdem, & auctoris, & argumenti? Vides enim Herodem statuas deliciis suis ponentem, venantum habitu, & fundum hunc θεοῖς συμβώμοις *dedicantem,* σὺν ἀραῖς τῦ μετακινήσαντος. *Nam* ἀραὶ *nunquam concipiebantur absque alicuius ex Diis inferis compellatione, atque adtestatione, ut in hac Inscriptione:*

Μήτω νήποινον βῶλον μίαν ἢ ἕνα λᾶαν
Ο'χλίσσαι, ἐπεὶ ὐ μοίρεων ἀτρέες ἀνάγκαι.

Adpellat paullo post testem, & vindicem Ditem, sive Plutonem:

——— ἐπεὶ τιμάορος ἴςωρ.
Καὶ γὰρ Α'θηναίη περὶ οἱ χθόνιον βασιλῆα
Νηῷ ἐγκατέθηκε. ———

Et in illa Farnesiana: ὐδενὶ θεμιτὸν μετακινῆσαι ἐκ τῦ Τριοπίυ. *Omnes igitur huiuscemodi consecrationes* ξὺν ἀραῖς *sunt conceptae, & maiorem religionem continent, quam quae sine imprecationibus fiunt. Hoc est, quod dixit Philostratus,* ὐκ ἀφανῶς, ἀλλὰ ξὺν ἀραῖς τῦ κινήσοντος. *Non enim latere, aut dissimulari, poterant consecrationes, & dedicationes* ξὺν ἀραῖς *factae. Periculum quippe magnum significabant, & denuntiabant iis, qui adversus consecrationis legem fecissent. Nec poterat aliquis ignorantiae excusatione defungi. Tenebantur enim omnes inquirere, & sciscitari, quaenam esset loci religio. Alias contemtui religionis haec voluntaria ignorantia adscribebatur, quod clare demonstratur in fine huius Inscriptionis, his verbis:*

Εἰ δὲ τῷ ἄκλυτα ταῦτα, κ̣ ὐκ ἐπιπεύσεται ἀυτῶν,
Α'λλ' ἀτοτιμήσει, μή οἱ νήτιτα γένηται. *id est,*

Si cui haec inaudita fuerint, neque sciscitatus fuerit,
Sed insuper habuerit, non impune ferat.

Dedicationes aliter conceptae ἀφανέες *erant, ut parvae auctoritatis, & nullius pene religionis, vim enim religionis intendunt imprecationes adiectae. Nulla autem consecratio paullo maioris momenti fiebat, absque* ἀρῶν *adiectione. De qua nos alibi pluribus in nostris ad Historiam Augustam Animadversionibus. Hinc in ista Inscriptione,* μοῖραι, πλύτων, νέμεσις, ἀλάςωρ, ἐριννύς. *Et in Farnesiana:* δαίμων ἐνοδία, κόρη, χθόνιοι θεοί. *Hi enim omnes* χθόνιοι θεοὶ *sunt, & horum adpellatione dirae, & imprecationes, in consecrationibus concipiebantur. Sed haec hactenus. Quaestionis autem posset esse, unde Atheniensis ille Rhetor vel Sophista, loco tam propinquo urbis Romae aedificare, & dedicare* Τριόπιον *instituerit, & an fundum eo loci ita adpellatum* ha-

Digitized by Google

habuerit? Sed quare dubitemus, quum haec Inscriptio dubitationem omnem tollat? Herodes nomen Romanum non est. Graeculum igitur oportet esse, cuius hoc Τριόπιον *fuit, tribus milliaribus ab urbe distans. Quaecumque igitur dubitandi caussa in huius Herodis Attici persona potest intervenire, & in alium quemvis Herodem cadet. De hoc autem Herode Athenienfi propterea minus dubitamus, quod sciam eum multa opera, & aedificia publica, multis locis in Italia & Graecia, & instaurasse, & de novo fecisse; statuas, templa, balnea, aquarum ductus, simulacra multa posuisse: ditissimus enim fuit, & magnificentissimus: de quibus vide Philostratum in eius vita. Is refert Canusium eum in Italia moenibus instaurasse, inducta aqua, cuius maxime illud oppidum indigebat.* ᾤκισε δὲ, *inquit*, ϗ τὸ ἐν Ἰταλίᾳ Κανύσιον ἡμερώσας ὕδατι μάλα τούτου δεόμενον. *Quominus mirum sit* Τριόπιον, *fundum sic adpellatum, in via Appia dedicasse. Nam & Consul fuit hic Herodes, & Marci praeceptor, & uxorem Regillam duxerat, sororem Braduae nobilissimi viri & consularis, cuius nomen corruptum est apud Philostratum:* ἐπὶ τούτοις ὡς ἀληθέσι γράφεται αὐτὸν φόνον Βραδείας ὁ τῆς Ῥηγίλλης ἀδελφὸς εὐδοκιμώτατος ὢν ἐν ὑπάτοις. *Scribendum*, Βραδούας ὁ τῆς Ῥηγίλλης ἀδελφός. *Duos Braduas consules in Fastis reperio, unum M. Atilium Braduam, qui consul fuit cum Annio Trebonio Gallo sub Traiano: alterum Appium Annium Braduam, qui cum T. Vibio Varo consulatum gessit sub Antonino Pio Imperatore: utrius horum soror fuerit Regilla, uxor Herodis, alio loco disquiram. Mihi tamen propemodum constat M. Atilii Braduae sororem fuisse; rationes alibi reddam. Haec de auctore huius monumenti dixisse sufficiat. Sit sane quilibet, dum ne sit Iudaeus ille. De Attico valde mihi placeret, quod dubitanter a me dictum velim: quis etiam adfirmare ausit? Dicam tamen, non alium mihi notum Herodem, cui magis adscribi conveniat hanc veterem* ἐπιγραφήν.

Deinde *Salmasius* merito *Casaubonum* perstringere videtur, quod Minervam, & Nemesim συγχόρτους in eo loco colendas instituisse *Herodem* scripserit, quum Deos in eodem templo, & eadem ara positos συγχόρτους qui vocet, poetam, aut oratorem aliquem non viderit. Ita autem commentatur ad illud: ΗΤΕΠΙΕΡΓΑ ΒΡΟΤΩΝ :: ΛΑΙΣ) *legebat vir doctissimus Casaubonus:* ὁράεις· ἐπὶ ἔργα βροτῶν ὁράεις· *quod & ipsum mihi placeret, nam id sequuti sumus in versione, nisi longius paullo discedere videretur a veteris scripturae vestigiis, quae praefert* λάεις *cum unius literae defectu. Fuit cum putarem literam non deesse, & esse integrum*, λάεις, *quae vox idem significat, quod* ὁράεις· *hinc Grammatici* λέοντα *dictum putant* ἀπὸ τοῦ λάειν, *quod animal sit* ὀξυδερκέστατον. *Hesychius:* λάετε, βλέπετε, σκοπεῖτε. *legitur hodie apud Hesychium*, Λάτεται. *sed contumax syllaba repugnat: correpta enim prima est in* λάειν, *quae sic esset producenda. Homerus:* Ἀσπαίροντα λάων. *Quum igitur una litera videatur in saxo derasa esse, subspicor legendum:* Ἡ δ' ἐπὶ ἔργα βροτῶν ἐλάεις· *quae opera hominum exagitas, & insequeris: mala scilicet, & improba facinora. Pharnuthus de Nemesi:* ἀπὸ τοῦ λανθάνειν ὄπισθεν, ϗ παρατηρεῖν τὰ πραττόμενα ὑφ' ἡμῶν, ϗ κολάζειν τὰ κολάσεως ἄξια. *Id autem* ἐπελαύνειν *significat. Non potui propius effingere veterem scripturam; posset & videri Aeolice scriptum* ἐλάϊς, *ut* βοάϊς· *quod Aeolum proprium est.* Non minus autem erudite confutat, quae commentatur *Casaubonus* ad illud: ΔΗΜΟΝ ΔΗΩΙΟ Φ. ΤΡΙΟΠΑΟ) Demoe, *inquit Festus*, apud Atticos sunt, ut apud nos pagi. *Totum illud territorium, sive fundum, & quicquid muro incluserat, & Diis consecraverat Herodes, Triopium vocabatur, ut certo scimus ex Farnesiana columna:* οὐδενὶ θεμιτὸν μετακινῆσαι ἐκ Τριοπίου, ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ τρίτου, ἐν τῇ

ὁδῷ

ὁδῷ τῇ Α'ππίᾳ ἐν τῷ Ἡρώδου ἀγρῷ. *Non igitur totus ager ille Herodis, quem secundum viam Appiam possidebat, Triopium dicebatur; sed certa tantum eius portio, quam muro sepserat, Adrastae & Minervae consecrarat, & monumentum sibi suisque aedificaverat. Hanc agri sui partem, in qua monumentum, &* τέμενος, *quare Triopum indigetarit Herodes, eius est tantum, qui divinandi facultate pollet, dicere. A Triopa quidem Triopium denominatum ostendit: an quia Triopae ibi aedes dicata fuerit, ut velle videtur doctissimus Casaubonus? Nugae: non enim hoc dicit auctor: immo plane contrarium licet colligere ex hac Inscriptione, in qua mentionem facit* Τριοπείου ἐριννύος, *& Triopam numen Cereris laesisse tradit, & eius novalem excidisse, & devastasse. Praeterea Triopam Heroem cultum fuisse Graecis, nec ex Poetis, nec ex Historicis, compertum habemus, praesertim quum de quo Triopa heic intelligendum sit, nobis probe constet. Is enim Triopas accipi debet, qui pater Erysichthonis fuit, ut inferius ostendemus. Vnde vero cultus Triopae in Italia? Nam ibi fere tantum colebantur Heroes, ubi erant eorum sepulcra &* ἡρῷα. *Fallitur etiam vir eruditus, qui totum illud territorium, secundum viam Appiam, in quo situs erat Herodis fundus,* Τριόπιον *dictum esse vult. Longe aliud suadet Inscriptio Farnesiana, ex qua plane colligas,* Τριόπιον *in Herodis agro fuisse tantum adpellatum illud* τέμενος, *&* ἀπότμημα *fundi, in quo sibi monumentum, & suis heredibus struxerat Herodes. Quum enim sic habeat Inscriptio:* οὐδενὶ θεμιτὸν μετακινῆσαι ἐκ Τριοπίου· *inde sequeretur necessario, totum illum tractum Diis fuisse sacrum, ex quo nihil tangi moverique fas esset. Atqui nec totum agrum suum ab Herode dedicatum eadem Inscriptio satis evidenter demonstrat, dum illud* Τριόπιον *in agro Herodis esse positum declarat.* ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ τρίτου, ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Α'ππίᾳ, ἐν τῷ Ἡρώδου ἀγρῷ. *Solum igitur* Τριόπιον *erat Diis sacratum, reliquus autem Herodis ager minime sacer. Ab illo Triopio, totum pagum* δῆμον τριόπαο *heic vocat. Sed quare a Triopa, aut cur Triopium hoc Herodis monumentum? an quod a Triopa ultimam generis originem repeteret? De nobilitate Herodis haec Philostratus:* ὁ σοφιστὴς Ἡρώδης ἐτέλει μὲν ἐκ πατέρων ἐς τοὺς δισυπάτους. ἀνέφερε δὲ ἐς τὰ τῶν Αἰακιδῶν, οὓς ξυμμάχους ποτὲ ἡ Ἑλλὰς ἐπὶ τὸν Πέρσην ἐποιεῖτο· ἀπηξίου δὲ οὐδὲ τὸν Μιλτιάδην, οὐδὲ τὸν Κίμωνα, ὡς ἄνδρε ἀρίστω καὶ πολλοῦ ἀξίω Α'θηναίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι περὶ τὰ Μηδικά. *Sed haec nihil ad Triopam, vel Triopium: cuius denominationis rationem nescire me ingenue fateor, nec omnia fas est scire. Triopium locus Cnidi ab hoc Triopa cognominatum. Hic enim Triopas Canaces & Neptuni filius fuit, atque inde Aeolides dictus* πατρωνυμικῶς. *Nam Canace Aeoli filia, ut postea dicetur.*

ΔΗΩΟΙΟ) Cereris filium Triopam *vertit heic Casaubonus: quasi* Δηῷος *hoc loco* πατρωνυμικὸν *esset: in quo falsus est.* Δηῷος *enim heic* ἐπιθετικὸς, *non* πατρωνυμικῶς *dictum est, nec habet formam Patronymicorum;* Δηωΐδης *quippe diceretur. Sic* Deoida divam *Proserpinam Cereris filiam vocavit Ovidius:*

—— raptam Deoida divam

Praeterea quis Triopam Cereris filium dixit? is enim de quo heic intelligitur, Canaces filius fuit, ut infra dicemus. Alius Triopas inter reges Argivorum septimo loco ponitur a veteribus, Phorbantis filius, sed ne hic Cereris filius fuisse memoratur. Alius item Triopas Abantis filius veteri Theocriti Sholiastae ex Iasone rerum Cnidiarum scriptore celebratur. Meminit & Eustathius cuiusdam Triopae Perrhaeborum regis, quem filius Carnabas violenter in imperio se gerentem occidit, & praemia tyrannidis proposita meruit. Triopas vero de quo heic sermo est, & quem Deoum *vocat*

Digitized by Google

cat Herodes, is est, quem Iphimediae patrem nominat Apollodorus in primo Bibliothecae. Sed quare Δηῷος *ille nuncupatur? An quia Cereris cultui in primis deditus fuit? Triopium enim ab illo nomen accepit in insula Cnido, in quo Ceres eximie colebatur. Callimachus Hymno in Cererem:*

—— θεᾷ δ' ἐπεμαίνετο χώρῳ,
Ὅσσον Ἐλευσῖνι, Τριόπῳ θ' ὅσον, ὅκκοσον Ἔννᾳ.

Sed & Dotio urbe Thessalia, in qua regnabat Triopas, & lucum & templum Ceres habebat, & praecipuo cultu ibi venerabatur. Atque hinc fortassean Δηῷον Τριόπαν *vocarit auctor huius carminis. Sed quia in hoc eodem carmine dicitur Triopas Cereris numen laesisse, & eius lucum excidisse, atque inde* Τριόπειος Ἐριννὺς *in fine carminis adpellatur, propterea* Δηῷον Τριόπαν *adpellavit, quasi cerritum* καὶ θεοχόλωτον. *Nam fame ab Cerere immissa ita vehementer laboravit, ut nulla re posset satiari. Sic* Δημητριακοὺς *Greci vocant, quos ira Cereris in furorem, aut aliud* πάθος θεήλατον *dedit. De filio tamen Triopae Erysichthone, non de Triopa ipso hoc narratur a veteribus. Fuerit igitur* μνημονικὸν ἁμάρτημα *auctoris, vel* Τριόπαν ἀντὶ τοῦ Τριοπίδαν *usurparit more Poetis usitato, qui* Οἰδιπόδας *vocare consuerunt Oedipodis filios Polynicem & Eteoclem. In hoc autem Triopio* Κίονες Δήμητρος καὶ Κόρης *statuuntur ab eius loci dedicatore. Sic igitur nobis placet* Δηῷον *hoc loco accipi. Nam Cereris filium interpretari nullomodo possumus.*

Sic idem *Salmasius* scribit ad illud: ΤΟΦΡΑ ΚΕ ΚΑΙ ΤΡΙΟΠΕΙΑΙ] *Triopeas denominari vult Minervam & Nemesim a Triopio, hoc est loco ipsis consecrato. Notum est apud veteres Diis cognomina indita ex locis, in quibus colebantur. Hinc* Τριόπειαι *Nemesis, & Minerva a Triopio, quod ipsis consecravit Herodes, ut Nemesis Rhamnusia a pago Atticae Rhamnunte, ubi colebatur, & Pallas Attica & Ceres Attica, quarum Athenis praecipuus cultus erat institutus. Ceterum quod ex his verbis liquere putat vir doctissimus, non solum aedem Triopae Triopeium dictam, sed etiam illud universum territorium, & hanc rationem adfert, quod non poterant Minerva, & Nemesis Triopeae cognominari a Triopio templo, id iam abunde supra confutavimus. Primum aedem Triopae in illo loco nullam fuisse certum est. Deinde satis liquet ex Inscriptione Farnesiana Triopium non totum territorium fuisse nominatum, sed illam tantum possessionis partem, quam muris incluserat Herodes, & his deabus dedicaverat, ut ex hac etiam Inscriptione patet. A Triopio igitur Triopeae Minerva & Nemesis; ut a Triopio urbe Cariae, vel Cnidiae, Triopius Apollo, Triopius Neptunus, & Triopiae Nymphae. Nam ibi colebantur, & in eorum divorum honorem certamen quotannis instaurabatur. Scholiastes Theocriti:* ἡ τῶν Δωριέων πεντάπολις, Λίνδος, Ἰάλυσος, Κάμειρος, Κῶς, Κνίδος· ἄγεται δὲ κοινῇ ὑπὸ τῶν Δωρίεων ἀγὼν ἐν Τριόπῳ, Νύμφαις, Ἀπόλλωνι, Ποσειδῶνι· καλεῖται δὲ Δώριος ὁ ἀγὼν, ὡς Ἀριστείδης φησί. *Meminit Herodotus Triopii Apollinis tantum, non Neptuni, aut Nympharum, apud quem, &* Τριοπικοῦ ἱεροῦ *mentio. Hoc vero* Τριόπιον *Herodis unde nomen sumserit, ignoro.* Τριόπου *quidem ipse dicit* ἐπώνυμον. *Sed quae eius denominationis ratio sit, non video. Vnde enim hic Triopas, & quare huic loco nomen dedit? Nam aedem Triopae in eo loco fuisse, quis nobis indicavit? aut quis nos docuit Triopam hunc pro Deo fuisse cultum veteribus? Deinde quum hic Herodes in isto Triopio simulacra Minervae, Nemesis, & Neptuni, constituerit, & dedicaverit, atque etiam Cereris & Proserpinae, non ab aliquo horum Deorum locum fuisse adpellatum miror, sed ex loco Diis potius cognomina imposita, ut Triopei dicerentur. An a triquetra forma* Τριόπιον *sic locus dictus est? nam* ὄψ *est*

ὄψις

ὄψις. *unde & Τρίοψ ὁ τρίπους Hesychius:* Τρίοψ ὁ ὑπὸ τῶν πυθαγορικῶν ἐν Δελφοῖς τρίπους. *Quum igitur hic ager Herodis tres fines spectaret, atque in trifinio positus esset, atque* Τριόπιον *propterea diceretur, Herodes ipse,* ἀποσεμνύνων ἐ ἀπαρχαΐζων τὸν τόπον, ἐπώνυμον Τριόπα *esse dixit. Et sane verum est* Τριόπιον *a trina facie dictum, &* Τριόπος *etiam esse* ἐπώνυμον. *Immo, ut rem clarius explicemus, in agro Herodis ad viam Appiam hoc* Τριόπιον *constitutum est, quod sibi suisque monumentum esset, &* Τριόπιον *dictum quod in trifinio esset positum; ut plurimum enim monumenta in finibus collocabantur. Innocentius:* Ipsum terminum & ipsum locum directura trifinium facit; circa Musileum in pedes LXX. amplius ped. minus invenies, trifinium subter rivum significat. *Sed & in trifiniis, & quadrifiniis. Aggenus:* Moesilea vero habent iuris sui hortorum modum circumiacentem, vel praescriptum agri finem. *Haec sunt Frontini verba, quae Aggenus exponens scribit:* Nam locos frequenter in trifinio, & quadrifinio invenimus, sicut in suburbanis, & circa publica itinera constitutum esse perspicimus; *perperam in editionibus verba Frontini, cum Aggeni expositione confusa habentur, & male ibidem legitur:* Nam lucos frequenter; *legendum enim* locos. Locos *vocat Aggenus, quae* Moesilea *Frontino. Iuvenalis:*

Quum tamen a figulis munitam intraverit urbem,

Sarcophago contentus erit. *Ibi vetus Scholiastes*, Sarcophagum, locum *exponit:* exiguo loco contentus erit. *Hinc apud Anastasium de vitis Pontificum*, locos colere *pro* sepulcra colere, *pro quo dixit Ado Floriacensis in eadem Historia*, loculos colere; loculi *enim, &* locelli *sunt* γλωσσόκομα. *Nam & sic Graeci vocant* arcas *quibus corpora conduntur. Sic apud Vlpianum* locus *pro monumento dicitur:* Si quis locum vendiderit, & idem venditor ab herede emtoris in eo sepultus fuerit, actio de evictione intercidit. Hoc casu enim emtor proprietatem amisit; *ubi manifesto locus est Moesileum, ut Frontinus adpellat. Triopium igitur istud nihil aliud fuit quam monumentum ab Herode in trifinio constructum, & inde* Τριόπιον *adpellatum, quod parum videntur animadvertisse doctissimi Viri, quod illi versus apertissimi indicant:*

Ἱερὸς οὗτος ὁ χῶρος· ἀκίνητοι δὲ θέσθαι
Καὶ πολυτίμητοι κ̀ ὑποσχεῖν οὖας ἑτοῖμαι.
Μηδέ τις ἡμερίδων ὄρχους, ἢ ἐνάλσεα δένδρων
Ἢ ποίην χιλῷ εὐαλδεῖ χλωρὰ θέυσαν
Δμωῇ κυανέῳ Ἀΐδος ῥέξαις μακέλλῃ,
Σῆμα νέον τεύχων ἠὲ πρότερον κεραΐζων.
Οὐ θέμις ἀμφὶ νέκυσσι βαλεῖν ἱερόχθονα βῶλον
Πλὴν ὅ, κεν αἵματος ᾖσι κ̀ ἔκγονος ἐσσαμένοιο.

In quibus quum mentio fiat, vitium, arborum, herbarum, quas excindere & effodere non liceret, vel hac re maxime confirmatur, monumentum eo loco fuisse sacratum; nam circa monumenta hortos, silvas, lucos institui solitos ostendit Frontinus his verbis: Similiter locorum religiosorum, quibus secundum cautionem modus est restituendus, habent enim Moesilea iuris sui hortorum modos circumiacentes, aut praescriptum agri finem. *Nec enim parvus agri modus sepulcris adscribebatur, ut ex veteribus Inscriptionibus multis colligi potest, & auctorum monumentis. Isti autem Triopio, vel monumento Herodis adiunctum erat & Minervae Nemesisque aedes, in qua & aliorum deorum statuas collocari curaverat. Nam ut plurimum aedes, & templa etiam in trifinio, & quadrifinio aedificari moris erat. Aggenus:* Si

enim

Digitized by Google

enim loca ſacra aedificabantur, quam maxime apud antiquos in confinio conſtituebantur, ubi trium, vel quatuor poſſeſſionum terminatio conveniret: & unuſquiſque poſſeſſor donabat certum modum ſacro illi ex agro ſuo, & quantum donaſſet, ſcripto notum faciebat, ut per diem ſolemnitatis eorum privatorum agri, nullam moleſtiam inculcantis populi ſubſtineret. Sed & ſi quid ſpatioſius cedebatur, ſacerdotibus templi illius proficiebat. *Ita enim legendum apud Aggenum. Illud etiam obſervandum ex iiſdem auctoribus limitum, templa quae in quadrifinio erant poſita quatuor ingreſſus habuiſſe; quae in trifinio, tres; quae autem inter duos fines conſtituebantur, ex duabus tantum regionibus adiri ſolita. Non dubium eſt igitur hoc* Τριόπιον, *quod in tres partes pateret, ſic fuiſſe adpellatum ab Herode, qui ut adpellationem auguſtiorem redderet, eius cauſſam accerſivit ab antiquo quodam Triopa, idque poetico more fecit.* ὀπὰς *Graeci ianuas adpellant. Hinc* Τριόπιον *quod* τρεῖς ὀπὰς *haberet, & tribus locis apertum eſſet, quo probatur in trifinio fuiſſe conſtitutum hoc templum: ſic* διόπης οἶκος *Graecis, qui duos ingreſſus habet: &* διόποι αὐλοὶ, *quae duobus foraminibus ſpiritum reddunt. Pollux*: ἥτε ὀπὴ εἴρηται ἐν αἰολοσίκωνι Ἀριςοφάνους, κὴ ὁ διόπης· *de ianua ibi loquitur Pollux. Heſychio,* ὀπὴ θύρα *dicitur*: ἀνοπαία, ὀρνέυ ὄνομα κὴ εἶδος, ἢ ἀνὰ τὴν ὀπὴν τῆς θύρας, ἢ ἀνὰ τὴν θυρίδα. *Niſi vera eſt haec nominis Triopii ratio, quae vera alia eſſe poſſit neſcio. Nam quae de cultu Triopae, & eiuſdem aede, adferuntur a doctiſsimo viro, mihi non placent. Vnde enim Triopas heros in Italia cultus, tam propinquo urbis loco, quem in Graecia ſua hoc honore dignatum nuſquam legimus, aut fando accepimus.*

Nec producere ſuperſedendum quod habet ad illud: ΕΠΕΙ ΟΥ ΜΟΙΡΕΩΝ ΑΤΡΕΙΕΣ ΑΝΑΓΚΑΙ) *Nihil erit, de quo non dubitemus, ſi & lapidum ſcripturam vocabimus in dubium. At hunc locum viri clariſſimi variis modis emendare conati ſunt, quum mendoſum eum eſſe putarent. Ego vero, nec de fide lapidis, nec de eius, qui deſcripſit, hoc loco dubitare auſim: praeſertim quum nihil occurrat in praeſentia reponendum, quod non nimium abſcedat a veſtigiis huius ſcripturae.* Ἀτρεῖς *igitur erit heic poſitum pro* ἀτρῆες· ει *pro* η *ut ſupra,* ἐπιέιρανος, *pro* ἐπιήρανος, *aut Aeolice dictum fuerit* ἀτρῆες, *ut Callimacho* Περσεῖος *pro* Περσῆος *apud Scholiaſtem veterem Nicandri*:

Δένδρον τῦ Περσεῖος ἐπώνυμον: ———

ὐκ ἀτρῆες μοίρεων ἀνάγκαι, *ſunt Parcae valde formidabiles, nam* Ἀτρεὺς, *idem quod* ἄτρεςος. *Et vox eſt plane poetica. Sic Euphorion* ἀτρέας Ἀθηναίους *dixerat* ἐπιθετικῶς, *hoc eſt* ἀτρέςους. *Apud Hermogenem*:

——— κὴ ἀτρέα δῆμον Ἀθηνῶν.

2 Ὥστε τὸν ἀπογευσάμενον τελευτᾷν) Scrib. ὧν τὸν ἀ. τ. Nam ex his piscibus qui gustabant, moriebantur. Plinius lib. XXXI. cap. II. *Ctesias in Armenia scribit esse fontem, ex quo nigros pisces illico mortem inferre*.

3 Ἐὰν μὲν εἰς ὕδωρ ἐμβάλῃς) Scrib. ἐὰν μέν τις ὕδωρ ἐμβάλῃ. Ait, ignem istum perennem, si quis aquam iniiceret, arsisse melius; si quis aliud onus quodpiam, flammam alias concipere solitum, extinctum fuisse.

4 Παραπλήσιον δὲ τούτῳ ὁρᾶται γινόμενον ἐπὶ ἁλὸς) An simpliciter de quocumque sale dixit? Atqui hoc falsum; & de Agrigentino tantum traditum fuit: atque huc pertinet, quod se talem ab hospite Siculo accepisse mox commemorat. Ergo mutilus erit locus, scribendumque, ἐπὶ Ἀκραγαντίνου ἁλός. Plinius lib. XXXI. capit. VII. *Agrigentinus (sal) ignium patiens, ex aqua exilit*. Sed Antigonum ut ex Plinio emendavimus, ita Plinium ex Antigono emendemus. Nam, si in igne liquescebat, qua ratione patiens eius dici potest? Rescribendum, *ignis impatiens, ex a. e.* Solinus capit. XI. *Salem Agrigentinum si igni iunxeris, dissolvitur ustione; cui si liquor aquae proximaverit, crepitat, veluti torreatur*.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΡΠϛʹ.

Περὶ δὲ Θεσπρωτοὺς ἐκ τῆς γῆς ἄνθρακας ὀρύττεσθαι, δυναμένους καίεσθαι, Θεόπομπόν φησιν καταγράφειν.

CAP. CLXXXVI.

Theopompum ait ſcribere, in Theſprotia carbones e terra effodi, qui poſſint cremari.

ΚΕΦ. ΡΠΖʹ.

Φανίαν δὲ, κατά τινας τόπους τῆς Λέσβου, καὶ περὶ τῶν Νεανδρίδων, τὰς βώλους πρὸς τὰς τῶν ὄψεων καθηγήσεις γίνεσθαι, καὶ χρησίμας καὶ, εἰς ὕδωρ ἐμβληθείσας, οὔτε καταδύνειν, οὔτε κατατήκεσθαι. ὑπὸ τοῦτο τὸ γένος πίπτοι ἄν, καὶ ἐπὶ Τάνῃ πλίνθος, ἡ λεγομένη ἐπιπλεῖν 1.

CAP. CLXXXVII.

Phaniam perhibere, in quibusdam Lesbi locis, & apud Neandridas, glebas ad oculorum curationem conducere: inque aquam coniectas neque ſubſidere, neque diſſolvi. Sub hoc genus referri poſſint etiam lateres apud Tanam, qui dicuntur innatare.

ΚΕΦ. ΡΠΗʹ.

Περὶ δὲ τῶν Κώων 2 Λύκον μὲν ἐν τῇ Διομηδείᾳ τῇ νήσῳ φησὶν ἱστορεῖν, τοὺς ἐρωδιοὺς ὑπὸ μὲν τῶν Μήδων 3, ὅτ' ἂν παραβάλλῃ τις εἰς τοὺς τόπους, οὐ μόνον ψαυομένους ὑπομένειν, ἀλλὰ καὶ προσπετομένους εἰς τοὺς κόλπους ἐνδύνειν, καὶ σαίνειν φιλοφρόνως. λέγεσθαι δέ τι τοιοῦτον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. ὡς τῶν τοῦ Διομήδους ἑταίρων εἰς τὴν τῶν ὀρνέων τούτων φύσιν μετασχηματισθέντων.

CAP. CLXXXVIII.

De Cois, Lycum narrare, in Diomedea inſula erodios a Medis, ſi quis ad ea loca perveniat, non modo tangi ſe pati, ſed & in gremium devolare, & blande adulari; & perhibere indigenas, ſocios Diomedis in eam avem fuiſſe transformatos.

ΚΕΦ. ΡΠΘʹ.

Τοὺς δὲ περὶ τὴν Ἀδρίαν ἐνοικοῦντας Ἑνετοὺς Θεόπομπον φάσκειν, κατὰ τὸν σπόρου καιρὸν, τοῖς κολοιοῖς ἀποστέλλειν δῶρα· ταῦτα δ' εἶναι ψαιστὰ, καὶ μάζας. προθέντας δὲ, τοὺς ταῦτα νομίζοντας, ἀποχωρεῖν· τῶν δὲ ὀρνέων τὸ μὲν πλῆθος, ἐπὶ τοῖς ὁρίοις μένειν τῆς χώρας συνηθροισμένον. δύο δ' ἢ τρεῖς πρὸς πάντας 4, καὶ καταμαθόντας, ἀφίπτασθαι πάλιν, καθάπερ εἴ τινας πρέσβεις, ἢ κατασκόπους. ἐὰν μὲν οὖν τὸ πλῆ *

Λείπει.

CAP. CLXXXIX.

Theopompum memoriae prodidiſſe, Venetos, qui ad Hadriam incolunt, circa tempus ſationis dona graculis mittere, nimirum liba, & paſtam; ea qui ferant, ubi propoſuerunt graculis, diſcedere; avium autem multitudinem, manere in finibus regionis collectam: duas autem, vel tres, advolare; ac, explorata re, rurſum avolare, veluti legatos quosdam, aut exploratores. Si igitur mult *

Reliqua deſiderantur.

1 Καὶ ἐπὶ Τάνῃ πλίνθος, ἡ λεγομένη ἐπιπλεῖν) Reſcribo, καὶ ἐν Πιτάνῃ πλίνθος. Nam Pitanae lateres fieri commemorabantur, qui aquis innatarent. Strabo lib. XIII. Φασὶ δ' ἐν τῇ Πιτάνῃ τὰς πλίνθους ἐπιπολάζειν ἐν τοῖς ὕδασι. Vitruvius lib. II. cap. III. *Pitane, ubi lateres quum ſunt ducti, & areſacti, proiecti natant in aqua.* Plinius lib. XXXI. cap. XIV. *Pitanae in Aſia, & in ulterioris Hiſpaniae civitatibus, Maſſia & Calento, fiunt lateres, qui ſiccati non merguntur in aqua.*

2 Περὶ μὲν τῶν Κώων) Scribe, Περὶ μὲν τῶν ζώων. Vult enim dicere, ſe nunc iterum de animalibus narrationem inchoaturum: ſic antea, quum de lapidibus dicturus eſſet, Περὶ μὲν τῶν λίθων, inquit, cap. CLXXXIV. Sic, quum de paludibus, Περὶ δὲ λιμνῶν, cap. CLXV. Certe Coorum mentio non eſt huius loci; neque omnino dubitaverim, veram a me lectionem indicatam.

3 Ὑπὸ μὲν τῶν Μήδων) Tam inepta hic Medorum iſta mentio eſt, quam Coorum in initio huius capitis. Omnino reſtituo, ὑπὸ μὲν τῶν Ἑλλήνων. Nam pro me hiſtoria facit, quae Diomedeas aves Graecis blandas, aliis contra praebuiſſe ſe commemorat Ariſtoteles Περὶ θαυμ. ἀκουσμ. ubi de iisdem agit. Ἐὰν μὲν Ἕλληνες ἀποβαίνωσιν εἰς τὸν τόπον, ἡσυχίαν ἔχειν· ἐὰν τῶν Βαρβάρων τινὲς τῶν περιοίκων, ἀνίπτασθαι, καὶ αἰωρουμένους καταράσσειν αὐτοὺς εἰς τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ, τοῖς ῥύγχεσι τιτρώσκοντας, ἀποκτείνειν. Plinius lib. X. capit. XLIV. *Advenas Barbaros clangore infeſtant, Graecis tantum adulantur, miro diſcrimine.* Auguſtinus De Civitate Dei lib. XVII. cap. XVI. *Eo ſi Graeci venerint, vel Graecorum ſtirpe progeniti, non ſolum quietas eſſe, verum & adulari: ſi autem alienigenas viderint, ſubvolare ad capita, tamque gravibus ictibus, ut etiam perimant, vulnerare.* Ac meminit iterum mox eiusdem libri cap. XVIII. Iſidorus Orig. lib. XII. cap. VII. *Si Graecus eſt, propius accedunt, & blandiuntur: ſi alienigena, morſu impugnant, & vulnerant.*

4 Δύο δ' ἢ τρεῖς πρὸς πάντας) Scrib. δύο δὲ ἢ τρεῖς προσπτάντας.

Digitized by Google

ANTIGONI.

Antigoni Scripta varia fuerunt; & in istis,

Ἱστορία Ἰταλική.

Laudatur a Festo in Romam. *Antigonus*, ITALICAE HISTORIAE *scriptor, ait, Romum quemdam nomine, Iove conceptum, urbem condidisse in Palatio, Romaeque ei dedisse nomen*. Meminerunt eius Dionysius Halicarnasseus Antiquit. Rom. lib. I. & Plutarchus in Vita Romuli.

Περὶ πινάκων.

Diogenes Laertius in Chrysippo lib. VII. Ἔτι τε παρὰ τοῖς ΠΕΡΙ ΠΙΝΑΚΩΝ γράψασι κατακεχωρισμένην, μήτε γὰρ παρὰ Πολέμωνι, μήτε παρ' Ὑψικράτει, ἀλλὰ μηδὲ παρ' Ἀντιγόνῳ εἶναι. Quod Opus non de librorum indicibus fuisse puto, quod voluisse virum magnum illic video, sed de tabulis pictorum. Plinius me iuvat lib. XXXIV. cap. VIII. *Plures artifices fecere Attali & Eumenis adversus Galatas praelia, Isigonus, Pyromachus, Stratonicus, Antigonus, qui condidit libros de sua arte*. Et clarius lib. XXXV. cap. X. *Hanc gloriam concessere Antigonus, & Xenocrates, qui* DE PICTVRA *scripsere*.

Ἀλλοιώσεις,

Commemorantur ab Antonino Liberali Metamorph. XXIII. Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων ά. καὶ Ἡσίοδος ἐν Μεγάλαις Ἠοίαις, καὶ Διδύμαρχος Μεταμορφώσεων γ'. καὶ Ἀντίγονος ἐν τῇ ΑΛΛΟΙΩΣΕΣΙ. Deinde sine titulo Operis, apud Nicandri Scholiasten ad Theriaca. Ἀντίγονος δὲ λέγει, δαῦχον ὁμοίως δάφνῃ πικρὰν εἶναι. Et mox. Ῥύπαιον δὲ Ἀντίγονος μὲν τῆς Ἀχαΐδος φησὶν εἶναι, ἐπεὶ καὶ Ῥύπαιοι οἱ Ἀχαιοὶ ὠνομάσθησαν. Deinde alibi. Ἀντίγονος δέ φησι, καὶ Λύκωνα μεμνῆσθαι τοῦ λαχάνου.

Περιήγησις Μακεδονική.

Stephanus in Ἀβαντίς. Κατὰ βαρβαρικὴν τροπὴν τοῦ β εἰς μ Ἀμαντία ἐκλήθη παρὰ Ἀντιγόνῳ ἐν ΜΑΚΕΔΟΝΙΚΗ ΠΕΡΙΗΓΗΣΕΙ.

Sed haec omnia cuius Antigoni, in incerto; nam non unus isto nomine. Inquiramus, quinam fuerint, quaeve scripserint; &, quis noster. Fuit autem quidam,

ANTIGONVS *Alexandrinus*.

Eius meminit Erotianus in Prooemio Lexici sui Hippocratei. Τῶν δὲ γραμματικῶν οὐκ ἔστιν ὅστις ἐλλόγιμος φανεὶς παρῆλθε τὸν ἄνδρα. ἔτι δὲ Ἀρίσταρχος, περὶ ὧν γεγράφασιν Ἀριστοκλῆς καὶ Ἀριστοπέας οἱ Ῥόδιοι, καὶ μετὰ πάντας Ἀντίγονος καὶ Δίδυμος οἱ Ἀλεξανδρεῖς. Ille ipse est, quem postea laudat in Πρηνιρά. Τὸν ὄσχεόν φησιν οὕτω καλεῖσθαι Ἀντίγονος ὁ γραμματικός. Alius ab hoc,

ANTIGONVS *Carystius*.

Inter huius Opera unum fuit; inscriptum,

Βίοι.

Diogenes Laertius in Polemone lib. IV. Φησὶ δ' Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ἐν τοῖς ΒΙΟΙΣ, τὸν πατέρα αὐτοῦ πρῶτόν τε εἶναι τῶν πολιτῶν, καὶ ἁρματοτροφῆσαι. Hieronymus in Praefatione libri De Script. Eccles. *Fecerunt quidem hoc ipsum apud Graecos, Hermippus Peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus, vir doctus; &, longe omnium doctissimus, Aristoxenus Musicus*. Id varie citat Athenaeus. Polemonis quidem vitam lib. II. Antipatri III. Menedemi, & Dionysii Heracleotae Metathemeni X. Lyconis XII. Zenonis XIII. Quam ipsam adlegat quoque Diogenes Laertius in Platone lib. III. ut & Pyrrhonis lib. IX. in illo Philosopho. Item Timonis, quam in Timone, eodem libro, idem Diogenes nobis laudat. Scripsit etiam,

Περὶ Λέξεως.

Athenaeus lib. III. Ἀντίγονος δ' ὁ Καρύστιος ἐν τῷ ΠΕΡΙ ΛΕΞΕΩΣ (φησὶ) τὸ ὄστρεον τοῦτο καλεῖσθαι ὑπὸ Αἰολέων οὖς Ἀφροδίτης. Et iterum bis lib. VII. Item,

Περὶ Ζώων.

Hesychius in Ἴλλοι. Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ἐν τῷ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ. Huius quoque est, quae nunc a nobis denuo editur,

Ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγή.

Indicium mihi Stephanus facit Περὶ πόλεων in voce Γύαρος; ubi ista eius verba. Ἀντίγονος δ' ὁ Καρύστιός φησιν, ὅτι ἐν ταύτῃ οἱ μύες διατρώγουσι τὸν σίδηρον, καὶ ὅτι ἡ ἄχερδος ἐκεῖ θανάσιμόν ἐστιν, καί, ἐὰν εἰς ἄλλο δένδρον πήξῃ, ἀπαυαίνει. ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ τῆς θαλαττίας τρυγόνος τὸ κέντρον, καὶ τοὺς ὀδόντας καταστήπει προσαπτόμενον. Nam haec habentur illis ipsis pene verbis capp. XXI. XXII. Tertius est,

ANTIGONVS *Cumanus*.

Isque recensetur inter Auctores De Re Rustica a Varrone, & Columella lib. I. cap. I. Incertum an hic, an quartus aliquis; cuius, tamquam Mathematici, Demophilus meminit in Scholiis ad Ptolemaei Tetrabiblum. Ἣν ἂν Ἀντίγονος, καὶ Φάνης ὁ Αἰγύπτιος, καὶ ἄλλοι τινές, ὑπέταξαν. καὶ ὠνόμασαν ἰσοσκελὲς τρίγωνον τῶν ἀναφορῶν τῶν ζωδίων. Et haec mihi de Antigono isto nostro, aliisque eius nominis, & illorum item Scriptis, observata; nunc ad ipsum transeamus, & loca quaedam examinemus.

F I N I S.

Digitized by Google

PHLEGONTIS
TRALLIANI
QVAE EXSTANT
OPVSCVLA:
IOANNES MEVRSIVS
RECENSVIT, ET NOTAS ADDIDIT.

AM.

Digitized by Google

NOBILISS. ET AMPLISS. VIRIS

REI MARITIMAE

IN COLLEGIO AMSTELODAMENSI CONSILIARIIS,

IOANNES MEVRSIVS

DEDICO, CONSECROQVE.

Nob. & Ampl. Viri,

SOleo equidem crebro mecum reputare, dandum omnino operam esse, ne ingratus deprehendar; quod ingenuo homini crimen inter summa est putandum. In hac cura quum dispicio, quibus publice, aut privatim, aliquid debeam; Vos in primis occurristis, quibus publice me obstrictum animadvertebam. Nam in illo munere vestro, dum rem publicam accuratis, & de cunctis bene meremini, qui, hic vitam transigentes, seque, fortunasque suas, Belgio huic foederato crediderunt; omnes etiam vobis maxime obligatis. Horum quum pars ego quaedam, beneficiis quoque vestris inter omnes me obstrictum, quomodo negare possim? Ergo ut publice de me bene meriti estis, ita etiam publice Vobis gratias ago; eoque nomine nunc Phlegontem istum offero, qui hoc mei verbis faciat, testeturque apud omnes, quotquot vivunt, & victuri sunt deinceps, quibus cura Litterarum humaniorum est, eritve; beneficium me adgnoscere potuisse, & ingenue profiteri voluisse. Rogo autem, ne hoc gratitudinis meae, observantiaeque item, testimonium adspernemini. Etsi enim, si quis molem libri spectet, perexiguum est; tamen, si hunc animum meum attendatis, qui cum beneficiis vestris promta gratitudine certat, iam vestrorum meritorum magnitudinem aliquo modo exaequatam fatebimini. Quod si vincor nihilominus, etiam hoc orare audebo, ut humanitate vestra deficientem adiuvetis, & benigne interpretando hunc defectum suppleatis: atque ut hactenus inter omnes publice me obstrictum censui, ita deinceps etiam privatim arbitrabor. Opto porro, ut Phlegontis, quem nunc Vobis consecravi, MIRABILIA *perlegentes, animum, a negotiis gravioribus fessum, recreetis; vitae autem longitudine cum* LONGAEVIS *contendentes, ea illam cum laetitia habeatis, qua spectari quondam* OLYMPIA *consueverunt. Istud votum,*

Nob. & Ampl. Viri,

Deum Opt. Max. veneror uti ratum esse velit, & consilia Reip. salutaria Vobis donet. Lugduni Batavorum ad diem VII. *Decemb.* cIↃ IↃCXIX.

BENIGNE LECTOR.

QVum Antigono nuper manum admovissem, non abs re facturum me existimabam, si Phlegonti, & Apollonio, qui eiusdem notae erat, ac cum eo quondam editi, una opera admoverem. Apollonius, mox sequetur; at nunc en Phlegontem tibi, aliquot locis emendatum in Historia, aut nominibus, item Consulibus Romanorum. Insanos autem istos oraculorum versus, sine aliqua codicum meliorum ope, tangere minime visum fuit; ne in istis quidem locis, qui, si non restitui poterant, tamen coniectura aliqua, & fortasse non incerta, adiuvari. Sed his abstinere malui; tu interea istis utere, ac me ama.

ΦΛΕ-

Digitized by Google

PHLEGONTIS
TRALLIANI
DE REBVS MIRABILIBVS
LIBER.

GVILIELMO XYLANDRO
AVGVSTANO INTERPRETE.

PHLE-

Digitized by Google

PHLEGONTIS TRALLIANI

DE MIRABILIBVS Liber.

Deest principium.

CAP. I.

PER fores in diverſorium exit: &, ardente lucerna, videt illam ſedentem apud Machaten; neque diutius ſe continens, ob ſpectri miraculum, ad matrem accurrit, magnaque vociferatione inclamans, Charito, & Nicoſtrate, ſurgere eos iuſſit, ſecumque ad filiam accedere; hanc enim ſibi vivam eſſe viſam, & dei cuiusdam voluntate eſſe in diverſorio cum hoſpite; Charito, quum ſermonem incredibilem audiviſſet, principio nuncii magnitudine, & tumultuatione nutricis, conſternata, animi eſt paſſa deliquium: mox filiae recordata, flevit: tamdem inſanire nutricem dixit, atque abire iuſſit celeriter. Nutrice vero exprobrante ipſi, quod prae ignavia ſuam filiam videre negligeret (nam ſe quidem ſanam eſſe, atque animo ſibi conſtare;) aegre tandem Charito partim a nutrice coacta, partim videre cupiens quid rei accidiſſet, ad fores hoſpitii ſe confert: idque ſero,

ΦΛΕΓΟΝΤΟΣ ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΥ [1]

ΠΕΡΙ ΘΑΥΜΑΣΙΩΝ.

Ἐλλείπει τινά.

ΚΕΦ. Α'.

ΕΙ'ς τὸν ξενῶνα προσπορεύεται ταῖς θύραις, καὶ καιομένου τοῦ λύχνου, καθημένην ἴδεν τὴν ἄνθρωπον παρὰ τῷ Μαχάτῃ. οὐκ ἔτι δὲ καρτερήσασα πλείονα χρόνον, διὰ τὸ θαυμαστὸν τῆς φαντασίας τρέχει πρὸς τὴν μητέρα, καὶ βοήσασα μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Χαριτοῖ καὶ Δημόστρατε, ᾤετο δεῖν ἀναστάντας, ἐπὶ τὴν θυγατέρα αὐτοὺς μετ' αὐτῆς πορεύεσθαι· πεφηνέναι γὰρ ζῶσαν, εἶναί τε μετὰ τοῦ ξένου διά τινα θείαν βούλησιν ἐν τῷ ξενῶνι. τῆς δὲ Χαριτοῦς παράδοξον λόγον ἀκούσης, συνέβη τὴν ψυχὴν τὸ μὲν πρῶτον ἐκπλαγῇ γινομένην ἐκλυθῆναι, δια τὸ μέγεθος τῆς ἀγγελίας, καὶ διὰ τὴν ταραχὴν τῆς τροφοῦ. μετὰ μικρὸν δὲ μνησθεῖσαν τῆς θυγατρὸς, κλαίειν. τὰ δὲ ἔσχατα, καταγνῶναι τῆς πρεσβύτιδος μαίαν, κελεύειν τε ἀπαλλάττεσθαι ἀπ' αὐτῆς ταχέως. ὀνειδιζούσης δὲ τῆς τροφοῦ, καὶ λεγούσης μετὰ παῤῥησίας, ὡς μὲν φρονεῖ τε καὶ ὑγιής ἐστιν. ἡ δὲ δι' ὄκνον οὐ βούλοιτο τὴν ἰδίαν θυγατέρα ἰδεῖν, μόλις ἡ Χαριτὼ, τὰ μὲν βιασθεῖσα ὑπὸ τῆς τροφοῦ, τὰ εἰδῆσαι βου-

---

1 Phlegon iſte Trallianus, Auguſti libertus; vel, ut alii, Hadriani Caeſaris fuit. Suidas docet. Φλέγων, Τραλλιανὸς, ἀπελεύθερος τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος. οἱ δὲ, Ἀδριανοῦ φασιν. Verum, qui libertum Auguſti cenſuere, valde falſi. Hadriani enim fuiſſe, ex Vopiſco ſatis conſtat in Saturnino. *Hadriani epiſtolam, ex libris Phlegontis, liberti eius, proditam, ex qua penitus AEgyptiorum vita detegitur, indidi.* Et vis argumentum tibi, quod non fallat? Chronica ſua, ut infra oſtendam, in ſedecim libros diſtributa, ad Olympiadis CCXXIX. annum II. uſque perduxit; qui ab Hadriani exceſſu tertius fuit. Ergo quomodo ſub Auguſto vivere potuit? a cuius obitu ad hoc tempus anni CCXXXII. numerantur. Deinde Hadriani ipſe ſemel, iterumque meminit, & capit. X. Conſules nominat M. Plautium Silvanum, & Sentium Augurinum; qui conſulatum obierunt Antonini Pii anno XVIII. Manifeſtus omnino error. Quin Hadriani ipſius fuiſſe, quae Phlegontis huius nomine circumlata, clare Spartianus dicit in eius Vita. *Famae celebris Hadrianus tam cupidus fuit, ut libros Vitae ſuae, ſcriptos a ſe, libertis ſuis litteratis dederit, iubens, ut eos ſuis nominibus publicarent. Nam Phlegontis libri, Hadriani eſſe dicuntur.* Atque ut ipſe Hadriani libertus fuit, ita eius AElius Maurus commemoratur ab eodem Spartiano in Severo Imperatore. *Legiſſe me apud Maurum, Phlegontis Tralliani libertum, memini.* Meminit porro cuiusdam Plegontis D. Paulus in Epiſtola ad Rom. capit. XVI. Ἀσπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, Πατρόβαν. Et hunc puto Suidam ob oculos habuiſſe, quum libertum Auguſti ſcriberet. Eſt etiam Attii cuiusdam Phlegontis mentio in ara marmorea, quae Romae, in hortis Euryali Rufini; legiturque in Theſauro Inſcriptionum Gruterianarum pagin. DCLXXI. num. 6.

DIS. MANIBVS
ATTIAE. T. F. QVINTILLAE
ATTIVS. PHLEGON. PATER

Noſter iſte ſcripſit plurima, quae a Suida in hunc modum recenſentur. Ἔγραψεν Ὀλυμπιάδας ἐν βιβλίοις ιϛ'. ἔστι δὲ μέχρι τῆς σκθ'. Ὀλυμπιάδος τὰ πραχθέντα πανταχοῦ. τὰ δὲ αὐτὰ ἐν βιβλίοις ή. Ἔκφρασιν Σικελίας. Περὶ μακροβίων, καὶ θαυμασίων. Περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἑορτῶν, βιβλία γ'. Περὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ τόπων, καὶ ὧν ἐπικέκληνται ὀνομάτων. Ἐπιτομὴν Ὀλυμπιονικῶν, ἐν βιβλίοις β'. καὶ ἄλλα. Ex his omnibus *De Mirabilibus* Opus, initio mutilum; *De Olympiadibus* fragmentum, cum libello *De Longaevis*, ante annos quinquaginta, & quod excedit, primus edidit Gulielmus Xylander, bene de litteris Graecis meritus. Ea mihi, quum tanto temporis intervallo rara exemplaria eſſent, ne iterum quaſi interciderent, revocare in lucem iſtam publicam placuit, horis aliquot ſubſecivis recenſita, & emendata.

Digitized by Google

βουλομένη τὸ συμβεβηκὸς, παραγίνεται πρὸς τὰς θύρας τοῦ ξενῶνος, διὰ τὸ γεγονέναι πλείονα χρόνον, ὡς ἂν δευτέρας ἀγγελίας συντετελεσμένης, ὀψέ ποτε ἧκεν ἡ Χαριτώ. διὸ συνέβαινεν ἐκείνους μὲν ἤδη ἀναπαύεσθαι. Ἀνακύψασα δ' οὖν ἡ μήτηρ, τὰ μὲν ἱμάτια, καὶ τὸν τύπον τῆς ὄψεως, ἐνόμιζεν ἐπιγινώσκειν· τὴν δὲ ἀλήθειαν ἐξετάσαι κατ' οὐδένα τρόπον δυναμένη, τὴν ἡσυχίαν ᾤετο δεῖν ἔχειν. πρωῒ γὰρ ἤλπιζεν ἀναστᾶσα, καταλήψεσθαι τὴν ἄνθρωπον· ἐὰν δὲ ὑστερήσῃ, διερωτήσειν τὸν Μαχάτην περὶ πάντων· οὐ γὰρ ἄν ποτε ψεύσασθαι τηλικαύτην πρᾶξιν ἐρωτώμενον αὐτόν. διόπερ σιωπήσασα, ἀπῆλθεν. Ὄρθρου δὲ γινομένου, τὴν μὲν εἴτε διὰ θείαν βούλησιν, εἴτε κατ' αὐτοματισμὸν, λαθοῦσαν, ἀπελθεῖν συνέβη. τὴν δὲ παραγινομένην, διὰ τὴν ἀπόλυσιν δυσφορεῖν τῷ νεανίσκῳ· καὶ τῷ ξένῳ πάντα ἐξ ἀρχῆς ἐξηγησαμένην, ἀξιοῦν περὶ τὰ γόνατα περιπλεκομένην τοῦ Μαχάτου, τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν, μηδὲν ἀποκρυψαμένην. ὁ δὲ νεανίσκος ἀγωνιάσας, τὴν ἀρχὴν μὲν διεταράχθη· μόλις δέ ποτε τὸ ὄνομα διεσάφησεν, ὅτι Φιλίννιον εἴη· καὶ τὴν ἀρχὴν διηγήσατο τῆς εἰσόδου, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῆς ἐδήλωσεν ὡς ἥκει, ὅτι λάθρα τῶν γεννησάντων ἔφη παραγίνεσθαι πρὸς αὐτόν. τότε ὑπολειμμένα ὑπὸ τῆς ἀνθρώπου, βουλόμενος ποιῆσαι τὸ πρᾶγμα πιστὸν, ἀνοίξας τὸν ῥίσκον, ἐξαιρεῖ τόν τε δακτύλιον τὸν χρυσοῦν, ὃν ἔλαβε παρ' αὐτῆς, καὶ τὴν στηθοδεσμίδα, ἣν ἀπελελοίπει τῇ πρότερον νυκτί. Ὡς δὲ εἶδεν ἡ Χαριτὼ τηλικαῦτα σημεῖα, ἀναβοᾷ, καὶ διαῤῥήξασα ἑαυτῆς τά τε ἐνδύματα, καὶ τὸ ἱμάτιον, ἀπό τε τῆς κεφαλῆς ῥίψασα τὸν κεκρύφαλον, πεσοῦσά τε εἰς τὴν γῆν, καὶ περιχυθεῖσα τοῖς γνωρίσμασιν, ἐξ ἀρχῆς ἐποιεῖτο πένθος. Θεωρῶν δὲ ὁ ξένος τὸ γινόμενον, καὶ πάντας ὄντας ὑπερπαθεῖς, καὶ θρηνοῦντας, ὡσανεὶ νῦν μέλλοντας κατορύττειν τὴν ἄνθρωπον, συνεχεῖτο, καὶ παρεκάλει δεόμενος παύσασθαι· ἐπαγγελλόμενος, ἐὰν παραγένηται, δείξειν αὐτήν. ἡ δὲ πεισθεῖσα, καὶ ἐντειλαμένη αὐτῷ φροντίσαι μὴ παρέργως τῶν ἐπηγγελμένων, ἀπελύθη πρὸς αὐτήν. Νυκτὸς δὲ ἐπιγινομένης, καὶ τῆς ὥρας οὔσης, καθ' ἣν ἡ Φιλίννιον εἰώθει παραγίνεσθαι πρὸς αὐτόν· οἱ μὲν προσετήρουν, εἰδῆσαι θέλοντες τὴν ἄφιξιν· ἡ δὲ, ἧκεν. εἰσελθούσης δὲ κατὰ τὸν εἰθισμένον καιρὸν, καὶ καθεζομένης ἐπὶ τὴν κλίνην, οὐδὲν προσποιηθεὶς ὁ Μαχάτης, ἐξετάσαι δὲ τὸ πρᾶγμα βουλόμενος, τὸ πλέον οὐ πιστεύων, εἰ νεκρᾷ πλησιάζοι, οὕτως ἐπιμελῶς παραγινομένῃ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, ἔτι δὲ δειπνούσης μετ' αὐτοῦ, καὶ συμπινούσης, ἀπίστως εἶχεν οἷς ἐκεῖνοι προήγγειλαν. ᾤετο δὲ νεκρορύκτας τινὰς διωρυχέναι τὸν τάφον, καὶ πεπρακέναι τὰ ἱμάτια, καὶ τὰ χρύσια, τῷ πατρὶ τῆς ἀνθρώπου. βουλόμενος οὖν τὴν ἀκρίβειαν εἰδῆσαι, πέμπει τοὺς παῖδας λάθρα, καλοῦντας αὐτούς. ταχέως δὲ παραγινομένων τοῦ Δημοστράτου καὶ τῆς Χαριτοῦς, ἰδόντων τε αὐτὴν, καὶ γινομένων τὸ μὲν πρῶτον ἀφώνων τε καὶ ἐκπλαγῶν, διὰ τὸ παράδοξον τῆς ὄψεως, ὕστερον δὲ ἀναβοησάντων μέγα, καὶ περιπεσόντων τῇ θυγατρί· τότε ἡ Φιλίννιον τοσαῦτ' εἶπεν αὐτοῖς. Ὦ μῆτερ, καὶ πάτερ, ὡς ἀδίκως ἐφθονήσατέ μοι μετὰ τοῦ ξένου ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας γενέσθαι ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ λυποῦσαν οὐδέν. τοιγαροῦν ὑμεῖς μὲν πενθήσετε ἐξ ἀρχῆς διὰ τὴν πολυπραγμοσύνην· ἐγὼ δὲ, ἄπειμι πάλιν εἰς τὸν διατεταγμένον τόπον. Οὐ γὰρ ἄνευ θείας βουλήσεως ἦλθον εἰς ταῦτα. Τοσαῦτα εἰποῦσα, παραχρῆμα ἐγένετο νεκρὰ, ἐξετέτατό τε ἐπὶ τῆς κλίνης ἐμφανὲς τὸ σῶμα. τῆς δὲ μητρὸς περιχυθείσης, καὶ τοῦ πατρὸς περὶ αὐτὴν, καὶ θορύβου πολλοῦ, καὶ θρήνου, κατὰ τὴν οἰ-

sero, quod multum effluxisset temporis, dum secundus nuncius perferretur; quo factum est, ut illi iam quiescerent. Mater igitur, contuita vestes quidem, & lineamenta vultus, visa sibi est agnoscere. Quum autem nulla esset veritatis rei perscrutandae ratio, quiescendum sibi duxit, sperans se mane surrecturam, filiamque deprehensuram: aut, si serius veniret, e Machata totam rem cognituram: neque enim mentiturum eum, si de tanta re interrogaretur; itaque silens abiit. Prima luce illa, sive Dei quodam nutu, sive casu aliquo, abiens fefellit. Mater autem, quum advenisset, aegre admodum tulit, quod eam non offenderet: adolescenti autem, & hospiti re tota ab initio exposita, genua amplexa Machatae, hominem obsecravit, ut nihil occultans veritatem proderet. Adolescens, animo anxius, initio quidem perturbari, vixque demum nomen edere, esse eam inquiens Philinnium: tum principium introitus exponere, & mulieris cupiditatem, quae se clam parentes ad ipsum venire dixisset. Vtque rei fidem faceret, quae ab ea fuerant relicta, aperto risco, protulit annulum quem acceperat ab ea aureum, & fasciolam pectoralem, quam superiore nocte reliquerat. Charito ubi tanta vidit signa, exclamavit; scissisque vestibus, & vitta a capite proiecta, in terram concidit, indiciisque circumfusa, luctum ab initio repetiit. Hospes ista cernens, quum omnes in summo essent moerore, ac lamentarentur, ut qui iam iam sepeliendam sibi Charitonem putarent; animo conturbato consolari eam coepit, ut finem eiulandi faceret rogans; promittensque illam, si rediret, ei monstraturum; quibus Charito mota verbis, mandato, ut operam daret diligenter, quo promissa impleret, domum abiit. Vt nox facta est, & hora adpetiit, ad quam horam Philinnium solebat ad ipsum ventitare, expectarunt sane illi adventum: ipsa autem venit. Quae cum consueto tempore esset ingressa, & in lecto consedisset, Machates nihil praeseferens quid vellet, rem modo ipsam explorare cupiens, praesertim ut qui nequaquam crederet se cum mortua rem habere, quae tam adcurate eodem temporis articulo ad se veniret; ad haec etiam secum ederet, atque biberet: itaque etiam iis fidem non haberet, quae ab illis narrabantur, putaretque quosdam eorum, qui mortuos effodere solent, effosso sepulcro vestes, & aureum mundum patri puellae vendidisse; cupiens ergo rem certo perspicere, pueros occulte mittit accitum eos. Quum autem confestim venissent Damostratus, & Charito, vidissentque ipsam, & primo quidem muti, ac consternati adstitissent, admirabili spectaculo attoniti, deinde autem magnum sustulissent clamorem, ac filiam fuissent circumplexi: ibi tum Philinnium haec eis dixit: O mater, & pater, quam iniuste invidistis mihi, ut cum hospite essem per triduum in domo paterna absque ullo maleficio; proinde vos denuo lugebitis propter vestram curiositatem: ego autem rursum abeo ad locum mihi designatum; non enim absque divina voluntate huc veni. Haec loquuta, fuit illico mortua, corpusque eius

eius conspicuum per lectum est extensum. Matre autem circumfusa, ac patre, cadaveri, magnoque coorto tumultu in aedibus, atque eiulatu, ob istam rem, quum & immedicabile spectaculum accidisset, & incredibilis casus, statim fama rei urbem pervasit, & ad me adlata est. Istam igitur noctem ego turbam hominum, quae ad aedes eas confluxerat, distinui, veritus ne quid novarum rerum tentaretur, tali fama dissipata. Summo mane refertum hominibus fuit theatrum; omnibusque singulatim narratis, placuit, ut primo omnium iremus ad sepulcrum, eoque aperto videremus, cadaverne in sandapila esset, an vero vacuum locum inveniremus; nondum enim sex menses a morte mulierculae elapsi erant. Postquam aperuimus cameram, in quam omnes istius familiae defuncti reponebantur, aliis quidem in culcitris conspeximus cadavera sita, & ossa eorum, qui ante spacium temporis longius fuerant mortui: in ea sola, in quam reposita, & sepulta fuerat, Philinnium invenimus iacentem annulum ferreum, qui fuerat hospitis; & poculum inauratum, quae illa primo die a Machate acceperat. Admirati, atque stupentes prae admiratione, statim ad Damostratum in diversorium nos contulimus, ut videremus, an re vera cadaver mulieris conspiceretur. Quod quum vidissemus humi iacere, in concionem convenimus; nam & magna erant, quae evenerant, & incredibilia. Quum autem in concione tumultus existeret ingens, ac nemo fere negotium diiudicare posset, primus Hyllus, qui apud nos non ariolus modo optimus, sed & augur praeclarus habebatur, atque in arte divinandi abunde omnia habebat perspecta, surgens, mulieris cadaver iussit extra fines sepeliri: (neque enim conducere, ut iterum intra eos in terram deponatur:) Mercurium vero Terrestrem, & Furias placari; tum omnes purgari, lustrari etiam sacra, & iusta fieri diis Manibus mandavit. Mihique privatim praecepit, ut pro Imperatore, & rep. rem sacram facerem Mercurio, Iovi Hospitali, ac Marti, eaque adcurate conficerem. Haec illo effato, nos quod iusserat exequuti sumus. Machates autem ille hospes, ad quem spectrum commearat, prae moerore mortem sibi conscivit. Proinde si statueris hac de re ad Imperatorem scribere, significa id per litteras mihi, ut etiam quosdam eorum, qui singula perlustrarunt, ad te mittam. Vale.

οἰκίαν γινομένου διὰ τὸ πάθος, ὡς ἀνηκέστου γεγονότος θεάματος, ἅμα τε ἀπίστου συμπτώματος, ταχέως ἐγένετο διὰ πόλεως τὸ πρᾶγμα περιβόητον, καί μοι προσηγγέλη. Τὴν μὲν οὖν νύκτα ἐκείνην διακατέσχον ἐγὼ τοὺς ὄχλους, ἀθροιζομένους ἐπὶ τὴν οἰκίαν, εὐλαβηθεὶς, μήτις εἴη νεωτερισμὸς, διαδεδομένης τοιαύτης φήμης. ὄρθρου δὲ βαθέος πλῆρες ἦν τὸ θέατρον. Ῥηθέντων δὲ πάντων κατὰ μέρος, ἔδοξεν πρῶτον εἰσελθεῖν ἐπὶ τὸν τάφον ἡμᾶς, καὶ ἀνοιξάντας εἰδῆσαι, πότερον εἴη τὸ σῶμα ἐπὶ τῆς κλίνης, ἢ κενὸν τόπον εὑρήσομεν. οὐδὲ γὰρ ἑξάμηνος ἐγεγόνει τῷ θανάτῳ τῆς ἀνθρώπου. ἀνοιχθείσης δὲ ὑφ' ἡμῶν τῆς καμάρας εἰς ἣν πάντες οἱ οἰκεῖοι μεταλλάσσοντες ἐτίθεντο, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων κλινῶν ἐφάνη τὰ σώματα κείμενα, τῶν δὲ παλαίτερον τετελευτηκότων τὰ ὀστᾶ. ἐπὶ μόνης δὲ, ἧς ἡ Φιλίννιον ἐτέθη, καὶ συνέβη ταφῆναι, εὕρομεν ἐπικείμενον τὸν δακτύλιον τὸν σιδηροῦν, ὃς ἦν τοῦ ξένου, καὶ τὸ χρυσόκλυστον ποτήριον, ἅπερ ἔλαβε παρὰ τοῦ Μαχάτου τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν. θαυμάσαντες δὲ, καὶ ἐκπλαγέντες, εὐθέως παραγινόμεθα πρὸς τὸν Δημόστρατον εἰς τὸν ξενῶνα, ὀψόμενοι τὴν νεκρὰν, εἰ καθ' ἀλήθειαν ἐμφανής ἐστιν. ἰδόντες δὲ χαμαὶ κειμένην, εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἠθροιζόμεθα. τὰ γὰρ γεγονότα μεγάλα τε ἦν, καὶ ἄπιστα. Θορύβου δὲ ὄντος νεανικοῦ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ σχεδὸν οὐδενὸς δυναμένου κρῖναι τὰ πράγματα, πρῶτος Ὕλλος, ὀνομαζόμενος παρ' ἡμῖν, οὐ μόνον μάντις ἄριστος, ἀλλὰ καὶ οἰωνοσκόπος κομψὸς εἶναι, τά τε ἄλλα συνεωρακὼς ἐν τῇ τέχνῃ περιττῶς, ἀναστὰς, ἐκέλευεν τὴν μὲν ἄνθρωπον, κατακλεῖσαι ἐκτὸς ὁρίων (οὐ γὰρ συμφέρειν ἔτι ταύτην ἐντὸς ὁρίων τεθῆναι εἰς γῆν· ἀποτροπιάσασθαι δὲ Ἑρμῆν Χθόνιον, καὶ Εὐμενίδας) εἶτα οὕτω περικαθαίρεσθαι πάντας, ἁγνίσαι δὲ καὶ τὰ ἱερὰ, καὶ ὅσα θεοῖς χθονίοις νομίζεται ποιῆσαι, συνέταξεν. ἐμοί τε ἰδίᾳ εἶπεν περὶ τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν πραγμάτων, θύειν τε Ἑρμῇ, Διΐ τε Ξενίῳ, καὶ Ἄρει· καὶ συντελεῖν ταῦτα μὴ παρέργως. Ταῦτα δὲ ἀποφηναμένου τούτου, τὸ μὲν συνταχθὲν ἡμεῖς ἐπράττομεν· ὁ δὲ ξένος ὁ Μαχάτης, πρὸς ὃν παρεγίνετο τὸ φάσμα ὑπ' ἀθυμίας ἑαυτὸν ἐξήγαγεν τοῦ ζῆν. Ἐὰν οὖν σοι φαίνεται περὶ τούτων γράφειν τῷ βασιλεῖ, ἐπίστειλον κἀμοὶ, ἵνα καὶ τῶν σωμάτων τινὰ τῶν ἱστορούντων τὰ κατὰ μέρος ἐξαποστείλω σοι. ἔρρωσο.

CAP. II.

Narrat etiam Hiero, sive Alexandrinus is est, sive Ephesius, in AEtolia spectrum exstitisse. Polycritus, quidam de civibus, a populo gentis Aetolae praefectus (ipsi Aetolarcham vocant) est designatus per triennium, civibus eum ad hoc munus deposcentibus, ob virtutem a maioribus ad ipsum propagatam. Eum gerens magistratum Polycritus, uxorem ducit Locri-

ΚΕΦ. Β'.

Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἱέρων ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἢ Ἐφέσιος 1, καὶ ἐν Αἰτωλίᾳ φάσμα γενέσθαι. Πολύκριτος γάρ, τις τῶν πολιτῶν, ἐχειροτονήθη ὑπὸ τοῦ δήμου Αἰτωλάρχης, ἐπὶ τρία ἔτη τῶν πολιτῶν αὐτὸν ἀξιωσάντων, διὰ τὴν ὑπάρχουσαν ἐκ προγόνων καλοκαγαθίαν. ὢν δὲ ἐν τῇ ἀρχῇ ταύτῃ ἄγεται γυναῖκα Λοκρίδα. καὶ συγκοιμηθεὶς τρισὶ νυξὶ, τῇ τετάρτῃ τὸν βίον ἐξέλιπεν· ἡ δὲ ἄνθρωπος, ἔμενεν ἐν τῇ

1 Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἱέρων ὁ Ἀλεξανδρεὺς, ἢ Ἐφέσιος) An non scribendum? καὶ Ἥρων ὁ Ἀ. Celebris hic Scriptor. Hieron quidam Siculus inter Rei Rusticae Auctores commemoratur a Varrone de R. R. lib. 1. cap. 1. *Hi sunt, quos tu habere in consilio poteris, quum quid consulere voles; Hieron Siculus, & Attalus Philometor*. Et ex eo Columella lib. quoque 1. & cap. 1. *Siculi quoque mediocri cura negotium istud prosequuti sunt, Hieron, & Epicharmus discipulus, Philometor, & Attalus*. Verum Hieron Alexandrinus, aut Ephesius, nusquam mihi alibi lectus.

Digitized by Google

ἐν τῇ οἰκίᾳ χηρεύουσα, ἡνίκα δὲ ὁ τοκετὸς ἤγγιζεν, τίκτει παιδίον, αἰδοῖα ἔχον δύο, ἀνδρεῖόν τε, καὶ γυναικεῖον, ἐπὶ τὴν φύσιν θαυμαστῶς διηλλαγμένον. τὰ μὲν ἄνω τοῦ αἰδοίου, ὁλόκληρά τε καὶ ἀνδρώδη ἦν· τὰ δὲ περὶ τοὺς μηροὺς, γυναικεῖα, καὶ ἁπαλώτερα. ἐφ᾽ ᾧ καταπλαγέντες οἱ συγγενεῖς, ἀπήνεγκαν εἰς τὴν ἀγορὰν τὸ παιδίον· καὶ συναγαγόντες τὴν ἐκκλησίαν, ἐβουλεύοντο περὶ αὐτοῦ, θύτας τε καὶ τερατοσκόπους συγκαλέσαντες. τῶν δὲ οἱ μὲν, ἀπεφήναντο διάστασίν τινα τῶν Αἰτωλῶν, καὶ Λοκρῶν ἔσεσθαι· κεχωρίσθαι γὰρ ἀπὸ μητρὸς, οὔσης Λοκρίδος, καὶ πατρὸς Αἰτωλοῦ. οἱ δὲ, δεῖν ᾤοντο, τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα ἀπενεγκόντας εἰς τὴν ὑπερορίαν, κατακαῦσαι. Ταῦτα δὲ αὐτῶν βουλευομένων, ἐξαίφνης φαίνεται ὁ Πολύκριτος, ὁ προτεθνηκὼς, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, πλησίον τοῦ τέκνου, ἔχων ἐσθῆτα μέλαιναν. τῶν δὲ πολιτῶν καταπλαγέντων ἐπὶ τῇ φαντασίᾳ, καὶ πολλῶν εἰς φυγὴν τραπομένων, παρεκάλεσε τοὺς πολίτας θαῤῥεῖν, καὶ μὴ ταράττεσθαι ἐπὶ τῷ γεγονότι φάσματι. Ἐπεὶ δὲ ἔληξε τὸ πλέον τοῦ θορύβου, καὶ τῆς ταραχῆς, ἐφθέγξατο λεπτῇ τῇ φωνῇ τάδε. Ἐγὼ, ἄνδρες πολῖται, τῷ μὲν σώματι τέθνηκα, τῇ δὲ εὐνοίᾳ καὶ τῇ χάριτι πρὸς ἡμᾶς, ζῶ. καὶ νῦν πάρειμι πρὸς ὑμᾶς, τοὺς κυριεύοντας τῶν κατὰ γῆν, ἐπὶ τῷ συμφέροντι τῷ ὑμετέρῳ. παρακαλῶ τοίνυν ὑμᾶς, πολίτας ὄντας ἐμοῦ, τοῦ μὴ ταράττεσθαι, μηδὲ δυσχεραίνειν, ἐπὶ τῷ παραδόξῳ γεγονότι φάσματι. δέομαι δὲ ὑμῶν ἁπάντων, κατευχόμενος πρὸς τῆς ἑκάστου σωτηρίας, ἀποδοῦναί μοι τὸ παιδίον, τὸ ἐξ ἐμοῦ γεγεννημένον, ὅπως μηδὲν βίαιον γένηται, ἄλλό τι βουλευσαμένων ὑμῶν· μὴ δ᾽ ἀρχὴ πραγμάτων δυσχερῶν, καὶ χαλεπῶν, διὰ τὴν πρὸς ἐμὲ φιλονεικίαν, ὑμῖν γένηται. οὐ γὰρ ἐνδέχεταί με περιιδεῖν κατακαυθὲν τὸ παιδίον ὑφ᾽ ὑμῶν, διὰ τὴν τῶν ἐξαγγελλόντων ὑμῖν μάντεων ἀποπληξίαν. συγγνώμην μὲν οὖν ὑμῖν ἔχω, ὅτι, τοιαύτην ὄψιν ἀπροσδόκητον ἑωρακότες, ἀπορεῖτε πῶς ποτε τοῖς παροῦσι πράγμασιν ὀρθῶς χρήσεσθε. Εἰ μὲν οὖν ἐμοὶ πεισθήσεσθε, ἀδεῶς τῶν παρόντων φόβων, καὶ τῶν ἐπερχομένων κακῶν, ἔσεσθε ἀπηλλαγμένοι· εἰ δὲ ἄλλως πως τῇ γνώμῃ προσπεσεῖσθε, φοβοῦμαι περὶ ὑμῶν, μήποτε εἰς ἀνηκέστους συμφορὰς, ἀπειθοῦντες ἡμῖν, ἐμπέσητε. Ἐγὼ μὲν οὖν, διὰ τὴν ὑπάρχουσαν εὔνοιαν, ὅτ᾽ ἔζων, καὶ νῦν ἀπροσδοκήτως παρὼν, προείρηκα τὸ συμφέρον ὑμῖν. Ταῦτ᾽ οὖν ὑμᾶς ἀξιῶ, μὴ πλείω με χρόνου παρέλκειν, ἀλλὰ βουλευσαμένους ὀρθῶς, καὶ πεισθέντας τοῖς εἰρημένοις ὑπ᾽ ἐμοῦ, δοῦναί μοι μετ᾽ εὐφημίας τὸ παιδίον. Οὐ γὰρ ἐνδέχεταί μοι πλείονα μηκύνειν χρόνον διὰ τοὺς κατὰ γῆν ὑπάρχοντας δεσπότας. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, ἡσυχίαν ἔσχεν ἐπ᾽ ὀλίγον, καραδοκῶν ποίαν ποτὲ ἐξοίσωσιν αὐτῷ γνώμην περὶ τῶν ἀξιουμένων. τινὲς μὲν οὖν ᾤοντο, δεῖν ἀποδοῦναι τὸ παιδίον, καὶ ἀφοσιώσασθαι τότε φάσμα, καὶ τὸν ἐπιστάντα δαίμονα. οἱ δὲ πλεῖστοι ἀντέλεγον, ἐπὶ σχολῆς δεῖν βουλεύσασθαι φάσκοντες, ὡς ὄντος μεγάλου τοῦ πράγματος, καὶ οὐ τῆς τυχούσης αὐτοῖς ἀπορίας. Συνιδὼν δὲ αὐτοὺς οὐ προσέχοντας, ἀλλ᾽ ἐμποδίζοντας αὐτοῦ τὴν βούλησιν, ἐφθέγξατο αὖθις τάδε. Ἀλλ᾽ οὖν γε, ὦ ἄνδρες πολῖται, ἐὰν ὑμῖν συμβαίνῃ τι τῶν δυσχερεστέρων διὰ τὴν ἀβουλίαν, μὴ ἐμὲ αἰτιᾶσθε, ἀλλὰ τὴν τύχην, τὴν οὕτως ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑμᾶς ποδηγοῦσαν. ἥτις, ἐναντιουμένη κἀμοὶ, παρανομεῖν ἀναγκάζει με εἰς τὸ ἴδιον τέκνον. Τοῦ δὲ ὄχλου συνδραμόντος, καὶ περὶ τὴν ἄρσιν τοῦ τέρατος ἔχοντος, ἐπιλαβόμενος τοῦ παιδίου, καὶ

cridem; cum qua ut tres dormivit noctes, quarta extremum vitae diem morte confecit. Mulier domi vidua mansit; &, quum partus tempus adpetiisset, infantem peperit binis pudendis, masculino, ac feminino, mirifice omnino monstrosum: quae supra pudenda erant partes, solidae erant, & masculae: quae circum femora, feminea, & tenera. Perterriti hoc casu propinqui, foetum in forum protulerunt: advocataque concione, & coactis sacrificulis, atque monstrorum inspectoribus, de eo deliberarunt. Horum alii pronunciarunt, dissidium aliquod Aetolorum, & Locrensium portendi; foetum enim divisum esse, matris Locridis, ac patris Aetoli. Alii censuerunt, matrem cum foetu extra fines Aetoliae deportari, ac cremari debere. Dum haec consultantur, subito Polycritus, pridem mortuus, in concione existit prope infantem, atra amictus veste. Is perterritos cives eo spectro, & plerosque fugam facientes, bono iubet esse animo, neque ob hanc adparitionem conturbari. Postquam tumultus maiori ex parte sedatus fuit, tenui voce ita infit: Ego, cives, corpore mortuus, benevolentia, & favore erga vos vivo; & nunc adsum coram vobis, qui rebus terrenis imperatis, commodi vestri causa. Hortor itaque vos, cives meos, ne tumultuemini, neve ob tam mirabilem adparitionem aliquid capiatis molestiae; obtestor autem unumquemque vestrum per suam ipsius salutem, ut mihi ex me genitum infantem reddatis; ne quid violentum contingat, in aliam vobis discedentibus sententiam: neve, contendendi mecum studio, difficilium, atque adversarum rerum fiat exordium. Non enim fieri potest, ut negligam istam iniuriam, si, sequuti stupiditatem vatum vestrorum, infantem cremetis. Ignosco sane vobis, quod, improviso hoc monstro conspecto, dubitatis quid sit agendum. Quod si mihi obtemperatis, metu praesenti, & impendentibus malis, tuto liberabimini: sin alio sententia vestra inclinabit, metuo ne, dum mihi dicto audientes esse non vultis, in extremas incidatis calamitates. Atque ego quidem ea, quam vivus erga vos gessi, ductus benevolentia, nunc quoque non expectatus adsum; &, quid in rem sit vestram, monui. A vobis autem peto, ne diutius me trahatis; sed, re recta via putata, mihi obsequamini, & bono cum omine infantem tradatis: non enim licet mihi longiorem moram producere propter dominos, qui sub terra sunt. Haec loquutus, aliquantulum quievit: expectans, quid ad postulata sua essent responsuri. Non defuerunt, qui tradendum ei infantem, itaque & monstrum, & qui adparuisset genium averruncandum esse censerent; sed maxima pars eam sententiam impugnabat: ac per ocium de re tanta, & quae haberet explicatus difficillimos, deliberandum contendebat. Cernens ergo Polycritus, eos sibi animum non advertere, sed consilium ipsius impedire, rursum ita loquutus est: Itaque ergo, cives, si quid ob consilii pravitatem vobis adversi eveniet, non mihi id, sed fortunae imputate, quae vos ita ad deteriora ducit: quae, mihi quoque adversa, in prolem meam ne nefarium reddit. Concurrente ad haec verba turba, & tollere monstrum conante, adripiens infantem, & plerosque ferocius

Digitized by Google

abigens, discerpsit eum, ac voravit. Clamorem multitudo sustulit, lapidibusque eum coniectis arcere adgressa est: verum ille, nullis saxorum obnoxius ictibus, totum infantis corpus, demto capite, absumsit; subitoque evanuit. Quod factum quum AEtoli aegre ferrent, & in anxietatem haud mediocrem venirent, Delphosque mittere vellent, caput infantis, in solo iacens, loquitur, & oraculo futura indicat:

O populosa colens famosas natio terras,
Non lucos adeas Phoebi, & fragrantia templa:
Namque manus tibi pollutae tolluntur in auras,
Ante pedesque nefas positum via publica tangit.
Mitte iter ad tripodes, atque ex me disce futura:
Nam tibi fata canam, quae sint venturaque dicam.
Haec ubi lux primum revoluto illuxerit anno,
Corpora Locrorum simul Aetolumque Minervae
Passim morte atra sternentur plurima iussu,
Interitus animae expertes post funera vivent.
Nec requies erit ulla mali, vel parvula, vobis;
Nam iam nunc caedis stillae caput omne perrerrant,
Omnia nox tegit, & nimbus super incidit ater.
Quisque domi viduus sua membra in limine ponet,
Nulla virum mulier lugebit, nulla parentes
Usque amplexa suos deflebit funera proles:
Usque adeo cunctos lethalis proluet aestus.
Heu patriam semper gemo, tam crudelia passam;
Et miseram matrem, quae mortem postmodo obivit.
Obscuros etiam superi, & sine nomine ponent,
AEtolo, & Locro quidquid de semine fiet.
Vita meo capiti superat quia nec mea membra
Protinus a terris abolevit cuncta recedens;
Vos caput aurorae iubeo hoc exponere luci,
Nec terrae infossum nigris celare cavernis:
Atque ex hinc patria iubeo migrare relicta,
Palladis ad populumque & cultas pergere terras,
Effugium lethi si quod fors fata ministrent.

Audito hoc Aetoli oraculo, uxores, infantes, & senio provectos exposuerunt, quo quisque potuit: ipsi manserunt domi, &, quid futurum esset, expectaverunt. Contigit autem, ut anno proximo inter Aetolos & Acarnanes bellum existeret, & utrimque magna fieret clades.

τὰς πλάσας αὐτῶν ἀνέρξας ἰταμώτερον, διέσπασέ τε αὐτὸ καὶ ἤσθιε· κραυγῆς δὲ γενομένης, καὶ λίθων ἐπ' αὐτὸν ἐκριπτομένων, ὑπελάμβανον τροπὴν αὐτοῦ ποιήσασθαι. ὁ δὲ ἀπληκτος ὢν ὑπὸ τῶν λίθων, τὸ σῶμα πᾶν τοῦ παιδίου κατανάλωσε πλὴν τῆς κεφαλῆς, καὶ αὐτίκα ἀφανὴς ἐγένετο. Δυσφορούντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ τοῖς γενομένοις, καὶ ἐν ἀπορίᾳ καθεστηκότων, οὐ τῇ τυχούσῃ, βουλομένων τε ἀποστεῖλαι εἰς Δελφοὺς, φθέγγεται ἡ κεφαλὴ τοῦ παιδίου, ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κειμένη, καὶ λέγει χρησμῷ τὰ ἀποβησόμενα·

Ὦ πολυύμνητον ναίων χθόνα λαὸς ἀπείρων,
Μὴ στεῖχ' ἐς Φοίβου τέμενος, ναόν τε θυώδη·
Οὐ γάρ σοι καθαραὶ χέρες αἵματος αἰθέρ' ἔχουσιν,
Ἀλλὰ μύσος προπάροιθε ποδῶν ἔντοσθε κελεύθου.
Φράζεο δ' ἐξ ἐμέθεν, τρίποδος δ' ἀπόειπε κέλευθον,
Μαντοσύνης πᾶσαν γὰρ ἐφετμὴν σοι καταλέξω.
Ἤματι καὶ τούτῳ περιτελλομένου ἐνιαυτοῦ,
Ὥρισται πᾶσιν θάνατος· (ψυχαὶ δὲ βίονται)
Λοκρῶν Αἰτολῶν τ' ἀναμὶξ βουλῇσιν Ἀθήνης,
Οὐδ' ἀναπαύλησις κακοῦ ἔσσεται, οὐδ' ἠβαιόν.
Ἤδη γὰρ ψεκάδες φονικαὶ κατὰ κρᾶτα κέχυνται.
Νὺξ δὲ ἐπὶ πάντα κέκευθε, μέλας δ' ἐπιδέδρομεν αἰθήρ·
Αὐτίκα νὺξ δὲ ἔρεβος πᾶσαν κατὰ γαῖαν ὄρωρεν,
Χῆροι δ' οἶκοι πάντες ἐπ' οὔδεϊ γυῖα κλινοῦσιν,
Οὐδὲ γυνὴ πένθος ποτὲ λάψεται, οὐδέ νυ παῖδες,
Ἐν μεγάροις γόωσι φίλους πατέρας περιφῦντες·
Τοῖον γὰρ τόδε κῦμα κατέδραμε πᾶσι κατ' ἄκρες.
Αἶ αἶ πατρίδ' ἐμὴν αἰεὶ στένω, αἰνὰ παθοῦσαν,
Μητέρα τ' αἰνοτάτην, ἣν ὕστερον ἔκλυσεν αἰών,
Νωνυμόντε θεοὶ γένεσιν θήσουσιν ἅπαντες·
Λοκρῶν τ' Αἰτωλῶν τ' ὅτι που καὶ σπέρμα λίποιτο,
Οὕνεκ' ἐμὴν κεφαλὴν λίποι αἰών, οὐδέ νυ πάντα
Σώματος ἠφάνικεν μέλε' ἄκριτα, λεῖπε δὲ γαῖαν,
Ἀλλά γ' ἐμὴν κεφαλὴν θέμεν' ἠοῖ φαινομένηφι·
Μὴ δὲ θ' ὑπὸ ζοφερὴν γαῖαν κατακρυπτέμεν ἔνδον·
Αὐτοὺς δὲ προλιπόντας ἑὸν χῶρον μετ' ὄπισθεν,
Στείχειν εἰς ἄλλον χῶρον καὶ λαὸν Ἀθήνης,
Εἴ τινα που θανάτοιο λύσιν κατὰ μοῖραν ἕλησθε.

Ἀκούσαντες δὲ οἱ Αἰτωλοὶ τοῦ χρησμοῦ, γυναῖκας μὲν, καὶ τὰ νήπια τέκνα, τούς τε ὑπεργήρως, ὑπεξέθεντο οὗ ἕκαστος ἐδύνατο· αὐτοὶ δὲ ἔμενον, καραδοκοῦντες τὸ ἀποβησόμενον. καὶ συνέβη τῷ ἑξῆς ἔτει Αἰτολοῖς καὶ Ἀκαρνᾶσι συστῆναι πόλεμον, καὶ φθορὰν πολλὴν ἑκατέρων γενέσθαι.

CAP. III.

Narrat etiam Antisthenes philosophus Peripateticus, Acilium Glabrionem consulem cum legatis Porcio Catone, & L. Valerio Flacco, praelio congressum cum Antiocho apud Thermopylas, acriter pugnasse, & milites Antiochi coegisse arma abiicere. Ipsum Antiochum primum

ΚΕΦ. Γ'.

Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἀντισθένης Περιπατητικὸς φιλόσοφος 1, Ἀκίλιον Γλαβρίωνα τὸν ὕπατον, μετὰ πρεσβευτῶν Πορκίου Κάτωνος, καὶ Λευκίου Οὐαλερίου Φλάκκου, παραταξάμενον Ἀντιόχῳ ἐν Θερμοπύλαις, γενναίως τε ἀγωνισάμενον, βιάσασθαι, ῥίψαι μὲν τὰ ὅπλα τοὺς μετ' Ἀντιόχου· αὐτὸν δὲ, τὰ μὲν πρῶτα εἰς

1 Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἀντισθένης Περιπατητικὸς φιλόσοφος) An hunc designat, cuius vitam describit nobis Diogenes Laertius lib. VI. Atqui Cynicus iste fuit, princeps sectae; & Historicum nihil scripsit. Alius ab isto quidam, Rhodius, & Historicus fuit. Diogenes libro A citato. Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Ἀντισθένεις, τρεῖς· Ἡρακλίτειος, εἷς· ἕτερος, Ἐφέσιος· καὶ Ῥόδιός τις, ἱστορικός. Puto confundere hic Phlegontem, & pro Rhodio hoc Atheniensem male ponere.

Digitized by Google

εἰς Ἰταλίαν, μετὰ πεντακοσίων ὑπασπιστῶν, φυγεῖν 1· ἐκεῖθεν δὲ πάλιν εἰς Ἔφεσον ἀναγκάσαι. ὑπεξελθεῖν. ὁ δὲ Ἀκίλιος, Κάτωνα μὲν εἰς Ῥώμην ἀπέστειλεν, ἀπαγγελοῦντα τὴν νίκην· αὐτὸς δὲ, ἐπ' Αἰτωλοὺς καὶ Ἡράκλειαν ἐστράτευσεν, ἣν ἐξ εὐμαροῦς ἔλαβεν. ἐν δὲ τῇ παρατάξει, τῇ γενομένῃ πρὸς Ἀντίοχον ἐν Θερμοπύλαις, ἐπιφανέστατα σημεῖα ἐγένετο Ῥωμαίοις. ἐπιφανέντος γὰρ Ἀντιόχου, ϗ φυγόντος τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ἐγίνοντο οἱ Ῥωμαῖοι περὶ ἀναίρεσιν τῶν ἐκ τῆς σφετέρας δυνάμεως πεπτοκότων, ϗ περὶ συλλογὴν λαφύρων τε, ϗ σκύλων, ϗ αἰχμαλώτων. Βούπλαγος δέ τις, τῶν ἀπὸ Συρίας ἱππάρχης, τιμώμενος παρὰ τῷ βασιλεῖ Ἀντιόχῳ, ἔπεσε ϗ αὐτὸς, γενναίως ἀγωνισάμενος. ἀναιρουμένων δὲ τῶν Ῥωμαίων πάντα τὰ σκῦλα, ϗ μεσούσης τῆς ἡμέρας, ἀνέστη ὁ Βούπλαγος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἔχων τραύματα δέκα δύο· ϗ παραγενόμενος εἰς τὸ στρατόπεδον αὐτῶν, ἀνεῖπε λεπτῇ φωνῇ τοὺς δὲ τοὺς στίχους·

> Παῦσαι σκυλεύων στρατὸν ἄϊδος εἰς χθόνα βάντα,
> Ἤδη γὰρ Κρονίδης νεμεσᾷ Ζεὺς, μέρμερα λεύσσων,
> Μηνίει δὲ φόνῳ στρατιᾶς, ϗ σοῖσιν ἐπ' ἔργοις,
> Καὶ πέμψει φῦλον θρασυκάρδιον εἰς χθόνα τὴν σὴν,
> Οἵ σ' ἀρχῆς παύσουσιν, ἀμείψῃ δ' οἷά γ' ἔρεξας.

Ταραχθέντες δὲ οἱ στρατηγοὶ ἐπὶ τοῖς ῥηθεῖσιν, διὰ ταχέων συνήγαγον τὸ πλῆθος εἰς ἐκκλησίαν. ϗ ἐβουλεύοντο περὶ τοῦ γεγονότος φάσματος. ἔδοξεν οὖν, τὸν μὲν Βούπλαγον, παραχρῆμα μετὰ τὰ λεχθέντα ἔπε ἀποπνεύσαντα, κατακαύσαντας θάψαι. καθαρμὸν δὲ ποιήσαντας τοῦ στρατοπέδου, θῦσαι Διῒ Ἀποτροπαίῳ, ϗ πέμψαι εἰς Δελφοὺς, ἐρωτήσοντας τὸν θεόν, τι χρὴ ποιεῖν. Παραγενομένων δὲ Πυθῶδε τῶν θεωρῶν, καὶ πυνθανομένων, τὶ ποιητέον, ἀνεῖπεν ἡ Πυθία τόνδε τὸν χρησμόν·

> Ἴσχεο νῦν, Ῥωμαῖε, δίκη δέ τοι ἔμμονος ἔστω,
> Μή σοι ἐφορμήσῃ Παλλὰς πολὺ φέρτερον Ἄρη·
> Χερώσῃ δ' ἀγοράς· σὺ δὲ, νήπιε, πολλὰ μογήσας,
> Ἵξεαι ἐς χώρην τὴν σὴν, πολὺν ὄλβον ὀλέσας.

Ἀκούσαντες οὖν τοῦ λόγου τούτου, τὸ μὲν ἐπιστρατεῦσαι ἐπί τινα τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ κατοικούντων, ἀπέγνωσαν τὸ παράπαν. ἀναζεύξαντες δὲ ἀπὸ τοῦ προειρημένου τόπου, παρεγένοντο ἐπὶ Ναύπακτον τῆς Αἰτωλίας, ὅ ἐστιν ἱερὸν κοινὸν τῶν Ἑλλήνων, εὐτρεπίζοντες θυσίας δημοτελεῖς, ἀπαρχάς τε, ἐξ ἔθους. Τούτων δὲ ἐπιτελουμένων, ὁ στρατηγὸς Πόπλιος, ἐμμανὴς γενόμενος, ϗ παράφρων, ἀποφθέγγεται πολλά τινα ἐνθουσιωδῶς, τὰ μὲν ἐν μέτρῳ, ἔστιν δ' ἃ καὶ καταλογάδην. διαγγελθέντος δὲ τῷ πλήθει τοῦ πράγματος, συνέθεον πάντες πρὸς τὴν σκηνὴν τοῦ Ποπλίου, ἅμα μὲν ὑπαγωνιῶντες καὶ ἐκπεπληγμένοι, ἐπὶ τῷ τὸν κράτιστον αὐτῶν, ϗ δυνάμενον ἀφηγεῖσθαι μετ' ἐμπειρίας, ἠτυχηκέναι· ἅμα δὲ ἀκούειν βουλόμενοι τὰ λεγόμενα· ὥστέ τινας αὐτῶν πιεσθέντας βιαιότερον, ἀποπνιγῆναι.

mum cum 10 satellitibus in AEtoliam fugisse, inde compulsum Ephesum discedere. Acilius (ut is narrat) Catonem, victoriae nunciandae causa, Romam misit; ipse in Aetolos movit; & Heracleam adortus, nullo negotio coepit. In pugna autem apud Thermopylas, Romanis signa illustrissima sunt facta. Nam quum se ostendisset ipsis Antiochus, ac fugisset, postridie Romani se colligendis iis, qui ab ipsorum parte ceciderant, tum legendis spoliis, atque exuviis, & captivis, dederunt. Ibi Buplagus quidam Syrus, qui magno in precio apud Antiochum fuerat, turmamque equorum duxerat, fortiterque proelians ceciderat, Romanis, quum omnia spolia legissent, media die e mortuis surrexit, vulneribus adfectus XII. & in castra eorum advenit, atque hos versus exili voce pronunciavit,

> *Desiste ad manes turbam spoliare profectam:*
> *Succenset Iupiter iam nunc, facta impia cernens,*
> *Iratus caedem ob legionis, & ob tua facta;*
> *Immanem gentemque tuas immittet in oras,*
> *Imperio tibi, quae tua facta rependat ademto.*

Perturbati his verbis duces, celeriter multitudinem in concionem convocarunt, ac de spectro consultarunt. Placuit, ut Buplagus, statim a recitatis versibus extinctus, cremaretur, ac sepeliretur; lustraretur exercitus, Iovi Averruncatori sacrum fieret; mitterenturque Delphos, qui, quid agendum esset, perquirerent. Consultoribus Pythia sic respondit:

> *Desine nunc, Romane, & ius fac sit tibi cordi,*
> *Ne longe maiori instructum robore Martem*
> *Immittat Pallas tibi, qui fora civibus atrox*
> *Atque domos viduet: post multos, stulte, labores*
> *Amissis opibus repetes tua limina magnis.*

Quo audito, Romani omne consilium expeditionis, in aliquem Europae habitatorem suscipiendae, abiecerunt: &, motis castris, a dicto loco Naupactum venerunt, Aetoliae urbem, ubi commune est Graecorum templum; ibique sacrificia publica, & primitias de more adornarunt. Haec quum celebrarentur, imperator Publius, insania correptus, multa divino animi instinctu pronunciavit; quaedam versibus, alia soluta oratione. Quae res quum esset indicata multitudini, omnes ad Publii tentorium concurrerunt, simul & consternati, atque dolore adfecti, eo quod optimus ipsorum dux, atque peritissimus in eam devenisset miseriam; & cupientes audire, quae diceret: & tantus fuit concursus, ut quidam, vehementius pres-

---

1 Αὐτὸν δὲ τὰ μὲν πρῶτα εἰς Ἰταλίαν μετὰ πεντακοσίων ὑπασπιστῶν φυγεῖν) Itane Antiochus, profligatis ab Acilio copiis suis, in Italiam fugam instituit? Contra Historiam est. Gulielmus Xylander legisse videtur, εἰς Αἰτωλίαν, pro εἰς Ἰταλίαν. Tu repone, εἰς Ἐλάτειαν. Ita sese Historia habet. Antiochus victus, fugiensque, non ante substitit, quam Elatiam cum quingentis tantum militibus pervenisset. Livius lib. XXXVI. *Aliquantum viae praeceperat rex*, (de Antiocho victo, ac fugiente illi sermo;) *ut qui, non ante,* A *quam Elatiae, ab effuso constiterit cursu: ubi primum reliquiis pugnaeque, & fugae collectis, cum perexigua manu semiermium militum Chalcidem se recepit. Romanus equitatus ipsum quidem regem Elatiae adsequutus non est, sed magnam partem agminis, aut lassitudine subsistentis, aut terrore, ut qui sine ducibus per ignota itinera fugerent, dissipatos oppresserunt; nec praeter quingentos, qui circa regem fuerunt, quisquam effugit.*

Digitized by Google

pressi, suffocarentur. Versus, quos ille pronunciavit, quum essent adhuc in tentorio, hi sunt:

Eheu quam dirum Pallas tibi, patria, Martem
Immittet, postquam Ausonias remearis ad urbes,
Devastata Asia natale solumque beata,
Thrinaciamque, Deum quam rex fundavit, amoenam.
Nam procul ex Asia, qua sunt Hyperionis ortus,
Adveniet gravis, atque animis exercitus ingens,
Traiectoque freto rex angusti Hellesponti
Cum domino Epiri firmissima foedera iunget,
Inque Asiam innumero conflatas milite turbas
Ex Asia, Europaeque educet finibus amplae.
Te subiget, viduasque domos, murosque relinquet;
Servitioque premet, spe libertatis ademta.
Atque haec ob saevam fient Tritonidis iram.

His pronunciatis, tunicatus e tentorio se proripuit, & soluta oratione ita est loquutus: Significamus, milites, atque cives, vos ex Europa in Asiam digressos, Antiochum regem terra, marique commissis superasse praeliis: subegisse quidquid est citra Taurum regionis, & urbium in ea conditarum, expulso in Syriam Antiocho: regionem eam, & urbes, Attali filiis vos tradidisse: Galatas, qui in Asia degunt, vobiscum pugna congressos succubuisse: mulieres eorum, liberos, & omnia impedimenta vos cepisse, & in Europam duxisse. A Thracibus, qui in Europa oram Propontidis, & Hellesponti accolunt, redeuntes vos, apud AEnianum regionem invasum iri, & eos nonnullis occisis partem praedae vobis erepturos: reliquis Romam perlatis cum rege Antiocho foedus exstiturum, ea conditione, ut is certam pendat pecuniam, & quadam regione cedat. His dictis, magna voce in haec verba clamavit: Video ex Asia traiicere exercitus ferreis pectoribus, regesque in unum conductos, & gentes varias in Europam, strepitumque equorum, & hastarum fragorem, caedem cruentam, praedationem gravem, ruinam turrium, & murorum deiectiones, ac evastationem immensae terrae. Secundum haec rursum versus protulit, quorum haec fuit sententia:

Nisaeae quando frenis auroque superbae
Egredientur aeque propriis de sedibus albae,
Arte Syracusis, quas in locupletibus olim
Daedalus AEtion iucundae nobile pignus
Fecit amicitiae, praesepia ad aerea stantes,
Aureaque inter se connectunt vincula cunctas:
Quis super insignis radiis, oculosque coruscans,
Invehitur famosi Hyperionis inclyta proles;
Tum gravium te, Roma, attinget summa malorum.
Nam magnus veniens exercitus omnia perdet.
Civibus orbabit fora, & urbes igne cremabit,
Sanguineque implebit rivos, & sanguine manes,
Servitioque premet, spe libertatis ademta.
Nulla virum e bello reducem tunc femina dira
Excipiet: Pluto nigro sed tristis amictu
Sub terras rapiet natos, matresque, patresque,
Marsque peregrinis coget servire relictos.

Sic fatus, conticuit: egressusque castris, quercum quamdam conscendit; sequentemque multitudinem advocans, haec dixit: Mihi quidem, Quirites, ceterique milites, convenit ut a lupo rufo magno vorer hodie. Vos autem sci-

ναι. Τὰ μὲν οὖν ἐν μέτρῳ ῥηθέντα ὑπ' αὐτοῦ, ἔτι ὄντων ἐν τῇ σκηνῇ, ἐστὶν τάδε.

Ὦ πατρὶς, οἷόν σοι λυγρὸν φέρει Ἄρη Ἀθήνη,
Ἡνίκα πορθήσασ' Ἀσίην πολύολβον ἵκηαι
Ἰταλίην ἐς γαῖαν, εὐστεφάνους τε πόληας,
Θρινακίην νῆσον πολυήρατον, ἣν κτίσατο Ζεύς.
Ἥξει γὰρ στρατιὴ πολυφέρτατος, ὀβριμόθυμος,
Τηλόθεν ἐξ Ἀσίης, ὅθεν ἡλίου ἀντολαί εἰσιν,
Καὶ βασιλεὺς διαβὰς στεινὸν πόρον Ἑλλησπόντου,
Ὅρκια πιστὰ ταμεῖ πρὸς κοίρανον Ἠπειρώτην.
Ἄξει δ' εἰς Ἀσίην στρατιὴν, ἀνάριθμον, ἀγείρας
Πάντοθεν ἐκ τ' Ἀσίης ἠδ' Εὐρώπης ἐρατεινῆς,
Καί σε δαμᾷ· χήρους δ' οἴκους, καὶ τείχεα, θήσει·
Δουλοσύνην δ' ἐπὶ πᾶσιν ἐλεύθερον ἦμαρ ἀπούρας
Τεύξει, μήνιδος οὕνεκ' Ἀθηναίης μεγαθύμου.

λεως Βελίας. Α'λβατία Σαβίνα, πόλεως Πάρμης. Σαλυία Ούάρλωα, Ποπλίου θυγάτηρ, πόλεως βασιλέας. Βεβία Μαρκέλλα, Σέξτου θυγάτηρ, πόλεως Ο'ρτισίας. Βασκία Α'σικόσου, Μακεδὼν, ἀπὸ Φιλίππων. Βονζησόνου παροίκου Πόλτης, Μακεδὼν 1. Φρόντων Α'λβουτίου, Μακεδὼν, ἀπὸ Φιλίππων. Σάρκης Κιλαμακέτις Α'μφιπολῖτις 2. Αἰδέσιος Δίζα, παροικοπόλεως, Μακεδών. Βίθυσδιζάσου 3, παροικοπόλεως, τῆς Μακεδόνων. Ζαικεδένθης Μουκάσου, παροικοπολίτης, Μακεδών. Μάντις, καὶ Προίζου Μακεδὼν 4, ἐξ Α'μφιπόλεως. Α'λέξανδρος Δημητρίου, Τιανὸς, ἀπὸ Πόντου, καὶ Βιθυνίας. Γάζα Τίμωνος, Τιανὴ, ἀπὸ Πόντου, καὶ Βιθυνίας. Χρήστη Α'ντιπάτρου, Τιανή. Χρυσίον Θεοφίλου, Τιανή. Ι'έρων Ι'έρωνος, Τιανός. Μύζακος Μουκαντίου, Νικομηδεὺς, Βιθυνίας. Λύκιος Φιδικλάνιος Νέπως, Σινωπεύς. Α'λύκιος Α'πιλιούτας, ἀπὸ Λυσιτανίας, πόλεως Ι'ντερανιησίας. Α'μβατος, Δοκουρίου υἱὸς, τῆς αὐτῆς πόλεως. Κάμαλος, Καντολγουνίου υἱὸς, τῆς αὐτῆς πόλεως. Κέλτιος, Πελλίου υἱὸς, πόλεως Α'πειλοχαρίου. Α'ῤῥέντιος Α'ππίου υἱὸς, πόλεως Κονιμβριγησίας. Τάμφιος, Κελτίου υἱὸς, πόλεως τῆς αὐτῆς· Δοκκύριος Α'λουκκίου υἱὸς, πόλεως Αἰβουροβισυγγίας.

Lusitanus, urbe Interaniesia; eademque urbe Ambarus Ducurii F. & Camalus Cantolgunii F. Celtius Pelli F. urbe Apeilocario Arruntius Appii F. urbe Conimbrigesia, & eadem Tamphius, Celtii F. Duccurius Alucci F. urbe AEburobisyngesia.

Οἱ ἀπὸ ἑκατὸν τεσσάρων ἐτῶν, μέχρι ἑκατὸν δέκα ἀπογραψάμενοι.

ΚΕΦ. Β'.

Γάϊος Ληλήδιος Πρίμος, πόλεως Βονωνίας, ἔτη ἑκατὸν ἕν. Κλωδία Ποτέστα, Γαΐου ἀπελευθέρα, πόλεως Βονωνίας, ἔτη ἑκατὸν ἕν. Κουσινία Μόσχος, Γαΐου ἀπελευθέρα, πόλεως Κορνηλίας, ἔτη ἑκατὸν ἕν. Κερεωνία Ούερηκούνδα, Ποπλίου ἀπελευθέρα, πόλεως Κορνηλίας, ἔτη ἑκατὸν ἕν. Λιουία Α'ττική, Ποπλίου ἀπελευθέρα, πόλεως Πάρμης, ἔτη ἑκατὸν ἕν. Βουρία Λυχναινὶς, πόλεως Πάρμης, ἔτη ἑκατὸν ἕν. Γάϊος Σάμφιος, Γαΐου υἱὸς, πόλεως Βελέας, ἔτη ἑκατὸν δύο. Κόϊντος Κορνήλιος, Κοΐντου υἱὸς, πόλεως Ῥηγίου, ἔτη ἑκατὸν δύο. Τίτος Α'ντώνιος, Τίτου υἱὸς, πόλεως Πάρμης, ἔτη ἑκατὸν δύο. Κοκνανία Μοῦσα, πόλεως Κορνηλίας, ἔτη ἑκατὸν τρία. Δημόκριτος Α'βδηρίτης, ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα 5. ἐτελεύτησεν δὲ, τροφῆς ἀποσχόμενος. Κτησίβιος ὁ ἱστοριογράφος, ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα 6. ἐν περιπάτῳ δὲ ἐτελεύτα, ὡς Α'πολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς δεδήλωκεν. Ι'ερώνυμος ὁ συγγραφεὺς, πολλοὺς μὲν χρόνους ἐν ταῖς στρατείαις ἀνατλήσας, πλείστοις δὲ τραύμασιν ἐν πολέμοις περιπεσὼν, ἐτελεύτησεν, βιώσας ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα, ὥς φησιν Α'γαθαρχίδης ἐν τῇ ἐννάτῃ τῶν περὶ τῆς Α'σίας ἱστοριῶν. Γάϊος Λαλλίας Τιωναοῖς, Λουκίου υἱὸς, πόλεως Βιωνίας, ἔτη ἑκατὸν πέντε. Πόπλιος Κουϊσέντιος Σφυρίων, Ποπλίου ἀπελεύθερος, πόλεως Βονωνίας, ἔτη ἑκατὸν πέντε. Τίτος Κοττίνας Χρύσανθος, Τίτου ἀπελεύθερος, πόλεως Φαυεντίας, ἔτη ἑκατὸν πέντε. Μάρκος Πομώνιος Σεβῆρος, Μάρκου υἱὸς, πόλεως Ταννητάνης, ἔτη ἑκατὸν πέντε. Σέξτος Νέβιος, Σέξτου υἱὸς, πόλεως Πάρμης, ἔτη ἑκατὸν πέντε. Λύκιος Αἴλιος Δορόθεος, Λουκίου ἀπελεύθερος, πόλεως Βονωνίας, ἔτη ἑκατὸν ἕξ. Γάϊος

Qui ab annis C. & IV. usque ad CX. protraxisse vitam adnotati sunt.

CAP. II.

C. Leledius Primus, annos CI. Clodia Potesta, C. liberta, totidem, Bononienses. Cusinia Iuvenca, C. liberta, Corneliensis, anno CI. Cereonia Verecunda, P. liberta, ipsa quoque Corneliensis, annos totidem. Livia Attica, P liberta, & Buria Lichnaenis, Parmenses, annos vixerunt totidem. C. Samphius, C. F. annos CII. Veliae natus. Q. Cornelius, Q. F. Rhegii: T. Antonius, T. F. Parmensis, totidem. Cocnania Musa, annos CIII. Corneliensis. Democritus Abderites, annos CIV. mortuus est abstinentia cibi. Totidem annos vixit Ctesibius, historiae scriptor, & (ut in annalibus Apollodorus refert) inter deambulandum vivendi finem fecit. Agatharchides libro historiae Asianae nono scribit, Hieronymum historicum, quum is & temporis multum in expeditionibus bellicis tolerasset, & in pugnis permulta accepisset vulnera, annos natum totidem, decessisse. C. Lallias Tionaeus, L. F. vitam produxit per annos CV. urbe natus Bionia. P. Quisentius Sphyrio, P. libertus, Bononiensis: T. Cottinas Chrysantus, T. libertus, Faventinus: M. Pomonius Severus, M. F. urbe Tannetana: Sext. Nevius Sext. F. urbe Parma: omnes totidem. L. AElius Dorotheus, L libertus, Bononiensis, annos CVI. C. Pompusius Montianus, P. F annos CVII. Polla Donata, Sexti filia, Bononiensis, annos CX. Munantia Procula L. F. Rhegina, totidem.

1 Βονζησόνου παροίκου Πόλτης, Μακεδὼν) Scrib. Βόνζης Τόνου, Παροικοπολίτης, M.

2 Σάρκης Κιλαμακέτις, Α'μφιπολῖτις) Scripserim, Σάρκη Σκίλα Μακέτις, A'.

3 Βιθυσδιζάσου) Forte Βίθυς Διζάσου.

4 Μάντις καὶ Προίζου Μακεδὼν) Forte Μάντις Καιπρόιζου M. Vt sit, *Mantis Caeproezi F.*

5 Δημόκριτος Α'βδηρίτης, ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα) Ita etiam Lucianus in Longaevis. Δημόκριτος μὲν ὁ Α'βδηρίτης, ἐτῶν γεγονὼς τεσσάρων καὶ ἑκατὸν, ἀποσχόμενος τροφῆς, ἐτελεύτα. Hipparchus auctor, vixisse annos CIX. Diogenes Laertius in hoc Democrito lib. IX. Α'λυπότατα τὸν βίον (ὁ Δημόκριτος) προήκατο, ὥς φησιν Ι'ππαρχος, ἐννέα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη βιούς.

6 Κτησίβιος ὁ ἱστοριογράφος, ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα) Lucianus viginti annos Ctesibio addit, loco citato. Συγγραφέων δὲ Κτησίβιος μὲν, ἑκατὸν εἴκοσι τεσσάρων ἐτῶν, ἐν περιπάτῳ ἐτελεύτησεν, ὡς Α'πολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς ἱστορεῖ. Vterque ecce Apollodorum auctorem laudat; ergo mendum in alterutro. Ac Phlegontem quidem nostrum lemma capitis tuetur; Οἱ ἀπὸ ἑκατὸν τεσσάρων ἐτῶν μέχρι ἑκατὸν δέκα ἀπογραψάμενοι. Itaque sine ullo dubio corrigendus Lucianus, scribendumque, ἑκατὸν τεσσάρων ἐτῶν.

Digitized by Google

Πομπήϊος Μουντιανὸς, Ποπλίου υἱὸς, ἔτη ἑκατὸν ἑπτά. Πόλλα Δωνάτα, Σέξτου θυγάτηρ, πόλεως Βονωνίας ἔτη ἑκατὸν δέκα. Μουναντία Πρόκουλα, Λουκίου θυγάτηρ, πόλεως Ῥηγίου, ἔτη ἑκατὸν δέκα.

Qui ab annis cx. *usque ad* cxx. *progressi, in commentariis memorantur.*

CAP. III.

T. Purennius Tutus, L. F. Corneliensis, annos cxi. L. Antistichus Soterichus, L. libertus, Ravennas cxiii. L. Petri, Corneliensis cxiiii. Iulia Modestina, Corsiolis urbe nata, liberta Primipilarii, nostra adhuc aetate superstes, urbe Brixellis, annos cxx.

Qui ab cxxx. *annis usque ad* cxl. *vixisse adnotati sunt.*

CAP. IV.

L. Tertius, Bononia, annos cxxxv. Faustus, Caesaris servus, e Sabinis, a Praetorio Pallantiano, annos cxxxvi. quem & ipsi vidimus, Adriano Caesari exhibitum. Arganthonius Tartessiorum rex, ut Herodotus, & Anacreon poeta narrant, cl. Sibylla Erythraea annos vixit non multo pauciores cIↃ. quod ipsa in Oraculis in hunc modum indicat:

Sed quid flebilibus non nostra incommoda verbis
Vaticinor, rabie fatali concita mentem?
Quin stimulos nostri potius contrecto furoris?
A teneris semper mala sors me exercuit annis,
Adque senectutis provexit damna molestae.
Inter ego vaesana homines, non credita cuiquam
Fata cano, & duros casus, bene gnara futuri.
Idcirco invidia Latonae filius acri
Correptus, mihi fatidicamque infensus ob artem,
Corporis hanc animam misera de compede solvet,
Infesta carnem ferus interimetque sagitta
Et mea tunc liquidas anima ut transibit in auras,
Auribus humanis vento permixta volucris,
Fata canet, caecis ambagibus obscurata.
At supra matrem corpus deforme iacebit
Tellurem: neque enim id quisquam mandare sepulcro,
Ingestaque volet mortalis condere terra.
Quae laxata calore meum tamen inde cruorem
Hauriet, hinc varias foecundaque proferet herbas;
Vnde iecur pecudum subiens vis certa futuri,
Consilia ostendet gnaris occulta deorum.
Atque meas carnes, subeunt quae saxa volucres,
Cum carpent, ventura procul mortalibus edent.

Hoc oraculo indicatur, Sibyllam istam decem aetates inter homines egisse: &, postquam e vivis excessit, animam in aerem elatam effecisse, ut ad aures hominum omnia & sermones de futuris acciderent; cadavere autem insepulto iacente, aves eius carnibus vescentes, auspicio ventura indicasse: reliqua parte computrescente, & terram penetrante, pecudes, quae e terra ea enatas herbas depascerent, divinationem, quae e iocinorum fit inspectione,

Οἱ ἀπὸ τῶν ἑκατὸν δέκα ἐτῶν μέχρι ἑκατὸν εἴκοσι ἀπογραψάμενοι.

ΚΕΦ. Γ'.

Τίτος Πουρέννιος Τοῦτος, Λουκίου υἱὸς, πόλεως Κορνηλίας, ἔτη ἑκατὸν ἕνδεκα. Λούκιος Ἀντίστιχος Σωτήριχος, Λουκίου ἀπελεύθερος, πόλεως Ῥαβέννης, ἔτη ἑκατὸν δέκα τρία. Λούκιος Πέτρου, πόλεως Κορνηλίας, ἔτη ἑκατὸν δέκα τέσσαρα. Ἰουλία Μοδεστίνα πόλεως Κορσιόλων, Πριμοπιλαρίου ἀπελευθέρα, καθ' ἡμᾶς ἔτι οὖσα, πόλεως Βριξέλλων, ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι.

Οἱ ἀπὸ ρλ'. ἐτῶν, μέχρι ρμ'. ἀπογραψάμενοι.

ΚΕΦ. Δ'.

Λούκιος Τέρτιος, πόλεως Βονωνίας, ἔτη ρλέ. Φαῦστος, Καίσαρος δοῦλος, ἐκ Σαβίνων, ἀπὸ πραιτωρίου Παλλαντιανοῦ, ἔτη ρλς'. ὃν ϗ αὐτὸς ἐθεασάμην, Ἀδριανῷ τῷ Καίσαρι ἐπιδειχθέντα. Ἀργανθώνιος, ὁ τῶν Ταρτησσίων βασιλεὺς, ὡς ἱστορεῖ Ἡρόδοτος ϗ Ἀνακρέων ὁ ποιητὴς, ἔτη ,ρν'. Σίβυλλα, ἡ Ἐρυθραία, ἐβίωσεν ἔτη ὀλίγον ἀποδέοντα τῶν χιλίων, ὡς αὐτή φησιν ἐν τοῖς χρησμοῖς τὸν δὲ τρόπον.

Ἀλλά τι δὴ πανόδυρτος ἐπ' ἀλλοτρίοισι πάθεσσι
Θέσφατα φοιβάζω, λυσσώδεα μοῖραν ἔχουσα,
Οἴστρου δ' σφετέρου καταγεύομαι ἀλγινόεντος.
Ἐκνεάομαι * αἰεὶ χαλεπὸν κατὰ γῆρας ἔχουσα,
Μαινομένη μὲν ἐνὶ θνητοῖς, ϗ ἄπιστα λέγουσα,
Πάντα δ' ὑπὲρ προϊδοῦσα βροτῶν δυσανάσχετα κήδη,
Καὶ τότε μοι φθονήσας Λητοῦς ἐρικυδέος υἱὸς
Μαντοσύνης, παθέων δὲ κατοικήσας ὀλοὸν κῆρ,
Ψυχὴν ἐκλύσει δεσμευομένην ἐνὶ λυγρῷ
Σώματι, σαρκοτύπιδι ὀϊστεύσας γεγάϊον.
Ἔνθ' ἄρα μοι ψυχὴ μὲν ἐς ἠέρα πιστηθεῖσα,
Πνεύματι συγκραθεῖσα βροτῶν εἰς οὔατα πέμψει
Κληδόνας ἐν πυκινοῖς αἰνίγμασι συμπλεχθείσας,
Σῶμα δ' ἀεικελίως ἄταφον πρὸς μητέρος αἴης
Κείσεται, οὐ γάρ τις θνητῶν ἐπὶ γαῖαν ἀμήσει,
Οὐδὲ τάφῳ κρύψει, κατὰ γὰρ χθονὸς εὐρυοδείης
Δύσεται αἷμα μέλαν τερσαινομένοιο χρόνοιο.
Ἔνθεν δὴ πολλῆς ἀναδύσεται ἔρνεα ποίης,
Ἥ καταβοσκομένων μήλων εἰς ἥπατα δῦσα,
Ἀθανάτων δείξει βουλεύματα μαντοσύνησι.
Σαρκῶν δ' ὄρνιθες πετροδαίμονες αἴκε πάσωνται,
Μαντοσύνην θνητοῖσιν ἀληθέα ποιπνύουσι.

Διὰ τούτου τοῦ χρησμοῦ ἀποδείκνυται δέκα γενεὰς αὐτὴν κατ' ἀνθρώπους γεγονέναι 1, ϗ μετὰ τὴν ἀναχώρησιν τὴν ἐκ τοῦ ζῆν, τῆς μὲν ψυχῆς κατὰ τὸν ἀέρα φερομένης, ϗ προσπιπτούσης, τοὺς ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων λαλουμένους παρασκευάσειν τὰς γινομένας κληδόνας διὰ τῶν λόγων τοῦ δὲ σώματος ἀτάφου γενομένου, τὰ μὲν ὄρνεα τῶν σαρκῶν φαγόντα, τὴν διὰ τῆς ὀρνιθοσκοπίας μαντείαν διασημαίνειν. τοῦ δὲ ὑπολοίπου μέρους εἰς τὴν γῆν σαπέντος, ϗ τὰ κτήνη φαγόντα τῆς ἐκ τῆς γῆς φυομένης πόας, τὴν ἡπατοσκοπικὴν εἰς τὸν βίον εἰσάξειν

1 Διὰ τούτου τοῦ χρησμοῦ ἀποδείκνυται δέκα γενεὰς αὐτὴν κατ' ἀνθρώπους γεγονέναι) Atqui hoc nusquam in istis versibus adparet; ergo certum, lacunam esse.

ζειν τέχνην. Τὴν δὲ γενεὰν Σίβυλλα ἱστορεῖ ἐτῶν ἑκατὸν δέκα ἐν τῷ χρησμῷ τῷ πρὸς Ῥωμαίους περὶ τῶν αἰωνίων θεῶν, ἃ Ῥωμαῖοι Σεκουλάρια καλοῦσι. Τῶν γὰρ συμμάχων αὐτῶν, καὶ κοινωνῶν, μὴ ἐμμενόντων ταῖς συνθήκαις, ἀλλὰ πυκνὰ μεταβαλλομένων. καὶ πολεμούντων αὐτοῖς, ἡ Σίβυλλα ἐχρησμῳδησεν, ἐπιτελεσθεισῶν τῶν θεωριῶν τούτων, ὑποταγήσεσθαι τοὺς ἀφεστῶτας Λατίνους. εἰσὶν δὲ οἱ χρησμοὶ οἵδε.

Ἀλλ' ὁπότ' ἂν μήκιστος ἵκῃ χρόνος ἀνθρώποισι,
Ζωῆς εἰς ἐτέων ἑκατὸν δέκα κύκλον ὁδεύσας,
Μεμνῆσθαι, Ῥωμαῖε, καὶ εἰ μάλα λήσει ἑαυτοῦ,
Μεμνῆσθαι τάδε πάντα, θέοισι μὲν ἀθανάτοισι,
Ῥέξειν ἐν πεδίῳ παρὰ Θύβριδος ἄπλετον ὕδωρ,
Ὅπῃ στεινότατον, νὺξ ἡνίκα γαῖαν ἐπέλθῃ,
Ἠελίου κρύψαντος ἑὸν φάος, ἔνθα σὺ ῥέζειν,
Ἱερὰ παντογόνοις μοίραις ἄρνας τε καὶ αἶγας,
Κυανέας δ' ἐπὶ τῶν δ' εἰλειθυίας ἀρέσασθαι
Παιδοτόκους θυέεσσιν, ὅπῃ θέμις· αὖθι δὲ γαίῃ
Πληθογένῃ χοίροις οἷς ἱερεύοιτο μέλαινα.
Πάνλευκοι ταῦροι δὲ Διὸς παρὰ βωμὸν ἀγέσθων,
Ἤματι, μὴ δέ τι νυκτί. θεοῖσι γὰρ οὐρανίδαισιν
Ἡμέριος πέλεται θυέων τρόπος, ὡς δὲ καὶ αὐτοῖς
Ἱερεύειν, δάμαλις δὲ βοὸς δέμας ἀγλαὸν Ἥρης
Δεξάσθω νηὸς παρὰ σεῦ· καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων,
Ὅστε καὶ ἠέλιος κικλήσκεται, ἶσια δέχθω
Θύματα Λητοΐδης, καὶ ἀειδόμενοί τε Λατῖνοι
Παιᾶνες, κούροις κούρῃσί τε νηὸν ἔχοιεν
Ἀθανάτων, χωρὶς δὲ κόραι χόρον αὐταὶ ἔχοιεν,
Καὶ χωρὶς παίδων ἄρσην στάχυς, ἀλλὰ γονήων
Πάντων ζωόντων, τοῖς ἀμφιθαλὴς ἔτι φύτλη,
Αἳ δὲ γάμου ζεύγλαισι δεδμημέναι ἤματι κείνῳ,
Γνὺξ Ἥρης παρὰ βωμὸν ἀοίδιμον ἑδριόωσαι,
Δαίμονα λισσέσθωσαν, ἅπασι δὲ λύματα δοῦναι
Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξί, μάλιστα δὲ θηλυτέραισιν.
Πάντες δ' ἐξ οἴκοιο φερέσθων, ὅσσα κομίζειν
Ἔστι θέμις θνητοῖσιν ἀπαρχομένοις βιότοιο,
Δαίμοσι μειλιχίοισιν ἱλάσματα, καὶ μακάρεσσιν
Οὐρανίοις, τάδε πάντα τεθησαυρισμένα κεῖσθαι,
Ὄφρα τελῇ θυμέλῃσι καὶ ἀνδράσιν ἑδριόωσιν.
Ἔνθεν πορσύνῃς μεμνημένος. ἤμασι δ' ἔσω,
Νυξί τ' ἐπασσυτέραισι θεοπροπίους, κατὰ θώκους.
Παμπλήθης ἀγυρίς· σπουδὴ δὲ γέλωτι μεμίχθω.
Ταῦτά τοι ἐν φρεσὶ σῇσιν ἀεὶ μεμνημένος εἶναι,
Καί σοι πᾶσα χθὼν Ἰταλή, καὶ πᾶσα Λατίνων,
Αἰὲν ὑπὸ σκήπτροισιν ὑπαυχένιον ζυγὸν ἕξει.

ne, inter homines introducturas. Ceterum aetatem Sibylla annis cx. definit in oraculo Romanis dato de ludis, quos ipsi Seculares vocant. Quum enim ipsorum socii, & amici non starent pactis, sed crebro novas res tentarent, & bellum inferrent, cecinit Sibylla, si haec spectacula ederentur, Latinos, qui defecerant, subditum iri. Oraculi hic est tenor:

Viginti & centum revolutis protinus annis
(Quae sunt humanae longissima tempora vitae)
Haec memori tum mente tibi, Romane, teneto;
Haec age, quamtumvis obliviscare teipsum.
Qua campus flavas undosi ad Tibridis undas
Stringitur, angustis & circumscribitur oris,
Hic tu, sub terras ubi Titan lampada condet,
Obscurae noctis sese intendentque tenebrae,
Omnigenis placa immortalia numina sacris:
Atque agnos divis, nitidas & caede capellas.
Caeruleas etiam veneraberis Eilithyias,
Rite sacris factis, faustae quae partubus adsunt.
Atram frugiferae Telluri deinde dicabis
Gratus ovem; tauros candentes ad Iovis aram
Tum statues, radiis cum Sol terrestria lustrat:
Non noctu; nam caelitibus sacra rite feruntur,
Cum lux alma diei caelum terrasque retexit.
Pulcraque Iunonis donetur bucula templo.
Quinetiam Titan Latonia proles Apollo
Placetur sacris, cantent Paeana Latini,
Atque choros ducant: puerique aetate vigentes
Parte alia, atque alia florentes vere puellae.
Aetatis, nondum charis genitoribus orbae.
Atque verecundae matronae luce sub ista
Curvatis celebrem genibus Iunonis ad aram
Concilientque deam, & sacrata piacula solvant
Vir mulierque, magis tamen isthaec femina debet.
Ista domo sibi quisque ferat, quas fas iubet almis
Primitias offerre diis, & fausta precari.
Pro se quisque virum sibi condita in aedibus isthaec
Adservet, festis castus promatque diebus.
Lucibus bis, noctesque per has ad fana deorum
Turba hominum festiva adsitque, & feria risu
Temperet, adsiduisque adsit creberrima sacris.
Horum non ullo te oblivio tempore tangat.
Itala sic tellus tibi cuncta, omnisque Latinus
Serviet, & pavidum mittet tua sub iuga collum.

PHLE-

PHLEGONTIS TRALLIANI DE OLYMPIIS

FRAGMENTUM.

ΦΛΕ-

Digitized by Google

ΦΛΕΓΟΝΤΟΣ ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΛΥΜΠΙΩΝ. 1

Δοκεῖ μοι χρῆναι εἰπεῖν τὴν αἰτίαν δι' ἣν τὰ Ὀλύμπια τεθῆναι συμβέβηκεν. Ἔστι δὲ ἥδε. Μετὰ Πεῖσον καὶ Πέλοπα, ἔτι δὲ Ἡρακλέα, τοὺς πρώτους τὴν πανήγυριν καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν Ὀλυμπιάσιν ἐνστησαμένους, ἐκλειπόντων τῶν Πελοποννησίων τὴν θρησ-

PHLEGONTIS TRALLIANI

DE OLYMPIIS

Fragmentum.

Exponenda mihi videtur causa, ob quam Olympia instituì contigit; est autem haec. Post Pisum, Pelopem, atque Herculem, qui primi solennem conventum ac certamen Olympicum instituerant, quum Peloponnesii eam festivitatem aliquandiu intermisissent, per id scilicet tem-

---

1 Totum Opus, cuius hoc fragmentum tantum, in sedecim libros tributum fuit. Suidas de eo. Ἔγραψεν Ὀλυμπιάδας ἐν βιβλίοις ις'. ἔστι δὲ μέχρι τῆς σκθ'. Ὀλυμπιάδος τὰ πραχθέντα πανταχοῦ. Et observa in istis verbis, desiisse in Olympiade CCXXIX. Clare id ipsum etiam Anonymus in Descript. Olymp. in eius Olympiados anno IV. Μέχρι τούτου Φλέγων Τραλλιανὸς, ἀπελεύθερος Ἀδριανοῦ Καίσαρος, ἔγραψεν Ὀλυμπιάδας ἐν βιβλίοις ις'. Photius ait, legisse se ad CLXXVII. Olympiadem. Accipe verba. Ἀνεγνώσθη Φλέγοντος Τραλλιανοῦ, ἀπελευθέρου τοῦ αὐτοκράτορος Ἀδριανοῦ, Ὀλυμπιονικῶν καὶ Χρονικῶν συναγωγή. προσφωνεῖ τὸ σύνταγμα πρός Ἀλκιβιάδην τινὰ, ὃς εἷς ἦν τῶν εἰς τὴν φυλακὴν τεταγμένων τοῦ Ἀδριανοῦ, ἄρχεται δὲ τῆς συναγωγῆς ἀπὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος. διότι τὰ πρότερα, καθὼς καὶ οἱ ἄλλοι σχεδόν τι πάντες φασὶν, οὐκ ἔτυχεν ὑπὸ τινος ἀκριβοῦς καὶ ἀληθοῦς ἀναγραφῆς. ἀλλὰ ἄλλοτε ἄλλως τῶν ἐπιτυχόντων καὶ οὐ συμφώνως ἔγραψαν, ὅσοις καὶ γράψαι πεφιλοτίμηται. τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν τοῦ συγγράμματος, ὥσπερ ἔφημεν, ἀπὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ποιεῖται. κάτεισι δὲ, ὡς αὐτός φησι, μέχρι τῶν Ἀδριανοῦ χρόνων. ἐμοὶ δὲ ἀνεγνώσθη μέχρι τῆς ροζ'. Ὀλυμπιάδος. Inscripsit autem Alcibiadi cuidam, uni e custodibus corporis Adriani. Habes in citatis statim Photii verbis. Προσφωνεῖ τὸ σύνταγμα πρὸς Ἀλκιβιάδην τινὰ, ὃς εἷς ἦν τῶν εἰς τὴν φυλακὴν τεταγμένων τοῦ Ἀδριανοῦ. De stilo mox iudicium suum subiungit Photius. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν οὔτε λίαν χαμαιπετὴς, οὔτε τὸν Ἀττικὸν ἐς τὸ ἀκριβὲς διασώζων χαρακτῆρα. ἄλλως τε δὲ καὶ ἡ περὶ τὰς Ὀλυμπιάδας, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς τῶν Ὀλυμπιακῶν ἀγωνισμάτων ὀνόματα, καὶ τὰς πράξεις, καὶ ἡ περὶ τοὺς χρησμοὺς ἄκαιρος φιλοπονία τε καὶ φιλοτιμία, εἰς κόρον ἀπάγουσα τὸν ἀκροατὴν, καὶ μηδὲν ἄλλο τῶν ἐν τῷ λόγῳ προκύπτειν συγχωροῦσα, ἀηδῆ τε σχεδὸν τὸν λόγον δεικνύει, καὶ χάριτος οὐδὲν ἔχειν παρατίθησι. Χρησμοῖς δὲ παντοίοις εἰς ὑπερβολήν ἐστι κεχρημένος. Vides autem titulum Operis, ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΩΝ ΚΑΙ ΧΡΟΝΙΚΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ. Itaque bifariam citatur, & *Olympiadas* alii indigetant, alii *Chronicorum libros*. Olympiadas quidem laudat Constantinus Porphyrogenneta lib. II. Them. XII. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδι πεντεκαιδεκάτῃ. Et pluries Stephanus. Ac primum in Γέργις. Ὡς Φλέγων ἐν

A Ὀλυμπιάδων πρώτῃ. Iterum in Διὸς ἱερόν. Τὸ ἐθνικὸν, Διοσιερίτης· ὡς Φλέγων ἐν πρώτῃ Ὀλυμπιάδι. In Αὔγουσται. Οἱ πολῖται, Αὐγουσταινοί. Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάδι ὀγδόῃ. Et in Λῆνος. Ὁ πολίτης, Ληναῖος· Φλέγων τεσσαρακοστῇ ὀγδόῃ Ὀλυμπιάδι. Vide eumdem in Βέλιτρα, Μαιανδρόπολις, Νίβις, Ταρραχίνη. Chronicorum nomine laudat Origenes in Matthaeum Tractatu XXIX. & XXXV. Et distincte librum VIII. Stephanus in Κρίμη. Φλέγων ἐν ὀγδόῳ Χρονικῶν. Eusebius XIII. nominat in Chron. Γράφει δὲ,

B καὶ λέγει, ὁ τὰς Ὀλυμπιάδας γράφων Φλέγων, περὶ τῶν αὐτῶν ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ, ῥήμασιν αὐτοῖς τάδε. Τῷ δὲ ἔτει τῆς σβ'. Ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν ἐγνωρισμένων πρότερον. καὶ νὺξ ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς ἡμέρας ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀστέρας ἐν οὐρανῷ φανῆναι. σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν γενόμενος τὰ πολλὰ Νικαίας κατεστρέψατο. Vbi habes ecce fragmentum item Operis. Ex Eusebio autem transtulit Paulus Diaconus Hist. Misc. lib. VII. *Scribens autem inter ceteros & Phlegon, qui Olympiadas super ipsis enumerat, in tertiodecimo sermone eisdem verbis adscrit.*

C *Porro quarto anno* CCII. *Olympiadis facta est defectio solis maxima, & nox hora sexta diei facta est: ita ut etiam stellae in caelo adparerent. Terraemotus etiam magnus in Bithynia factus plurimam Nicaeae partem urbis subvertit.* Et Maximus in Scholiis ad Dionysii Areopagitae Epist. VII. Μέμνηται μὲν καὶ Φλέγων, ὁ Ἑλληνικὸς Χρονογράφος, ἐν τρισκαιδεκάτῳ Χρονογραφιῶν, ἐν τῇ σβ'. Ὀλυμπιάδι, τῆς ἐκλείψεως ταύτης. Ante omnes vero Origenes Contra Celsum lib. II. qui de numero tamen

D ambigit. Φλέγων μέντοι ἐν τρισκαιδεκάτῳ, ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ, οἶμαι, τῶν Χρονικῶν, καὶ τὴν περί τινων μελλόντων πρόγνωσιν ἔδωκε τῷ Χριστῷ. Et mox. Περὶ δὲ τῆς ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος ἐκλείψεως. οὗ βασιλεύοντος καὶ ὁ Ἰησοῦς ἔοικεν ἐσταυρῶσθαι, καὶ περὶ τῶν μεγάλων τότε γενομένων σεισμῶν τῆς γῆς, ἀνέγραψε καὶ Φλέγων ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ, οἶμαι, τῶν Χρονικῶν. Ego rectum numerum censeo XIV. Nam, ut calculum subducamus, iusta operis dividendi proportione, in singulis libris fuerint Olympiades quindecim; ac postremus, imperfectus, quatuor tantum in se habuerit; plures habiturus, si Phlegonti vita diuturnior fuisset. Ergo Olympias CCII. pertra-

Digitized by Google

tempus quod ab Iphito ad Coroebum usque Eleum duodetriginta Olympiadum numeratur, certamenque neglexissent, seditio in Peloponneso fuit coorta. Ibi Lycurgus Spartanus, Prytanei filius, Europi N. Sosi pro N. (qui Sosus patrem habuit Procleum, avum Aristodemum, proavum Aristomachum: fuit autem hic Cleodei filius, cuius pater Hyllus, Hercule, & Deianira fuit natus) & Iphitus Haemonis, aut (ut alii perhibent) Praxonidae F. ab Hercule prognati, Eleus domo, ac Cleosthenes Cleonici F. Pisaeus, ut populum ad concordiam pacemque reducerent, cum Olympicam festivitatem statuerunt ad pristinam formam redigere, tum certamen gymnicum edere. Itaque Delphos miserunt, qui Deum percontarentur, an hoc eorum probet consilium. Is respondit, bona eventura, si id exsequantur: iussitque ferias indici urbibus, quae certaminis esse vellent participes; quo oraculo in Graecia renunciato, discus etiam conscriptus est a Graecorum iudicibus, quos ipsi Hellanodicas vocant, formam agendorum Olympiorum indicans. Ceterum Peloponnesios non admodum id certamen gratum habentes, molesteque id ferentes, pestis invasit, frugumque pernicies adflixit. Itaque ii, qui ante a societate istorum ludorum desciverant, denuo Lycurgum pestis amolitionem ac remedium poposcerunt. Pythia vero sic respondit:

O qui telluris famosam totius arcem
Mortales inter natuque & laude supremi
Incolitis, quae fata Dei cano discite iussu.
Neglecta altitonans irascitur ob sacra vobis
Iupi-

θρησκείαν χρόνῳ τινὶ, εἰς ὃν ἀπὸ Ἰφίτου Ὀλυμπιάδες ὀκτὼ πρὸς ταῖς εἴκοσι καταριθμοῦνται εἰς Κόροιβον τὸν Ἠλεῖον, καὶ ἀμελησάντων τοῦ ἀγῶνος, στάσις ἐνέστη κατὰ τὴν Πελοπόννησον. Λυκοῦργος δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος, υἱὸς ὢν τοῦ Πρυτανέως, τοῦ Εὐρώπου 1, τοῦ Σώσου 2, τοῦ Προκλέως, τοῦ Ἀριστοδήμου, τοῦ Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, τοῦ Ἡρακλέους, καὶ Δηϊανείρας, καὶ Ἴφιτος ὁ Αἵμονος, ὡς δὲ ἔνιοι, Πραξωνίδου, ἑνὸς τῶν ἀπὸ Ἡρακλέους, Ἠλεῖος· καὶ Κλεοσθένης ὁ Κλεονίκου Πισάτης, βουλόμενοι εἰς ὁμόνοιαν καὶ εἰρήνην τὸ πλῆθος αὖθις ἀποκαταστῆσαι, τήν τε πανήγυριν τὴν Ὀλυμπικὴν ἔγνωσαν ἀνάγειν εἰς τὰ ἀρχαῖα νόμιμα, καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν ἐπιτελέσαι. στέλλονται δὴ εἰς Δελφοὺς χρησόμενοι τῷ θεῷ, εἰ σφισιν συνεπαινεῖ ταῦτα ποιῆσαι. ὁ δὲ θεὸς, ἄμεινον, ἔφη, ἔσεσθαι ποιοῦσιν, καὶ προσέταξεν ἐκεχειρίαν ἀγγεῖλαι ταῖς πόλεσιν, ταῖς βουλομέναις μετέχειν τοῦ ἀγῶνος. ὧν περιαγγελθέντων κατὰ τὴν Ἑλλάδα. καὶ ὁ δίσκος ἐγράφη τοῖς Ἑλλανοδίκαις, καθ' ὃν ἔδει τὰ Ὀλύμπια ἄγειν. Οὐκ ἄγαν δὲ προσιεμένων τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ δυσχεραινόντων, τῶν Πελοποννησίων, λοιμὸς ἐπιγινόμενος, καὶ φθορὰ καρπῶν, ἐλυμαίνετο αὐτούς. οἱ δὲ ἀποστάντες πάλιν τοὺς περὶ τὸν Λυκοῦργον ᾐτοῦντο τοῦ λοιμοῦ παῦσαν καὶ ἴασίν τινά. ἡδὲ Πυθία χρᾷ τάδε.

Ὦ γῆς ἀκρόπολιν πάσης Πελοπηΐδα κλεινὴν
Ναίοντες, πρέσβεις τε βροτῶν πάντων, καὶ ἄριστοι,
Φράζεσθ' ἐξ ἐμέθεν χρησμὸν θεοῦ ὅττι κεν εἴπω.
Ζεὺς ὑμῖν τελετῆς μῆνιν ἔχει ἣν διέχρησεν,
Οὕνεκ'

---

tractata libro XIV. fuerit. Supergressum autem Phlegontem annum quartum Olympiadis ducentesimae vicesimae nonae, ita ut ulterius etiam progredi eum voluisse non inanis sit coniectura, inde certum est; quod in libro Περὶ θαυμασίων, cap. X. Consules nominet M. Plautium Silvanum, & Sentium Augurinum, qui Consulatum administrarunt Olympiad CCXXXIII. anno IV qui fuit Antonini Pii XVIII.

1 Τοῦ Εὐρώπου) Pausaniae in Laconicis Eurypon dicitur, Εὐρυπῶντος υἱὸς γίνεται Πρύτανις. Et hoc verum viri nomen fuit, hic corruptum. Ecce iterum alibi apud eumdem Pausaniam in Corinthiacis. Λακεδαιμονίων δὲ, καὶ τοῦ βασιλέως Νικάνδρου, τοῦ Χαρίλλου, τοῦ Πολυδέκτου, τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πρυτάνιδος, τοῦ Εὐρυπῶντος, ἐς τὴν Ἀργολίδα ἐσβαλόντων στρατιᾷ, συνεσέβαλον σφισιν οἱ Ἀσιναῖοι. Estque geminus isti locus in Messenicis. Corruptus quoque Plutarchi locus in Lycurgo, ubi Εὐρυτίων pro Εὐρυπῶν scribitur, proclivi lapsu. Δοκεῖ πρῶτος ὁ Εὐρυτίων τὸ ἄγαν μοναχικὸν ἀνεῖναι τῆς βασιλείας. Restitue itaque, ὁ Εὐρυπῶν. Et paulo ante. Πατροκλέους μὲν τοῦ Ἀριστοδήμου γενέσθαι Σόον· Σόου δὲ, Εὐρυτίωνα. Iterum repone, Εὐρυπῶντα. Ab eius nomine posteri ipsius Εὐρυπωντίδαι nuncupati. Pausanias in citatis Laconicis. Εὐρυπῶντα δὲ τὸν Σόου φασὶν ἐς τοσοῦτον ἀφικέσθαι δόξης, ὡς καὶ τὴν οἰκίαν ταύτην Εὐρυποντίδας ὄνομα ἀπ' αὐτοῦ λαβεῖν. Et mox. Ἐπὶ δὲ τὸ πέρατι τῆς Ἀφεταΐδος, ἐγγύτατα ἤδη τοῦ τείχους, Δικτύννης ἐστὶν ἱερὸν, καὶ βασιλικοὶ τάφοι τῶν καλουμένων Εὐρυποντιδῶν. Themistius in Oratione, quae Βασανιστὴς, ἢ Φιλόσοφος inscribitur. Λακεδαιμονίους δὲ ἐγὼ πυνθάνομαι τά τε ἄλλα τὸν Λυκοῦργον αἰσχύνειν, καὶ ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς Ὀρθίας ὁμοίως μὲν δούλους. ὁμοίως δὲ ἐλευθέρους ἀνάγειν, τόντε εἵλωτα, εἰ τύχοι, τόντε Εὐρυπωντίδην, ἢ Ἀγιάδην. Ita etiam illic scribo; nam editur hactenus in vulgatis, τόν τε Εὐρυποντίδην. Quamobrem emendandus rursum Plutarchus, in citato iam Lycurgo. Οὐκ ἀπὸ τούτου τὴν οἰκίαν, ἀλλὰ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ προσηγορεύσαν Εὐρυπωντίδας. Et in Agide. Ἆγις μὲν, Εὐρυπωντίδης, καὶ Εὐδαμίδα παῖς. Perperam enim isthic editum, Εὐρυτιωνίδας; hic, Εὐρυτιωνίδης. Minus corruptus idem Lysandro. Ἐβασίλευον ἐκ δυεῖν μόνον, Εὐρυτιωντίδαι καὶ Ἀγιάδαι προσαγορευόμενοι. Corrige ad praescriptum, Εὐρυπωντίδαι.

2 Τοῦ Σώσου) Scrib. τοῦ Σόου. Nam Sous, non Sosus, nomen viro. Pausanias in Laconicis. Προκλῆς ὁ Ἀριστοδήμου τὸ παιδίον ὄνομα τίθεται Σόον. Εὐρυπῶντα δὲ τὸν Σόου φασὶν ἐς τοσοῦτον ἀφικέσθαι δόξης, &c. Plutarchus in Lycurgo. Πατροκλέους μὲν τοῦ Ἀριστοδήμου, γενέσθαι Σόον. Σόου δὲ, τὸν Εὐρυπῶντα. Ita enim iam illic scribendum esse ostendi; non, Εὐρυτίωνα. Et mox. Λέγεται δὲ τὸν Σόον, ἐν χωρίῳ χαλεπῷ καὶ ἀνύδρῳ πολιορκούμενον ὑπὸ Κλιτορίων ὁμολογῆσαι τὴν δορίκτητον γῆν αὐτοῖς ἀφήσειν. Contracte Σοῦς dicitur apud Platonem in Cratylo. Λακωνικῷ δὲ ἀνδρὶ τῶν εὐδοκίμων. καὶ ὄνομα ἦν Σοῦς. τὴν γὰρ ταχεῖαν ὁρμὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῦτο καλοῦσι. Vbi habes simul rationem nominis, quae etiam apud Aristotelem occurrit De Caelo lib. IV. cap. VI. Φησὶ γὰρ οὐκ εἰς ἓν ὁρμᾶν τὴν σοῦν· λέγων σοῦν τὴν κίνησιν τῶν ἄνω φερομένων σωμάτων.

Digitized by Google

Οὕνεκ' ἀτιμάζοντες Ὀλύμπια λᾶσι ἄνακτος
Ζηνός· τοῦ πρῶτος μὲν ἱδρύσατο καὶ θέτο τιμὴν
Πεῖσος, καὶ μετὰ τόνδε Πέλοψ, ὅτε δημονναῖαν
Ἑλλάδα, θῆκε δ' ἑορτὰ ἔροτιν καὶ ἔπαθλα θανόντι
Οἰνομάῳ. τρίτατος δ' ἐπὶ τοῖς παῖς Ἀμφιτρύωνος
Ἡρακλῆς ἐτέλεσσ' ἔροτιν καὶ ἀγῶν' ἐπὶ μήτρῳ
Πέλπι Ταντανλίδῃ φθιμένῳ· τὴν δήτοθεν ὑμεῖν
Λείπετε καὶ τελετήν, ἧς χωσάμενος κατὰ θυμὸν,
Ὦρσε κακὸν λιμὸν παρὰ τοῖς καὶ λοιμὸν, ὃν ἐστι
Παῦσαι, ἀνορθώσαντας ἑορτὴν τῷ πάλιν αὖθις.

Ταῦτα ἀκούσαντες, ἀπήγγελλαν τοῖς Πελοποννησίοις· οἱ δὲ, ἀπιστήσαντες τῷ χρησμῷ, ἀπέσταλαν πάλιν καὶ αὐτοὶ ἀπὸ κοινοῦ δόγματος ἐπιστρεφέστερον ἐπερωτήσοντας τὸν θεὸν περὶ τῶν χρηθέντων. ἡ δὲ Πυθία λέγει τάδε.

Ὦ Πελοποννήσου ναέται, περὶ βωμὸν ἰόντες
Θύετε, καὶ πείθεσθε τά κεν μάντεις ἐνέπωσιν,
Ἠλείων πρόπολοι, πατέρων νόμον ἰθύνοντες.

Τούτων χρηθέντων, οἱ Πελοποννήσιοι ἐπέτρεψαν τοῖς Ἠλείοις ἀγῶνα τιθέναι τῶν Ὀλυμπίων, καὶ ἐκεχειρίαν ἀγγέλλειν ταῖς πόλεσιν. καὶ Ἠλεῖοι δὲ μετὰ ταῦτα βουλόμενοι βοηθεῖν Λακεδαιμονίοις, ὅτε Ἕλος ἐπολιόρκουν, πέμψαντες εἰς Δελφοὺς, ἐμαντεύοντο. καὶ χρᾷ ἡ Πυθία τάδε.

Τὴν αὐτῶν ῥύεσθε πάτραν, πολέμου δ' ἀπέχεσθε,
Κοινοδίκου φιλίας ἡγούμενοι Ἑλλήνεσσιν,
Ἔστ' ἂν πενταέτης ἔλθῃ φιλόφρων ἐνιαυτός.

Χρηθέντων δὲ τούτων, τοῦ μὲν πολεμεῖν ἀνέχοντο, τῶν δὲ Ὀλυμπίων τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο. καὶ ἐστέφετο μὲν οὐδεὶς ἐπὶ πέντε Ὀλυμπιάδας. τῇ δὲ ἕκτῃ ἔδοξεν αὐτοῖς μαντεύσασθαι, εἰ στέμματα περιθῶσι τοῖς νικῶσι. καὶ πέμπουσι τὸν βασιλέα Ἴφιτον εἰς θεοῦ. ὁ δὲ θεὸς, ἔφη τάδε.

Ἴφιτε μήλειον καρπὸν μὴ θῇς ἐπὶ νίκῃ,
Ἀλλὰ τὸν ἄγριον ἀμφιτίθει καρπώδη ἐλαιῶν,
Ὃς νῦν ἀμφέχεται λεπτοῖσιν ὑφάσμασ' ἀράχνης.

Παραγενόμενος οὖν εἰς τὴν Ὀλυμπίαν, πολλῶν ἐν τῷ τεμένει κοτίνων ὄντων, εὑρὼν ἕνα περιεχόμενον ἀραχνίοις, περιῳκοδόμησεν αὐτὸν, καὶ τοῖς νικῶσιν ἐκ τούτου ἐδόθη ὁ στέφανος. πρῶτος δ' ἐστεφανώθη Δαϊκλῆς Μεσσήνιος τῇ ἑβδόμῃ Ὀλυμπιάδι στάδιον ἐνίκα 1.

Λείπει.

Iupiter, immenso qui maximus imperat orbi.
Cuius Olympia vos cultu spoliastis avito:
Quae princeps Iovis, ut Pisus celebraret honorem
Instituit: post huncque Pelops, quo Graecia rege
Floruit, unanimesque habuerunt moenia cives,
Oenomao instituit certamina lumine casso.
Tertius haec Pelopi satus Amphitruone dicavit
Tantalidae, grati servans pia iura nepotis.
Haec sacra, & ludos abolere hos Iupiter ausis
Iratus pestem immisit diramque, famemque.
Verum instauratis cessabunt haec mala sacris.

Peloponnesii, ubi hoc eis renunciatum oraculum fuit, fidem derogantes, denuo communi de sententia miserunt ipsi, qui accuratius DEUM de oraculo interrogarent. Pythia autem haec retulit;

O Peloponnesi cives, altaria circum
Ite, sacris factisque animis advertite dicta
Vatum, qui leges, & iura paterna sequuntur,
Vatum Eleorum monitis parete volentes.

Hoc oraculo accepto Peloponnesii concesserunt Eleis, ut certamen Olympicum instituerent, & ferias urbibus denunciarent. Porro autem postea temporis Elei, quum opitulari vellent Lacedaemoniis, Elos urbem oppugnantibus, Delphos consultum miserunt; & respondit Pythia in hanc sententiam.

Exsortes belli patriam defendite vestram,
Et pacis Graecos communia iura docete
Auctores, anni veniant dum gaudia quinti.

Hoc oraculo dato, Elei bello abstinuerunt, & Olympia curaverunt. Quinque Olympiades ita sunt exactae, ut coronaretur nemo. Sexta placuit oraculum scitari, an victoribus coronae essent imponendae, eamque ob rem missus ad fanum Dei rex Iphitus. Deus sic est fatus.

Iphite, victorem malo donare caveto.
Verum silvestris fructu redimitur olivae,
Quem circum teneris inclusit aranea filis.

Quum ergo venisset Olympiam, inque luco multi essent oleastri, unum eorum deprehendens araneis circumdatum, aedificio cinxit: atque ea ex arbore corona data est victoribus. Primus coronatus est Daicles Messenius, Olympiade VII. stadii victor.

Cetera desunt.

1 Πρῶτος δ' ἐστεφανώθη Δαϊκλῆς Μεσσήνιος τῇ ἑβδόμῃ Ὀλυμπιάδι στάδιον ἐνίκα) Scrib. Δ. Μεσσήνιος, ὃς τῇ ἑβδόμῃ Ο'. Habes haec ipsa de Daicle apud Dionysium Halicarnasseum Antiquit. Rom. lib. 1. & Anonymum in Olymp. Descript.

F I N I S.

APOLLONI DYSCOLI
ALEXANDRINI, GRAMMATICI
HISTORIAE COMMENTITIAE
LIBER.

IOANNES MEVRSIVS
Recensuit, SYNTAGMA de eius nominis Scriptoribus, & COMMENTARIVM, addidit.

VIRO

Digitized by Google

VIRO CLARISSIMO

REINERO BONTIO

MEDICINAE DOCTORI, ET PROFESSORI; ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS AVRIACI ARCHIATRO, ET ACADEMIAE HOC TEMPORE RECTORI.

IOANNES MEVRSIVS

DO, DICO, CONSECRO.

RES *humanas consideranti, V. Cl. illud quoque manifestum, uti ceterorum omnium vicissitudinem, ita Litterarum humaniorum esse. Nam quae ante seculum isthoc e barbarie caput suum extollentes, mox ad summum claritatis etiam gradum pervenere, nunc paulatim declinantes ad barbariem priscam redeunt. Maxime autem istud fatum est Graecarum Litterarum; quarum tamen tantus usus, ac necessitas, ut qui sine his excellere, in quacumque facultate, sese postulet, operam certe omnem ludat. At quam longe studia sua disiunxerunt, quotquot aliis facultatibus se dicarunt. Vt Theologos videamus; quotusquisque ex eo ordine sacras Litteras, aut antiquos Graecos Patres, intelligere Graece possit? Per interpretem didicerunt, quod e cathedra suos docent. Iureconsultos si spectemus; Legum dea, Themis, Graeca est: & e Graecia advocatae a Romanis olim leges: tum & Graece leges quaedam, ac Novellae Iustiniani omnes, scriptae, & Edicta satis multa Imperatorum. Verum tamen quem e foro, curiave, mihi dabis, qui non illud, barbaro quondam isto aevo celebratum, usurpare nunc cogatur?* GRAECVM EST, NEC LEGI POTEST. *Neque immunes huius culpae Medici vestri. Nam quam multi aut Hippocratem, aut Galenum, Graece habent? nedum ut loquentem Graece intelligere, aut consulere digne, possint. Et, adpello fidem tuam, an non putas, horum hominum ignorantiam, dum hallucinanti interpreti parum caute obsequuntur, aegrotantibus minus valida saepe remedia, si non noxia, procurare? non de vita quoque humana, dum doctrinae adminicula necessaria neglexere, interdum ludere? Iam Philosophis quid faciemus? Philosophia quin e Graecia sit petita a Romanis, pariter ac vivendi leges, nemo adeo est indoctus, qui ignoret. Et divinum quis Platonem, aut naturae id miraculum Aristotelem, quis Interpretes utriusque, illos veteres, sua lingua philosophantes, capere possit? Pauci omnino. En, quam perperam ad Ecclesiam, curiamve, aut medicinam, ac Philosophiam item, festinatur. Vellem ego, Catonem omnes cogitarent, virum apud Romanos maximum, qui, ceu ceteras virtutes sine earum Litterarum cognitione imperfectas esse crederet, annos sexaginta natus operam illis dare coepit. Causas autem huius fastidii inquirenti, aliquot comperiuntur. Ac iuventus partim ipsa, tamquam etiam sine illis dignum studiis colophonem imponere possit, per se quoque negligentior; partim etiam parentes, imperitia, aut incuria, dum inutiles istas putant, ut compendium aliquod sumtus, temporisque, facere possint, homines ad rem attenti, huc impellunt; & negligere, ceu nil profuturas, iubent. Adde, quod Principibus ipsis non is animus, non id excitandi studium, quod avorum aetate erat. Nam quis horum pretium illis iustum ponit? quis honorem Professoribus dignum habet? Atqui tamen ita Litterae, uti isti, aestimantur. Quis pro versibus Graecis singulis aureos totidem Oppiano nunc daturus?*

turus? quis Musuro, pro non magna Elegia, item Graeca, Episcopatum? Non munificentiam laudo, quamquam illa omnino magna, & praeconio non exiguo celebranda; verum animum, sicut Principe dignum erat, Litteras Graecas aestimantem. Qui adfectus si rediret, brevi studia, quae nunc iacent, excitata videremus. Ad haec autem, ut verum fatear, aliqua etiam eruditorum culpa accedit; qui vertendo Auctores Graecos, dum prodesse studiis volunt, pessime sane Litteris Graecis consuluerunt. Nam dum versa pene omnia in Latinam linguam exstant, hinc securitas primum quaedam; inde ignavia; quam sequuta imperitia, mox contemtum quoque peperit. Quae quum ita sese habeant, non iniuria quis optaverit, ne translatum quidquam esset. At nunc ita per interpretem legere Auctores adsuevere, ut, ni versionem addas, vix emtorem liber Graecus sit habiturus. Dein typographi, uti lucrum tantum spectant, sine ea nihil omnino excudere velint; &, quod hactenus a me factum, de te sumtum facere debeas, si quid cupias Graece tantum in lucem dare. Quanto magis praedicandus Aldus Manutius, qui Auctores Graecos plurimos, adeoque pene omnes, sua solum lingua excudit. Sed felicitas seculi fuit, quod tunc nulla, cuiuscumque tamdem Auctoris, uno alterove excepto, versio exstaret. Vnde factum, ut in eius linguae studium summo nisu quisque incumberet; doctum se tum demum putans, postquam Graece didicisset. Itaque aestimati multum Professores, & frequentia in Italia, mox Germania, Galliaque, & adversa illi Anglia, auditoria; dum contendunt multi discere, sine quo ad magnam eruditionem pervenire se non posse animadvertunt. Ac vis, quod mireris maxime, tunc non adeo mirandum? Ioannes Capnio, vir insignis, Ingolstadii, ante centum istos annos, Plutum Comici auditoribus plus trecentis se exposuisse scribit. Nunc hoc seculum videamus, & in Academias omnes inquiramus, lustremusque auditoria; quantum certe infra istum ubique numerus adparebit? Quin vix totidem Graece linguae studiosos tota nunc Europa habeat. Quam inique igitur faciunt, qui iniuriam temporum publicam in privatam Professorum culpam vertunt. Quasi vero humanum genus ita comparatum esset, bona pluribus ut placerent; aut proclive adeo foret, iuventutem, bona sua ignorantem, ad lectionem aliquam cogere. Nempe olim Antimachus etiam unum tantum Platonem habuit, qui audire ipsum vellet. Verum age, bona fide; ut impingi istis possit, etsi ne hoc quidem recte, qui non aliam Academiis operam ullam, praeter lectionum, navant; an quis paucos, sine iniuria manifesta, illis auditores dixerit, qui, iam editis lucubrationibus multis muta quoque voce docentes, totum litteratum orbem auditorium suum fecere? Sed tu longe melius iudicas, pretiumque Litteris Graecis verum ponis; quippe qui a puero statim a parente, Graece item peritissimo, accepisti, quantum in his praesidii esset iis omnibus, qui feliciter studia cetera persequi velint. Ideoque & progressus hos fecisti, uti etiam adolescenti Philosophicam tibi cathedram Academiae Curatores demandarent. Deinde in Medicina item facienda adeo sane antecellis, ut tibi Illustrissimus Princeps corporis sui valetudinem permittendam, & primarii Medici locum honoris tui ergo dandum, existimaverit. Macte hac felicitate, ac virtute; & hunc APOLLONIVM *nostrum isto adfectu accipere velis, quo me ultro prosequendum suscepisti: tum, quemadmodum sponte tua, nullo a me beneficio provocatus, amorem mei concepisti, ita pro constantia tua ut conserves, augeasque, etiam te atque etiam rogo. Dabo operam, ne quid umquam in ingratum contulisse videaris. Bene vale, V. Cl. Lugduni Batavorum, ad diem* VII. *Ianuarii* cIↃ IↃ CXX.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM.

HAbe hunc libellum, Lector; cui ego Auctorem suum, & titulum, reddidi. Hactenus enim in Scriptorum tanto numero, quibus nomen Apolloniis, cuius esset Apollonii, ignoratum. Ego vero, non incerta coniectura, nisi me amo, esse illum Alexandrinum, cui Dyscoli cognomentum, deprehendi, Suidae indicio; cuius etiam beneficio titulum erui, librariorum temeraria nimis audacia immutatum. Quem ad modum in Heraclide Pontico factum ab iisdem, cuius Opus, Ἀλληγορίαι εἰς τὰ τοῦ Ὁμήρου περὶ θεῶν εἰρημένα, hodie inscriptum; quum Auctor tamen Λύσεων Ὁμηρικῶν titulum dederit, ut propediem, volente Deo, quum editionem eius renovabo, sum ostensurus. Sic Cornutus, quem Phurnutum male vocant, hodie inscribitur, Περὶ τῆς τῶν θεῶν φύσεως. Verus tamen titulus fuit, Περὶ Ἑλληνικῆς θεολογίας. Fidem pro me Etymologici Auctor faciet, cuius ista alibi verba. Ζεὺς, ὁ Κορνοῦτος ἐν τῷ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΘΕΟΛΟΓΙΑΣ. Theodoretus item, Therapeut. II. Κορνοῦτος ἢ ὁ φιλόσοφος τὴν ΕΛΛΗΝΙΚΗΝ ΘΕΟΛΟΓΙΑΝ ξυντέθεικε. Quod ad Apollonium attinet; primus dedit ante annos quinquaginta, & quod excurrit, idem qui Phlegontem quoque, & Antigonum, vir doctissimus, Gulielmus Xylander, cum Latina versione, quae hic denuo exhibetur. Mutilum autem esse iudico; & fragmentum tantum aliquod maioris Operis. Inde colligo, quod, quae Phlegon capp. XI. & XIII. hoc Auctore nobis tradit, inde petita sine dubio, nusquam hic conspiciantur. Sed quid? inquies; an tu, quae de terrae motu Asiatico illic tradit, Dioni etiam, Suetonio, Tacito, Straboni, & Plinio, commemorata, falsa censes? non ego ista; sed, quae de colosso addit, urbiumque item statuis, quum Auctorum citatorum nullus referat, falsa non iniuria dixero; & pro talibus Apollonio in hoc Opere collocata. Habes meum de Scriptore hoc iudicium. Si quis certiora proferet, huic subscribam. Interim, mi Lector, istis utere, ac fruere; & me ama.

PETRVS SCRIVERIVS

V. CL.

IOANNI MEVRSIO,

Graecae linguae Professori, optime de Republ. litteraria merito, ac merenti.

ITerumne prela, magne mysta Musarum,
Operaeque fervent? Fonte ceu inexhausto
Manant perennes, & scaturiunt, rivi:
Sic ora nostra fluctibus caballinis
Prolixe inundas, melque iungis Actaeum,
Totumque Hymetton excutis vigil-semper,
Semperque navans publico. Bonum factum!
Hinc rumor alba Meursium *vehit penna,*
Humoque spreta tollit ad Deum templa,
Superisque miscet. Macte! quid petes ultra?
Quid cogitabis? vivus & videns, divae
AETERNITATI *consecratus es,* MeursI.
Macte, euge! parti macte nominis fama!
Referre forsan unctius caput possis,
At maius addi non potest tibi nomen.
Minore quamquam circulo coroneis,
Iuvenisque rarus sedeat in tuis scamnis,
Tunc cum Batavae Palladis manu ductus
Probare posset diligentiam MeursI,
Illam invidendam, maximeque spectatam:
Quamquam (inquam) abhorrens deserat ducem miles,
Fugiatque Graio pectus imbui succo,
Tergique aceto nolit; ac suas Musas
Statim propellat ad tribunal Astreae;
Senemve Coum, voce Romula fractum;
Aut Sacra ad ipsa denique; (o probrum secli!)
Sintque otiosae Graeciae venustates,
Superfluumque nomen Helladis vulgo;
Tamen docere pergis, ac, licet paucos,
Ducis volenteis, imbuisque doctrinae
Liquore priscae, Cecropisque suadela.
Nec turbat animum, quod sit infrequens miles
Ad signa, Meursi; conscius tibi namque es,
Praeire te, sed ceteros sequi nolle.
Qui si sequantur, plurimusque conventus
Ab ore docto pendeat, putent quidam
Superbiendum: sed tumere nolito.
Non vana plebis aura pectus invictum
Inflat, severa lege quod polit Titan.
Fastu laborat, & gravi cubat morbo,
Crassae numellis Imperitiae vinctus,
Quicumque se hic metitur, & trahit caudam.
Auditor unus Socrati, & satis nullus.
Nec fractus heros infrequentia quisquam.
Non magnus animus cessit, aut Herae tergum
Dedit novercae; subrui nequit fortis,
Totusque perimi; ridet AEaci noctem.
Hominum Deumque corculum perennavit.
Studium (fatemur) excitabit auditor:
Vbi adsit ille, nesciunt Deae frigus,
Gaudentque Musae laetiore conspectu.
Sed Fata quid si, & negligens stupor secli,
Discendi amorem subtrahant iuventuti,
Et in Cathedra magnus algeat Varro,
Cui imputandum? Diligentiae nullum
Pretium est, locusque, Fata, si negent aures;
Hominesque nugis occupentur insulsis,
Tectique opaca nocte barbarismorum
Vix illa clarae tela lucis admittant.
Non ferre quippe noctuae diem possunt.
Securus ista temnis, & sapis, Meursi;
Ac de iuventa, seculoque, non cessas,
Bene promereri, qua docendo, qua libros
Vsque edolando; commodoque multorum
Studes: facisque, stupeat ut tuum nomen
Exter, colatque. Macte praemio, macte!
Nunc infrequens sit (quid moraris?) auditor,
Et te scholarum publicum licet fatum
Vexet, prematque, cum sodalibus multis,
Nihil pericli est. Vapulet genus vecors,
Inersque vulgus: Meursius sibi cavit
Abunde, ut illi haud deesse possit auditor,
Qui liberalis sparsit ingenI dotes
Per universas qua patet Thetis terras;
Et debitores exteras habet gentes,
Gallos, Britannos, Italos, Iberosque,
Doctosque Belgas, sedulosque Germanos.
Populi heic negentur, oscitetque Lugdunum;
Iam totus Orbis Atticos favos optet,
Cupiatque dici Meursianus auditor.

APOL-

Digitized by Google

APOLLONI DYSCOLI, ALEXANDRINI, GRAMMATICI, *Historiae Commentitiae Liber*.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΔΥΣΚΟΛΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ, ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ, Περὶ κατεψευσμένης ἱστορίας.

CAP. I.

EPimenides Boli F. Cretensis, a patre & fratribus in agrum missus, ovis in urbem adducendae caussa, fertur, quum eum nox obrueret, a semita deflexisse, ac dormivisse per LVII. annos; quod quum alii memoriae prodiderunt, tum Theopompus in Historiis, percurrens, quae singulis

ΚΕΦ. Α'.

ΒΩλου Ἐπιμενίδης ὁ Κρὴς 1 λέγεται ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ϗ τῶν ἀδελφῶν τοῦ πατρὸς, ἀποσταλεὶς εἰς ἀγρὸν, πρόβατον ἀγαγεῖν εἰς τὴν πόλιν, καταλαβούσης αὐτὸν νυχθὸς, παραλλάξαι τὴν τρίβου. ϗ κατακοιμηθῆναι ἔτη ἑπτὰ ϗ πεντήκοντα 2· καθάπερ ἄλλοι τε πολλοὶ εἰρήκασιν, ἔτι ϗ Θεόπομπος ἐν ταῖς Ἱστορίαις 3, ἐπιτρέ-

---

1 Βώλου Ἐπιμενίδης ὁ Κρὴς) De Bolo, patre Epimenidis, non temere alibi occurrit. Diogenes Laertius in eius Vita lib. I. varie patrem tradi refert ex Theopompo. Ἐπιμενίδης, καθά φησι Θεόπομπος, ϗ ἄλλοι συχνοὶ, πατρὸς μὲν ἦν Φαιστίου· οἱ δὲ, Ἀγησάρκου. Sed de Bolo, ut vides, nulla mentio. Duo quidem Boli leguntur, ambo philosophi; unus Democriteus, alter Pythagoreus. De Pythagoreo ita Suidas. Βῶλος, Μενδήσιος, Πυθαγόρειος. (ἔγραψε) Περὶ τῶν ἐκ τῆς ἀναγνώσεως τῶν ἱστοριῶν εἰς ἐπίστασιν ἡμᾶς ἀγαγόντων. Περὶ θαυμασίων. Φυσικὰ διμερῆ. Ἔχει δὲ περὶ συμπαθειῶν ϗ ἀντιπαθειῶν λίθων κατὰ στοιχεῖον. Περὶ σημείων τῶν ἐξ ἡλίου, καὶ σελήνης, ϗ ἄρκτου, ϗ λύχνου, ϗ ἴριδος. De Democriteo, idem ista. Βῶλος, Δημοκρίτειος, φιλόσοφος. (ἔγραψεν) Ἱστορίαν, ϗ Τέχνην ἰατρικήν. ἔχει δὲ ἰάσεις φυσικὰς, ἀπό τινων βοηθημάτων τῆς φύσεως. Meminit eius Stephanus in Ἄψινθος. Ἔστι δὲ ϗ εἶδος φυτοῦ, περὶ οὗ Βῶλος ὁ Δημοκρίτειος. Nec scio, an sit ille ipse, cuius Theophylactus Simocatta meminit Phys. Quaest. XIX. Οὐ Θεόφραστον (λωποδυτήσω) τὴν τῆς γνώσεως θάλατταν· οὐ Βῶλον, οὐκ Αἰλιανόν· οὐ τὸν τῆς ἐπιστήμης πλοῦτον Πλούταρχον. Inclino tamen, ut de Pythagoreo illa capi debere censeam, cuius Φυσικὰ laudantur a Suida. Nec sat certum, uter iste apud Ioannem Tzetzen in Hesiodi Theogoniam. Ἐκ δ' ἐμπειρίας τέχνη, ἡ ἐπιστήμη, καθά φησι Βῶλος ὁ φιλόσοφος. Quod enim ibi editur Πῶλος, id mendosum est. Nam, ut obiter illud dicam, Polus non philosophus erat, verum rhetor. Meminitque eius Aristoteles Rhet. lib. II. cap. XXIII. Κόνων Θρασύβουλον, θρασύβουλον ἐκάλει. ϗ Ἡρόδικος Θρασύμαχον, ἀεὶ θρασύμαχος εἶ· ϗ Πῶλον, ἀεὶ σὺ πῶλος εἶ. Et Dionysius Halicarnasseus in Epistola ad Pompeium. Ἐῶ γὰρ τὰς ἄλλας αὐτοῦ γραφὰς παραφέρειν, ἐν αἷς κωμῳδεῖ τοὺς πρὸ ἑαυτοῦ, Παρμενίδην τε, ϗ Ἱππίαν, καὶ Πρωταγόραν, καὶ Πρόδικον, ϗ Γοργίαν, ϗ Πῶλον, ϗ Θεόδωρον. Suidas de eo. Πῶλος, Ἀκραγαντῖνος, ῥήτωρ· μᾶλλον δὲ, σοφιστὴς, τῶν πάλαι, διδάσκαλος Λικυμνίου. ἔγραψε Γενεαλογίαν τῶν ἐπὶ Ἴλιον στρατευσάντων Ἑλλήνων ϗ Βαρβάρων, ϗ πῶς ἕκαστος ἀπήλλαξε. τινὲς δὲ αὐτὸ Δαμάστου ἐπιγράφουσι. νεῶν κατάλογον. περὶ λέξεων. Vbi habes scripta eius; quibus addo item tragoediam, cui titulus erat, Τρῳάδες. Scholiastes Aristotelis in Rhethorica loco citato. Ὁ Πῶλος, μαθητὴς, καὶ παῖς ἦν τοῦ Γοργίου· ἐν ταῖς Τρῳάσι τῷ δράματι. Item Opus de arte Rhetorica Τέχνη inscriptum. Syrianus in Hermogenem. Ὅθεν καὶ Πῶλος, ὁ Γοργίου μαθητὴς, ἐν τῇ Τέχνῃ φησίν. Hic ipse est, cuius meminit Sopater, in Prolegomenis in Aristidis Orationes Platonicas. Ἀποδεδειγμένης τέταρτον μέρος κολακείας ῥητορικῆς ἐπήνεγκε Πῶλος. καὶ οἱ ῥήτορες ἄρα κόλακες ἦσαν. Sed ad Boli mentionem, a quo sum digressus paullum, ut revertar; neuter horum, si rationem temporum videas, pater esse Epimenidis huius potuit; nisi forte Pythagoreum censere velis. Ac tum oportet, vivo adhuc Pythagora de secta eius fuisse ipsum, & hunc filium habuisse, qui Pythagorae coaetaneus. Nam tradit Diogenes, quem laudavi, cum Epimenide Cretam Pythagoram devenisse, & in Idaeum antrum descendisse. Verba eius ecce ista sunt in Pythagora lib. VIII. Εἶτα ἐν Κρήτῃ σὺν Ἐπιμενίδῃ κατῆλθεν εἰς τὸ Ἰδαῖον ἄντρον.

2 Καὶ κατακοιμηθῆναι ἔτη ἑπτὰ ϗ πεντήκοντα) De somno Epimenidis, res notissima est; sed de tempore, variant Scriptores. De LVII. annis consentit Plinius lib. VII. cap. LII. *In Gnossio Epimenide simili modo accipio. Puerum aestu, & itinere, fessum septem & quinquaginta dormisse annis*. Diogenes in eius vita. Οὗτός ποτε πεμφθεὶς παρὰ τοῦ πατρὸς ἐς ἀγρὸν ἐπὶ πρόβατον, τῆς ὁδοῦ κατὰ μεσημβρίαν ἐκκλίνας, ἐπ' ἄντρῳ τινὶ κατεκοιμήθη ἑπτὰ ϗ πεντήκοντα ἔτη. Varro de quinquaginta tantum annis auctor est lib. de L. L. VI. *Nec mirum, quum non modo Epimenides post annos quinquaginta expergitus a multis non cognoscatur; sed etiam Teucer Livii post annos* XII. *ab suis qui sit ignoretur*. Et Plutarchus lib. Εἰ γέροντι πολιτευτέον. Ὥσπερ Ἐπιμενίδην λέγουσι κατακοιμηθέντα νεανίαν ἐξεγρέσθαι γέροντα μετὰ πεντήκοντα ἔτη. Tertullianus non totos quinquaginta dicit

πιτρέχων τὰ κατὰ τόπους θαυμάσια. Ἔπειτα συμβῆναι ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ, τοὺς μὲν οἰκείους τοῦ Ἐπιμενίδου ἀποθανεῖν· αὐτὸν δὲ, ἐγερθέντα ἐκ τοῦ ὕπνου, ζητεῖν ἐφ' ὃ ἀπεστάλη πρόβατον. μὴ εὑρόντα δε, πορεύεσθ' εἰς τὸν ἀγρόν. ὑπελάμβανε δὲ ἐγηγέρθει τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ᾗπερ ἔδοξεν κεκοιμῆσθαι. καὶ καταλαβὼν τὸν ἀγρὸν πεπραμένον, καὶ τὴν σκευὴν ἠλλαγμένην, ἀπαίρειν εἰς τὴν πόλιν. καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν, ἐκεῖθεν πάντα ἔγνω· ἐν οἷς καὶ τὰ περὶ τοῦ χρόνου, καθ' ὃν ἀφανὴς ἐγένετο. λέγουσι δὲ οἱ Κρῆτες, ὥς φησιν Θεόπομπος, ἔτη βιώσαντα αὐτὸν ἑκατὸν πεντήκοντα ἀποθανεῖν 1. λέγεται δὲ περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου, καὶ ἄλλα οὐκ ὀλίγα παράδοξα.

lis locis mirabilia evenerunt. Interea vero temporis propinquos Epimenidis, vitam cum morte commutasse; ipsum somno solutum (opinatum autem fuisse, eadem se evigilasse, qua obdormivisset) ovem, cuius gratia missus fuerat, quaesivisse; quam, quum non inveniret, rus profectum, praedium reperisse venditum; & instrumenta mutata; itaque in urbem abiisse, domumque ut venerit, ibi de omnibus rebus cognovisse: inter quae etiam de tempore suae absentiae. Et perhibent Cretenses, ut est apud Theopompum, mortuum eum esse natum annos CL. Feruntur que de hoc viro alia etiam haud pauca mirabilia.

ΚΕΦ. Β'.

Ἀριστέαν δὲ ἱστορεῖται τὸν Προκοννήσιον 2, ἔν τινι γναφείῳ τῆς Προκοννήσου τελευτήσαντα, ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, καὶ ὥρᾳ, ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ πολλῶν θεωρηθῆναι, γράμματα διδάσκοντα. ὅθεν πολλάκις αὐτῷ τοῦ τοιούτου συμβαίνοντος, καὶ περιφανοῦς γιγνομένου διὰ πολλῶν ἐτῶν, καὶ πυκνότερον ἐν τῇ Σικελίᾳ φανταζομένου, οἱ Σικελοὶ ἱερόν τε καθιδρύσαντο αὐτῷ, καὶ ἔθυσαν ὡς ἥρωι 3.

CAP. II.

Aristeas Proconnesius, ut historia fertur, quum esset in fullonis cuiusdam officina in Proconneso mortuus, eadem die, atque hora, a multis in Sicilia visus est, litteras docens. Quod quum eis saepius evenisset, & per multos annos innotuisset, & ac crebrius in Sicilia se eius imago offerret; Siculi aram ipsi posuerunt, atque ut heroi sacrificarunt.

ΚΕΦ.

CAP.

---

cit lib. De Anima cap. XLIV. *Quod etiam Epimenidem in fabulam impegit, quinquaginta pene annos somniculosum.* Pausanias in Atticis quadraginta dumtaxat annos dormiisse eum tradit. Πεποίηται δὲ καθήμενος Ἐπιμενίδης Κνώσσιος, ὃν ἐλθόντα ἐς ἀγρὸν κοιμᾶσθαι λέγουσιν ἐσελθόντα ἐς σπήλαιον. ὁ δὲ ὕπνος οὐ πρότερον ἀνῆκεν αὐτὸν, πρὶν ἢ οἱ τεσσαρακοστὸν ἔτος γενέσθαι καθεύδοντι. Verum quid Suidae in Ἐπιμενίδης faciemus, qui sex tantum annos somno eius attribuit? Ἔζησεν, inquit, ἑκατὸν πεντήκοντα ἔτη, τὰ δὲ ξ ἐκαθεύδησεν. Et Appendix Vaticana Cent. III. Proverb. XCVII. septem dicit. Ἐβίω δὲ οὗτος (ὁ Ἐπιμενίδης) ὥς φησιν ὁ Θεόπομπος, ἔτη ἑκατὸν πεντήκοντα καὶ ἑπτά· ἅπερ ἑπτὰ ἐκαθεύδησεν. Omnino corruptos numeros arbitror; & in Suida rescribendum, τὰ δὲ νζ'. ἐκαθεύδησεν: in Appendice vero Vaticana, ἅπερ πεντήκοντα καὶ ἑπτὰ ἐ.

3 Ἔτι καὶ Θεόπομπος ἐν ταῖς Ἱστορίαις) De Theopompo hoc, aliisque eius nominis, & eorum item scriptis, vide quae notamus infra ad cap. X.

1 Λέγουσι δὲ οἱ Κρῆτες, ὥς φησι Θεόπομπος, ἔτη βιώσαντα αὐτὸν ἑκατὸν πεντήκοντα ἀποθανεῖν) Ita Suidas in verbis iam citatis. Ἔζησεν ἑκατὸν πεντήκοντα ἔτη. Alii septem annos addunt. Diogenes. Καὶ ἐπανελθὼν ἐπ' οἶκον, μετ' οὐ πολὺ ἀπήλλαξεν, ὥς φησι Φλέγων ἐν τῷ Περὶ μακροβίων, βιοὺς ἔτη ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Plinius lib VII. cap. LII. *Rerum faciem mutationemque mirantem, velut postero experrectum die: hinc pari numero dierum senio ingruente, ut tamen in septimum & quinquagesimum atque centesimum vitae duraret annum.* Videndus quoque Val. Maximus lib. VIII. cap. XIII. Xenophanes Colophonius annos tribuebat CLIV. Cretenses vero CCXCIV. Diogenes. Μετήλλαξεν ὥς φησι Φλέγων ἐν τῷ Περὶ μακροβίων, βιοὺς ἔτη ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν· ὡς δὲ Κρῆτες λέγουσιν, ἑνὸς δέοντα τριακόσια. ὡς δὲ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἀκηκοέναι φησὶ, τέτταρα πρὸς τοῖς πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. Itaque, quod de Cretensibus hic ait Apollonius, minime verum est; nisi velimus dicere, mutilum locum.

2 Ἀριστέαν δὲ ἱστορεῖται τὸν Προικοννήσιον) De Aristea passim occurrit apud Scriptores. Vide, si tanti, quae a me pridem adnotata ad Hesychium Milesium.
Rhetor erat. Cicero De Orat. lib. I. *Illud vero, quod a te dictum est, esse permulta, quae orator, nisi a natura haberet, non multum a magistro adiuvaretur; valde tibi adsentior, inque eo vel maxime probavi summum illum doctorem, Alabandensem Apollonium, qui quum mercede doceret, tamen non patiebatur, eos, quos iudicabat non posse oratores evadere, operam apud sese perdere, dimittebatque; & ad quamcumque artem putabat esse aptum, ad eam impellere, atque hortari solebat.* Hic Μόλων cognomento dicebatur, & Alabanda Rhodum transierat. Strabo lib. XIV. Ποσειδώνιος δ' ἐπολιτεύσατο μὲν ἐν Ῥόδῳ, καὶ ἐσοφίστευσεν. ἦν δ' Ἀπαμεύς, ἐκ τῆς Συρίας· καθάπερ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μαλακὸς καὶ Μόλων. ἦσαν γὰρ Ἀλαβανδεῖς. Corruptus hac de re mox eius locus. Ἄνδρες δ' ἐγένοντο λόγου ἄξιοι δύο ῥήτορες ἀδελφοὶ Ἀλαβανδεῖς, Μενεκλῆς τε, οὗ ἐμνήσθημεν μικρὸν ἐπάνω, καὶ Ἱεροκλῆς, οἱ μετοικήσαντες εἰς τὴν Ῥόδον, ὅ, τε Ἀπολλώνιος, καὶ ὁ Μόλων. Quasi duo fuissent, Apollonius, & Molo. Restituo levi transpositione, ὅ, τε Ἀπολλώνιος, ὁ καὶ Μόλων. Priore loco nimis se torquet vir insignis, & neutrum recte emendat. Est ille ipse, de quo antea Cicero dixit, libro citato. *Haec, quum ego praetor Rhodum venissem, & cum summo illo doctore istius disciplinae Apollonio, ea, quae a Panaetio acceperam, contulissem, irrisit ille quidem, ut solebat, Philosophiam.* Quintilianus Instit. Orat lib. III. cap. I. *Multa post Apollonius Molon, multa Areus, multa Caecilius.* Ac esse hunc ipsum, de quo Cicero, fidem facit idem Quintilianus lib. XII. cap. VI. *Usus est & hac ratione M. Tullius; &, quum iam clarum meruisset inter patronos, qui tum erant, nomen, in Asiam navigavit; seque & aliis sine dubio eloquentiae, ac sapientiae magistris, sed praecipue tamen Apollonio Moloni, quem Romae quoque audierat, Rhodi rursus formandum, ac recoquendum dedit.* Iosephus contra Apionem lib. II. Ἐπεὶ δὲ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Μόλων, καὶ Λυσίμαχος, καί τινες ἄλλοι, τὰ μὲν ὑπ' ἀγνοίας, τὸ πλεῖστον δὲ κατὰ δυσμένειαν, περί τε τοῦ νομοθετήσαντος ἡμῖν Μωσέως, καὶ περὶ τῶν νόμων, πεποίηνται λόγους, οὔτε δικαίους, οὔτε ἀληθεῖς. Et occurrit illic pluries. Suetonius Iulio cap. IV. *Rhodum secedere statuit, & ad declinandam invidiam, & ut per otium, ac requiem Apollonio Moloni, clarissimo tunc dicendi magistro, operam daret.* Ita libri Regii omnes, teste Casaubono; & alii veteres, quibus usus Pulmannus, excepto Aldino uno, & Rob. Stephani altero. Certe Molonem ipse Cicero vocat in Bruto. *Eodem anno Moloni Rhodio Romae dedimus ope-*

Digitized by Google

operam. Et mox. *Quibus non contentus, Rhodum veni, meque ad eumdem, quem Romae audiveram, Molonem applicavi.* Et habes ibi pluris; quemadmodum etiam in Epistolis ad Atticum. Plutarchi in Caesare, & Cicerone, manifestus est error; &, qui eum sequitur in Homericis Quaestionibus, Porphyrii; ac vellem virum certe eximium erroris sui non tam pertinacem esse.

APOLLONIVS *Alexandrinus Maior*.

Hic Sillei filius, Callimachi discipulus, Euphorioni, Timarcho, & Eratosthenî aequalis, cui etiam in praefectura Bibliothecae Alexandrinae successit, sub Ptolemaeo Evergeta. Scripsit,

Ἔπη.

Suidas. Ἀπολλώνιος, Ἀλεξανδρεὺς, ἐπῶν ποιητής, διατρίψας ἐν Ῥόδῳ, υἱὸς Σιλλέως, μαθητὴς Καλλιμάχου, σύγχρονος Ἐρατοσθένους, καὶ Εὐφορίωνος, καὶ Τιμάρχου, ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Εὐεργέτου ἐπικληθέντος. καὶ διάδοχος Ἐρατοσθένους γενόμενος ἐν τῇ προστασίᾳ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βιβλιοθήκης.

APOLLONIVS *Alexandrinus, Minor, Dyscolus cognominatus*.

Anonymus in eius Vita. Ἀπολλώνιος οὗτος Ἀλεξανδρεὺς μὲν ἦν τὸ γένος· μητρὸς μὲν, Ἀριάδνης· πατρὸς δὲ, Μνησιθέου. De cognomento Dyscoli mox ibidem. Ἐκλήθη δὲ Δύσκολος, ἐπεὶ καὶ δυσχερής ἐστι κατὰ τὴν φράσιν, δι' ὀλίγων δὲ λέξεων πολλὰ παριστᾷ νοήματα. ἢ, ὅτι κακότροπος ἦν· ἢ, ὅτι ἐν ταῖς γυμνασίαις δυσλύτους ἀπορίας ἔλεγεν. Romam venit Imperatore M. Antonino. Idem ibidem Ἀφίκετο δὲ ἐς Ῥώμην ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου, καὶ διέγραψε ἐκεῖσε τὰ κάλλιστα, καὶ τοσοῦτον, ὅσον καὶ φίλος τῷ Μάρκῳ γέγονεν. Suidas. Ἀπολλώνιος, Ἀλεξανδρεὺς, ὁ κληθεὶς Δύσκολος, πατὴρ Ἡρωδιανοῦ τοῦ τεχνογράφου, γραμματικοῦ. ὃς ἔγραψε τάδε. Περὶ μερισμοῦ τῶν τοῦ λόγου μερῶν, βιβλία τέσσαρα. Περὶ συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν, δ'. Περὶ ῥήματος, ἤτοι ῥηματικῶν, ἐν βιβλίοις ε'. Περὶ τῶν εἰς μι ληγόντων ῥημάτων παραγώγων, βιβλίον ἕν. Περὶ ῥημάτων, ἤτοι ὀνοματικὸν, ἕν. Περὶ ὀνομάτων, κατὰ διάλεκτον. Περὶ τῆς ἐν θηλυκοῖς ὀνόμασιν εὐθείας, ἕν. Περὶ παρωνύμων, ἕν. Περὶ συγκριτικῶν. Περὶ διαλέκτων, Δωρίδος, Ἰάδος, Αἰολίδος, Ἀτθίδος. Περὶ σχημάτων Ὁμηρικῶν. Περὶ κατεψευσμένης ἱστορίας. Περὶ παθῶν. Περὶ τόνων κατηναγκασμένων, βιβλία δύο. Περὶ τόνων σκολιῶν, βιβλίον ἕν. Περὶ προσῳδιῶν, ε'. Περὶ στοιχείων. Περὶ προθέσεων. Περὶ τῶν Διδύμου πιθανῶν. Περὶ συνδέσεως. Περὶ διαφορουμένων. Περὶ τοῦ τίς. Περὶ γενῶν. Περὶ πνευμάτων. Περὶ κτητικῶν, Περὶ συζυγίας. Vbi habes Operum eius quasi indicem. Ex quibus illud tantum exstat, quod secundo loco ponitur,

Περὶ συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν, δ',

Item istud,

Περὶ κατεψευσμένης ἱστορίας.

Quod hic edimus; & titulum temere a librariis olim immutatum, nunc adsertum primi imus. Illud autem,

Περὶ παρωνύμων,

Citat quoque Constantinus Porphyrogeneta De Administ. Imp. cap. XXIII. Ἀπολλώνιος ἐν τοῖς Παρωνύμοις φησὶν, ἀπὸ γενικῆς εὐθεῖαι παράγονται.

Περὶ παθῶν.

Etymologici Auctor in Ἀρίστυλλος. Οὕτως Ἡρωδιανὸς εἰς τὴν Ἀπολλωνίου εἰσαγωγὴν, ἢ Περὶ παθῶν. Stephanus in Καρία. Ἀπολλώνιος διὰ τοῦ ι φησὶ μακροῦ, ἐν τῷ πέμπτῳ Περὶ παθῶν.

Περὶ τόνων,

Laudat ipse lib. II. Ἐν τῷ Περὶ τόνων ἀκριβέστερον τὰ τοιαῦτα ἐπεδείξαμεν.

Περὶ γενῶν.

Ipse lib. I. Πρὸς δὲ ἀντείρηται διὰ πλειόνων ἐν τῷ Περὶ γενῶν Et postea iterum. Καθότι παρεστήσαμεν καὶ ἐν τῷ Περὶ γενῶν. Stephanus in Καρία. Ἀπολλώνιος διὰ τοῦ ι φησὶ μακροῦ, ἐν τῷ πέμπτῳ Περὶ παθῶν, καὶ ἐν τῷ Περὶ γενῶν. Et mox. Ὑπομνηματίζων δὲ τὸ Περὶ γενῶν Ἀπολλωνίου, διὰ τοῦ ι μακροῦ.

Περὶ πνευμάτων.

Ipse lib. IV. Ὑπὲρ ὧν ἐν τῷ Περὶ πνευμάτων ἠκριβώσαμεν.

Περὶ σχημάτων Ὁμηρικῶν.

Ipse lib. IV. Τὰ ἁπλᾶ, καὶ παρασύνθετα, μιᾶς ἔχεται ἀναλογίας, ὡς δείκνυται ἐν τῷ Περὶ σχημάτων. Sunt & alia Opera nonnulla, Suidae minime indicata. In his,

Περὶ Ὀρθογραφίας.

Ipse lib. III. Τοῦ τοιούτου ἐν τελειότερον ἀποδεικνυμένου ἐν τῷ Περὶ ὀρθογραφίας. Citantur quoque alia eidem in illo, quod habemus, Opere; sed quae ego partes censeo istius, quod inscripserat, Περὶ μερισμοῦ τῶν τοῦ λογου μερῶν.

APOLLONIVS *Aphrodisiensis*.

De eo Suidas. Ἀπολλώνιος, Ἀφροδισιεὺς, ἀρχιερεὺς, καὶ ἱστορικός. γέγραφε Καρικά. Περὶ Τράλλεων. Περὶ Ὀρφέως, καὶ τῶν τελετῶν αὐτοῦ. Ita locum illum restituendum esse arbitror. Quod attinet ad eius.

Καρικά.

Fuit ingens Opus; citatque eius lib. IV. Stephanus in Βάργασα. VII in Χρυσαορίς. XV. Ety-

Digitized by Google

Etymologici Auctor in Ἅρπασος. XVI. iterum Stephanus in Ἄγκυρα. XVIII. in Χωλὸν τεῖχος.

APOLLONIVS *Archebii*, *sive Archebuli*, F.

Suidas unicum eius Opus commemorat. Ἀπολλώνιος, Ἀρχεβούλου, ἢ Ἀρχεβίου. ἔγραψε, Περὶ λέξεων Ὁμηρικῶν, κατὰ στοιχεῖον.

APOLLONIVS *Ascalonites*.

Hic Historicus fuit. Stephanus in Ἀσκαλὼν, ubi recenset viros claros, Ascalone oriundos. Πολλοὶ δὲ ἐξ αὐτῆς κεχρηματίκασι, φιλόσοφοι μὲν, Ἀντίοχος ὁ Κύκνος, καὶ Σῶσος, καὶ Ἀντίβιος, καὶ Εὔβιος, στωϊκοὶ ἐπιφανεῖς. γραμματικοὶ δὲ, Πτολεμαῖος, Ἀρίσταρχου γνώριμος, καὶ Δωρόθεος, ἱστορικοὶ, Ἀπολλώνιος, καὶ Ἀρτεμίδωρος.

APOLLONIVS *Atheniensis*.

Sophista fuit, vixitque sub Severo Imp. ut discere licet ex Philostrato, qui eum quoque recenset Sophist. lib. II. Operum eius fuit, Καλλίας. Philostratus loco citato. Παραλλάττει δὲ ὅμως ἐς ῥυθμοὺς ἐμμέτρους τε, καὶ ἀναπαίοντας· ὡς ἂν φυλάξαιτο, σεμνοπρεπὴς τὴν ἀγγελίαν δοκεῖ, καὶ βεβηκώς· τινὶ δέ ἐστιν εὑρεῖν καὶ ἐπ' ἄλλων μὲν ὑποθέσεων, μάλιστα δὲ ἐπὶ τοῦ Καλλίου, ὦ ἀπαγορεύει τοῖς Ἀθηναίοις, πυρὶ μὴ θάπτειν. Atque hic fortassis est, quem inter doctores suos recenset Antoninus Imp. τῶν εἰς ἑαυτὸν lib. I. Παρὰ Ἀπολλωνίου, τὸ ἐλεύθερον, καὶ ἀναμφιβόλως ἀκύβευτον. Nisi quis de Apollonio Naucratite, ipsi coaetaneo, de quo mox agam, accipiendum esse existimet.

APOLLONIVS *Attalensis*.

Scripsit,

Ὀνειροκριτικά.

Artemidorus Onirocrit. lib. I. cap. XXXIV. Μαρτυρήσει δ' ἂν καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ἀτταλεὺς, ἐν δευτέρῳ τῆς ἑαυτοῦ συντάξεως, περὶ πολλὰ τοῦ ὀνάρου τούτου λέγων. Iterum lib. III. cap. XXVIII. Διὰ μακροῦ δὲ τὸν ὕπνον τοῦτον ἐξείργασται ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς ἑαυτοῦ συντάξεως Ἀπολλώνιος ὁ Ἀτταλεύς.

APOLLONIVS *Chalcedonius*.

Hic Philosophus fuit, e Stoicorum secta, Antonini Philosophi praeceptor. Videndus de eo Iulius Capitolinus in Antoninis, Pio, & Philosopho; item Eusebius Chron. II.

APOLLONIVS *Cittieus*.

Hic medicus fuit. Strabo extremo XIV. Εἶτα κολπώδης, καὶ τραχὺς, παράπλους εἰς Κίτιον. ἔχει δὲ λιμένα κλειστόν. ἐντεῦθέν ἐστι Ζήνων τε, ὁ τῆς στωϊκῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης, καὶ Ἀπολλώνιος ἰατρός. Meminit eius Erotianus. Ὡς δὲ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Κιττιεὺς ἱστορεῖ. Scripsit libros XVIII.

Πρὸς τὰ Ταραντίνου τρία, πρὸς Βακχεῖον.

Idem Erotianus. Ἀπολλωνίου δὲ τοῦ Κιττιέως ὀκτωκαίδεκα Πρὸς τὰ τοῦ Ταραντίνου τρία πρὸς Βακχεῖον διαγράψαντος. Item,

Περὶ ἄρθρων.

Mox apud eumdem Erotianum. Ὁ δὲ Κιττιεὺς Ἀπολλώνιος ἐν τῷ Περὶ ἄρθρων, σιγμοειδῆ ἐγκοπήν.

Περὶ ἐπιληπτικῶν.

Caelius Aurelianus Chron. lib. I. cap. IV. *Quod est nudum, atque probabile, ex conscriptione curationum Apollonii Citiensis, libro secundo* DE EPILEPTICIS.

APOLLONIVS *Dyscolus*.

Vide supra, *Apollonius Alexandrinus Minor*.

APOLLONIVS *Glaucus*.

Scripsit, *De Interioribus*. Cael. Aurelianus Chron. lib. IV. cap. VIII. *Apollonius Glaucus libris, quos* De Interioribus *scripsit, reiectos rotundos lumbricos initio significare* (*ait*) *indigestionum frequentiam*.

APOLLONIVS *Grammaticus*.

Eius fuit

Κατάλογος νεῶν.

Citatur ab Homeri Scholiaste in Iliad. IX. Ἡ δὲ ἱστορία ἀκριβέστερον εἴρηται παρά τε τοῖς ἄλλοις, καὶ παρὰ Ἀπολλωνίῳ τῷ Γραμματικῷ ἐν Καταλόγῳ νεῶν.

APOLLONIVS *Herophileus*.

Scripsit,

Περὶ μύρων.

Athenaeus lib. XV. Γίνεται δὲ μύρα κάλλιστα κατὰ τόπους, ὡς Ἀπολλώνιος φησὶν ὁ Ἡροφίλειος ἐν τῷ Περὶ μύρων. Item,

Εὐπόριστα φάρμακα.

Galenus De Comp. Med. per partes lib. III. Ἀπολλώνιος ὁ Ἡροφίλειος ἐν τῇ τῶν Εὐπορίστων φαρμάκων γραφῇ. Et citat pluries in illis libris.

APOLLONIVS *Laodicensis*.

Eius libros V. sed sine inscriptione aliqua, citat Paulus Alexandrinus Εἰσαγωγῇ εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν, in Praefatione. Καὶ Ἀπολλωνίου τοῦ Λαοδικέως ἐν τοῖς ἰδίοις πέντε βιβλίοις διαβάλλοντος τοὺς Αἰγυπτίους, ὡς πολλὴ ἀπάτη αὐτοῖς γεγένηται, ἐν ταῖς τῶν ζωδίων ἀναφοραῖς.

APOL-

Digitized by Google

APOLLONIVS *Libertus P. Crassi.*

Meditatus fuit, *Res gestas Iulii Caesaris;* & incertum, an scripserit. Cicero Ad familiares lib. XIII. epist. ad Caesarem XVI. *Eius (P. Crassi) libertum Apollonium iam tum equidem, quum ille viveret, & magni faciebam, & probabam.* Ac postea de eodem. *Nunc autem incensus studio rerum tuarum, eas litteris Graecis mandare cupiebat.*

APOLLONIVS *Malacus.*

Vide supra, *Apollonius Alabandensis.*

APOLLONIVS *Memphites.*

Meminit eius Nicandri Scholiastes ad Theriaca. Οἱ μὲν Τυραννίων, τὴν σκίλλαν· Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Μεμφίτης, τὸ κένορον ὃ δή τινες κενήτρην καλοῦσι. Scripsit autem,

Περὶ ἄρθρων.

Erotianus. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Μεμφίτης, ἐν τῷ Περὶ ἄρθρων, ὑπεροχὴν παρὰ τὸ λοιπὸν ξύλον. Laudat eum item Opere incerto Cael. Aurelianus Chron. lib. III. cap. VIII. *Item Apollonius Memphites alium dixit fieri hydropem cum retentione.* Et hic, puto, est; qui AEgyptius dicitur Theophilo ad Autolycum lib. III. Ταῦτα μὲν οὖν Ἀπολλώνιος ὁ Αἰγύπτιος ἱστορεῖ. Nisi potius de Alexandrino minore accipere velis; cuius Opus Περὶ κατεψευσμένης ἱστορίας hic damus. Idque vero magis simile mihi videtur.

APOLLONIVS *Molon,*

Vide supra, *Apollonius Alabandensis.*

APOLLONIVS *Myndius.*

Grammaticus erat. Stephanus in Μύνδος· Ἀπολλώνιος, καὶ Ζήνων, Μύνδιοι, γραμματικοί.

APOLLONIVS *Naucratites.*

Hic inter Sophistas recensetur a Philostrato Sophist. lib. II.

APOLLONIVS *Ophis.*

Laudatur ab Erotiano in Prooemio. Ἐπιθεμένου τὰς Βακχείου λέξεις διὰ συντάξεων, Ἀπολλωνίου τε τοῦ Ὄφεως τοῦτο ποιήσαντος.

APOLLONIVS *Parianus.*

Scripsit,

Περὶ παρωνύμων.

Stephanus in Πάρος. Εἰκῆ τοίνυν τὸ ἐθνικὸν τῆς Πάρου ὁ τεχνικὸς Ἀπολλώνιος Παριανὸς εἴρηκεν, ἐν τῷ Περὶ παρωνύμων.

APOLLONIVS *Pergaeus.*

Meminit eius Proclus in Euclidem lib. III. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Περγαῖος τέμνει τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν πεπερασμένην δίχα. Intelligit forte eius libros Κωνικῶν στοιχείων, quos citat Eutocius ad Archimedem De Sphaera, & Cylindro lib. II. Καὶ συμπεσεῖται ἐκβαλλομένη τῇ θγ'. παραλλήλῳ οὔσῃ τῇ διαμέτρῳ τῆς τομῆς, διὰ τὸ ἕβδομον καὶ εἰκοστὸν θεώρημα τοῦ πρώτου βιβλίου τῶν Ἀπολλωνίου Κωνικῶν στοιχείων. Et illic passim. Pappus Collect. Mathem. lib. VII. *Omnes libri sunt* XXXI. *quorum argumenta usque ad Apollonii Conica tibi exposuimus.* Edidit hos libros, Latine abs se versos, Federicus Commandinus, vir egregius, Bononiae anno cIↃ IↃ LXVI. Eius

Ὠκυτόβοος

citatur ab Eutocio in Archimedem, lib. De Dimens. Circ. Ἰστέον ὅτι καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Περγαῖος ἐν τῷ Ὠκυτοβόῳ ἀπέδειξεν αὐτὸ, δι' ἀριθμῶν ἑτέρων ἐπὶ τὸ σύνεγγυς μᾶλλον ἀνάγων. Etiam Περὶ λόγου ἀποτομῆς. Περὶ χωρίου ἀποτομῆς. Περὶ διωρισμένης τομῆς. Περὶ ἐπαφῶν. Περὶ νεύσεων. Περὶ τόπων ἐπιπέδων. Laudantur a Pappo lib. VII. Commemorat eum quoque Vitruvius lib. I. cap. I.

APOLLONIVS *Pergamenus.*

Recensetur inter Scriptores Rei Rusticae a Varrone, & Columella lib. I. cap. I. Et medicus fuit, atque in ea scientia libros vulgavit. Oribasius Euporiston lib. I. *Tibias scalpellari iube, sicut Pergamenus Apollonius fieri suadet iis, qui opus habent sanguinem detrahere.*

APOLLONIVS *Pitanaeus.*

Et hic medicus fuit. Plinius lib. XXIX. capit. VI. *Suffusionem oculorum canino felle malebat, quam hyenae, curari Apollonius Pitanaeus, cum melle.*

APOLLONIVS *Rhodius.*

Eius fuit,

Κανωπός.

Citatur a Stephano in χώρα. Καὶ Ἀπολλώνιος ἐν Κανωπῷ,

Τρέψει δὲ νηὸν ὁ γλυκύς σε χωρίτης
Πλόος νομίζων δῶρα Νάλου πλουσίου.

Item,

Κανωπὸς δεύτερος.

Apud eumdem in Κόρινθος. Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἐν Κανωπῷ δευτέρῳ,

Κορινθιουργὲς ἐστι κιόνων σχῆμα.

Etiam,

Καύνῳ.

Parthenius Erot. I. Ἱστορεῖ Νικαίνετος Λύρκῳ, καὶ Ἀπολλώνιος Καύνῳ. Puto idem Opus fuisse, quod mox

Καύνου κτίσις,

indigetatur ab eodem Erot. XI. Ἱστορεῖ Ἀριστόκριτος, καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος Καύνου κτίσει. Simile Opus,

Ἀλεξανδρείας κτίσις.

Scholiastes Nicandri Theriacis. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος ἐν τῇ τῆς Ἀλεξανδρείας κτίσει, ἀπὸ τῶν σταγόνων τοῦ τῆς Γοργόνος αἵματος. Item,

Κνίδης κτίσις.

Stephanus in Ψυκτήριος. Καθὼς φησιν Ἀπολλώνιος ἐν Κνίδης κτίσει. Non dubito, quin hae partes fuerint maioris Operis, quod

Κτίσεις

inscripserat. Aliud quoque fuit,

Περὶ Ἀρχιλόχου.

Athenaeus lib. X. Ὅτι δὲ λευκῷ ἱμάντι περιελοῦντες τὴν σκυτάλην οἱ Λάκωνες ἔγραφον ἃ ἐβούλοντο, εἴρηκεν ἱκανῶς Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἐν τῷ Περὶ Ἀρχιλόχου. Eius,

Ἀργοναυτικὰ,

in libros IV. tributa habemus.

Ἐπιγράμματα.

Antoninus Liberalis Metamorph. XXIII. Ἱστορεῖ Νίκανδρος Ἑτεροιουμένων α'. καὶ Ἡσίοδος ἐν Μεγάλαις Ἠοίαις, καὶ Διδύμαρχος ἐν Μεταμορφώσεων γ'., καὶ Ἀντίγονος ἐν ταῖς Ἀλλοιώσεσι, καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος ἐν τοῖς Ἐπιγράμμασι

APOLLONIUS *Senior*.

Erotianus. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ πρεσβύτερος, ὑπεροχὴν στρογγύλην, σφαίρᾳ ὁμοίαν. Hic, puto, est, qui scripsit,

Περὶ τῆς συγκρίσεως τοῦ δωδεκαέδρου, καὶ τοῦ εἰκοσαέδρου.

Laudat Hypsicles Περὶ τῶν πέντε σωμάτων, lib. I. Τὸ ὑπὸ Ἀπολλωνίου γραφὲν Περὶ τῆς συγκρίσεως τοῦ δωδεκαέδρου, καὶ τοῦ εἰκοσαέδρου. Locus iste est in Prooemio. Et mox iterum alter cap. II. Ὑπὸ δὲ Ἀπολλωνίου ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐκδόσει τῆς Συγκρίσεως τοῦ δωδεκαέδρου, καὶ τοῦ εἰκοσαέδρου.

APOLLONIUS *Sotadis F.*

Scripsit,

Περὶ τῶν τοῦ πατρὸς ποιημάτων.

Athenaeus lib. XIV. Καὶ ὁ τοῦ Σωτάδου παῖς Ἀπολλώνιος· ἔγραψε δὲ καὶ οὗτος Περὶ τῶν τοῦ πατρὸς ποιημάτων σύγγραμμα.

APOLLONIUS *Stratonius*.

Videtur scripsisse,

Περὶ σφυγμῶν.

Meminit eius Galenus De Diff. Puls. lib. IV. Ἔνιοι δὲ καὶ δύο καὶ τρεῖς ὅρους (τοῦ σφυγμοῦ) ἔγραψαν, ὥσπερ Ἀπολλώνιος ὁ ἀπὸ Στράτωνος.

APOLLONIUS *Ther*.

Meminit eius Erotianus. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Θήρ, ἐξοχήν.

APOLLONIUS *Tyaneus Maior*.

Eius

Ἐπιστολαὶ

exstant.

Διαθῆκαι.

Laudantur a Philostrato in eius Vita lib. I. cap. III. Καὶ Διαθῆκαι δὲ τῷ Ἀπολλωνίῳ γεγράφαται, παρ' ὧν ὑπάρχει μαθεῖν, ὡς ὑποθειάζων τὴν φιλοσοφίαν ἐγένετο.

Περὶ μαντείας ἀστέρων.

Idem Philostratus lib. III. cap. XIII. Τὸν Ἀπολλώνιον συμφιλοσοφεῖν τῷ Ἰάρχᾳ, καὶ συγγράψαι μὲν ἐκεῖθεν Περὶ μαντείας ἀστέρων βίβλους τέτταρας, ὧν καὶ Μοιραγένης ἐπεμνήσθη.

Περὶ θυσιῶν.

Idem loco citato. Ξυγγράψαι δὲ Περὶ θυσιῶν, καὶ ὡς ἄν τις ἑκάστῳ θεῷ προσφόρως τε, καὶ κεχαρισμένως, θύοι. Atque hoc ipsum Opus designat iterum lib. IV. cap. VI. Τὴν μὲν δὴ πρώτην διάλεξιν, ἐπειδὴ φιλοθύτας τοὺς Ἀθηναίους εἶδεν ὑπὲρ ἱερῶν διελέξατο. καὶ ὡς ἄν τις ἐν τῷ ἑκάστῳ τῶν θεῶν οἰκεῖον, καὶ πηνίκα τῆς ἡμέρας τε καὶ νυκτός, ἢ θύοι, ἢ σπένδοι, ἢ εὔχοιτο· καὶ βιβλίῳ Ἀπολλωνίου προστυχεῖν ἐστιν, ἐν ᾧ ταῦτα τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ ἐκδιδάσκει.

APOLLONIUS *Tyaneus Minor*.

Etiam hic Philosophus, vixitque sub Hadriano Imperatore. Suidas. Ἀπολλώνιος ἕτερος Τυανεὺς φιλόσοφος, νεώτερος, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως, ὡς Ἀγρέσφων ἐν τῷ Περὶ ὁμωνύμων.

APOL-

Digitized by Google

APOLLONIVS *Tyrius*.

Eius Opus,

Πίναξ τῶν ἀπὸ Ζήνωνος φιλοσόφων, καὶ τῶν βιβλίων.

Strabo lib. XVI. Ἐκ Τύρου δὲ Ἀντίπατρος, καὶ μικρὸν πρὸ ἡμῶν Ἀπολλώνιος, ὁ τὸν Πίνακα ἐκθεὶς τῶν ἀπὸ Ζήνωνος φιλοσόφων, καὶ τῶν βιβλίων. Et ex eo eſt, quod Περὶ Ζήνωνος citat Diog. Laertius in Zenone lib. VII. Καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Τύριος ἐν πρώτῳ Περὶ Ζήνωνος. Ac mox iterum. Καθὰ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Τύριος ἐν πρώτῳ Περὶ Ζήνωνός φησι.

Atque haec certa. Verum etiam alia paſſim Opera videas commemorari, quae ignores, cui Auctori adſignare certo poſſis. Feruntur Apollonii cuiusdam libri,

Περὶ κοχλίου.

Proclus ad Euclidem lib. II. Καθάπερ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ Περὶ τοῦ κοχλίου γράμματι δείκνυσι.

Λέξεις.

Scholiaſtes Apollonii lib. I. Ἀπολλώνιος ἐν ταῖς Λέξεσιν ἀποδέδωκεν Ἄφλαστον τὸ ἀκροστόλιον, οὐκ εὖ.

Περὶ βοτανῶν.

Scholiaſtes Nicandri Theriacis. Σημαίνει δὲ, ποτὲ μὲν, τὸ περίψημα· ποτὲ δὲ, τὴν βοτάνην. ἧς μνημονεύει καὶ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ Περὶ βοτανῶν. Oribaſius in Praefatione Euporiſton ad Eunapium, *A Dioſcuro, & Apollonio, vel ab aliis, qui* De virtutibus herbarum *ſcripſerunt*. *Meurſii Tom. VII.*

Γλῶσσαι Ἡροδότου.

Etymologici Auctor in Κωφός. Οὕτως Ἀπολλώνιος ἐν ταῖς Γλώσσαις Ἡροδότου. Iterum in Σοφιστής. Οὕτως Ἀπολλώνιος ἐν ἐξηγήσει τῶν Ἡροδότου Γλωσσῶν.

Ὑπομνήματα.

Schol Apollonii lib. I. Ἀπολλώνιός φησιν ἐν πρώτῳ τῶν Ὑπομνημάτων τὸν σίδηρον ὑπὸ τῶν ἀρχαίων χαλκὸν λέγεσθαι.

Τριηρικός.

Athenaeus lib. III. Ἐγώ γε οἶδα ἐπινομίδα καλουμένην καὶ μέρος τι τῆς τριήρεος, ὡς Ἀπολλώνιος ἐν Τριηρικῷ παρατίθεται.

Περὶ Συμποσίων.

Idem Athenaeus lib. V. Καὶ παρ' Αἰγυπτίοις δὲ τὸ παλαιὸν σωφρονικῶς διεξήγετο τὸ τῶν συμποσίων γένος. καθάπερ εἴρηκεν Ἀπολλώνιος, περὶ τούτων γεγραφώς.

Χρονικά.

Stephanus. Χαλκητόριον, πόλις Κρήτης. ὁ πολίτης, Χαλκητορεύς. Ἀπολλώνιος τετάρτῳ Χρονικῶν.

Μεθ' οὗ Χαρίδημος ἦν φυγὰς Χαλκητορεύς.

Citatur quoque Apollonius quidam, ſed non nominato Opere apud Plinium Nat. Hiſt. lib. XXVIII. cap. I. *Vi interemti dente gingivas in dolore ſacrificari, Apollonius efficaciſſimum ſcripſit*. Hactenus. (a)

(a) Quum vacuae pagellae heic ſuperfluerent, adriſit ea hunc transferre, quae eruditiſſimus *Io. Alb. Fabricius* de *Apollonio Dyſcolo* in ſuae *Graecae Bibliothecae Libro* V. *Cap.* VII. habet, eruditis *Meurſii* noſtri Commentationibus ſupplemento & ornamento futura.

I. APOLLONIVS Mneſithei & Ariadnes F. Alexandrinus, cognomine *Dyſcolus* ſive Difficilis, temporibus Hadriani & Antonini Pii Alexandriae floruit, magnum inter Grammaticos nomen conſequutus, tum ob ſcripta quae ipſe compoſuit, tum ob filium quem inſtituit *Herodianum*. Cognomen Dyſcoli (1) a moribus potius, quam phraſi perplexa & abrupta, vel a difficultate, quas propoſuerit, quaeſtionum tuliſſe duxerim, nam ut phraſis eius nihil habet moleſti, ita cum difficilibus moribus pulcre convenit eius egeſtas, qua compulſum auctor vitae refert, quum chartas non poſſet emere (2), ſcripſiſſe ἐν ὀστράκῳ ſive in teſta. Vixit & ſepultus eſt in Bruchio ſive Πυρουχείῳ (3) Alexandrino, in quo viros doctos antea Regum AEgyptiorum liberalitate nutritos conſtat. Apollonium hunc & Herodianum omnibus prioribus Grammaticis antefert Priſcianus in praef. lib. I. iudicans eos *quanto ſint iuniores, tanto perſpicaciores & ingeniis floruiſſe, & diligentia valuiſſe*, idque *omnium iudicio confirmari eruditiſſimorum. Quid enim Herodiani artibus certius? quid Apollonii ſcrupuloſis quaeſtionibus enucleatius poſſit inveniri?* Idem lib. 2 pag 581. ait Apollonium & Herodianum omnes antiquorum errores Grammaticorum purgaviſſe Iisdem maximis auctoribus confiſum audere ſe Grammaticorum aliorum ante ſe errores corrigere, ſcribit praef libri VI. & maximum auctorem artis Grammaticae paſſim adpellat, ut lib. VIII. pag. 833. & in limine libri XI & pag. 941. *Melius igitur Apollonius, quem nos quantum potuimus ſequi deſtinavimus*. Atque initio lib XIV. *Graecorum doctiſſimi, & maxime Apollonius, cuius auctoritatem in omnibus ſequendam putavi*.

II. Scripſit teſte Suida περὶ συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν, *de Syntaxi partium orationis*, ſive ut Priſcianus in libri XVII. exordio interpretatur, *de ordinatione ſive conſtructione dictionum* libros IV. Idem Priſcianus librum tertium laudat libro XVIII. p. 1134.

Poſt editiones Graecas imperfectas (4), ex quibus unam ad manus habeo luculentis typis impreſſam ab Aldo Venet. 1495. fol.

(1) *Auctor vitae:* Ἐκλήθη δὲ δύσκολος, ἐπεὶ καὶ δυσχερής ἐστι κατὰ τὴν φράσιν, δι' ὀλίγων δὲ λέξεων πολλὰ παριστᾷ νοήματα, ἢ ὅτι κακότροπος ἦν, ἢ ὅτι ἐν ταῖς γυμνασίαις δυσλύτους ἀπορίας ἔλεγεν. Ἔθος γὰρ ἐν τοῖς ἀρχαίοις σοφοῖς εἰς ἕνα τόπον συνέρχεσθαι, καὶ γυμνασίας χάριν αἰνιγματώδεις τινὰς καὶ ἀσαφεῖς λέξεις φθέγγεσθαι. *De quaeſtionibus huiuſmodi Grammaticis confer Ioh. VVouverium c* 10. *Polymathiae*.

(2) *Idem auctor vitae*: Τοσοῦτον δὲ ἦν πένης ὁ Ἀπολλώνιος, ὡς ἐν ὀστράκῳ γράφειν τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα, διὰ τὸ μὴ εὐπορεῖν χάρτας πρίασθαι. *Mos porro antiquiſſimus ſcribendi in teſta, ut vel ex Athenienſium oſtraciſmo omnibus eſt notiſſimum, quem Theſeus reperit*.

(3) *De hoc Bruchio viri docti ad Ammianum XXII.* 16. *& qui de Muſeo Alexandrino ſcripſere Io Fridericus Gronovius & Ludolphus Neocorus T VIII Antiquitatt. Graecarum Iac Gronovii*.

(4) *Geſnerus in Bibl.* Apollonii Alexandrei Dyſcoli de conſtructione libri IV. impreſſi Venetiis in 4. apud Aldum, & Florentiae in 8. A. 1515. & olim Romae, ſed omnes iſtae editiones imperfectae ſunt. Nicolaus Sophianus vir Graecus, & in ea lingua doctiſſimus, oſtendit mihi Venetiis exemplar ſuum im-

fol. cum Theodori Gazae Grammatica, qui Apollonium in pleriſque ſequutus eſt, optimam Graecolatinam debemus *Frider. Sylburgio*, cui neſcio cuius docti viri latinam verſionem & commentarium ex Italia obtulerat Io. Vincentius Pinellus, ſed huic deinde praelata ab editore eſt verſio *Franciſci Porti* Cretenſis, qui Graeca ex MS. codice Michaelis Sophiani emendaverat, & ſuppleverat, ac notas quoque addiderat, opuſque ſuum morti vicinus legaverat Theodoro Sebaſtio, a quo illud Sylburgius deinde nactus eſt. Hic Graeca recenſuit ad apographa Porti & Andreae Dudithii, quae ambo ex Sophiani codice deſcripta erant, & quoad libri I. capita XXI. conveniebant cum codice Palatino, quem cum Aldina editione in pleriſque conſpirare animadvertit. Praeter verſionem ac notas Porti, ſuas etiam addidit, notiſque Porti inſperſit, adiunxit quoque Photii excerpta, in Hiſpaniis non diu ante publicata ex libris duobus Chreſtomathiae Procli Grammaticae, cum verſione & notis Andreae Schotti, praecipue autem indicibus utiliſſimis & accuratiſſimis haec Apollonii & Procli ſcripta illuſtravit. Francofurti apud Andreae Wechelii heredes 1590. 4.

Poſſideo & ipſe MStum Codicem Syntaxeos Apollonianae trecentorum amplius annorum in charta bombycina, quem dono mihi dedit vir iudicio & doctrina praeſtans Io. Philippus Palthenius, Gryphiswaldenſis Academiae quum viveret non inficiandum ornamentum. Hunc Codicem video eosdem habere defectus quos in editione Graeca obſervare licet, ut in nota adſcripta expoſui.

In Bibliotheca Regia Pariſienſi exſtant praeterea MSS. eiusdem Apollonii opuſcula tria, περὶ συνδέσμων, *de coniunctionibus*: περὶ ἐπιῤῥημάτων, *de adverbiis*: & περὶ ἀντωνυμιῶν, *de pronominibus*, digna profecto, inquit Clariſſ. Kuſterus ad Suidam Tom. I. pag. 284. quae in lucem edantur, tum propter eruditionem & antiquitatem auctoris, tum quia ſaepe in illis veteres ſcriptores deperditi citantur. Ibidem producit initium libri de pronomine, in quo allegantur *Ariſtarchus*, *Dionyſodorus Troezenius*, & *Tyrannio*.

III. A Suida diſerte inter ſcripta Apollonii noſtri memoratur Liber Περὶ κατεψευσμένης ἱστορίας, & idem Meurſio videtur, qui a *Guil. Xylandro* Auguſtano ſub ἱστοριῶν θαυμασίων, *Hiſtoriarum mirabilium* titulo prolatus primum (1) in lucem eſt donatuſque latina verſione, & cum Antonino Liberali, Phlegonte & Antigoni mirabilibus atque M. Antonini libris Graecae & Latine editus Baſil. 1568. 8. Fuit Apollonius aequalis Phlegontis, a quo adlegatur cap. XI. & XIII. mirabilium, licet illa quae Phlegon ex Apollonio Grammatico profert, in hoc qui exſtat eiusdem argumenti libro non leguntur. Itaque & Meurſius non integrum Apollonii librum, ſed fragmentum tantum eius ad nos perveniſſe exiſtimavit, qua in parte libenter ei adſentior. Ab hoc Meurſio meliorem Apollonii iſtius libelli editionem habemus vulgatam Lugduni Batav. 1620. 4. cum Xylandri verſione, Meurſii notis, & de Apolloniis ſyntagmate.

IV. *Scripta Apollonii deperdita*.

Περὶ μερισμῶν τῶν τοῦ λόγου μερῶν, *de partitione partium Orationis libri IV.* Suid. & auctor vitae quae Syntaxi praemiſſa legitur, is enim ait Apollonium ſcripſiſſe περὶ τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου: quemadmodum & Priſcianus in exordio lib. XVII. Incertum huiusne partes operis fuerint quae ab Apollonio ipſo in Syntaxi memorantur lib. II. pag. 117. περὶ ἄρθρων, *de articulis*. lib I. p. 77. περὶ προσακτικῶν, *de imperativis*. lib. I. pag. 72. 73 91. lib. IV. pag. 297. 322. περὶ μετοχῶν, *de participiis*. lib. III. p 204. 234. περὶ ἐπιῤῥημάτων, *de adverbiis*. lib. I. p. 92. lib. III. pag. 205. 264. lib. IV. pag. 313. περὶ τῶν συνδέσμων, *de coniunctionibus & earum conſtructione*.

Περὶ ῥήματος, ἤτοι ῥηματικὸν, *de Verbo, libri V.* Suid. Scholiaſtes MS. ad Dionyſium Thracem: ὁ δὲ Διονύσιος ὥς φησιν Ἀπολλώνιος ἐν τῷ ῥηματικῷ, οὕτως ὁρίζεται· ῥῆμά ἐστι λέξις κατηγόρημα σημαίνουσα. Priſcianus lib. VIII. pag. 833. *Apollonius ſummus auctor artis Grammaticae docens in primo libro de verbo*. Definitio ῥήματος in iisdem ſcholiis ad Dionyſium haec ex Apollonio adfertur: ῥῆμά ἐστι μέρος λόγου ἐν ἰδίοις μετασχηματισμοῖς διαφόρων χρόνων δεκτικὸν, μετ᾽ ἐνεργείας ἢ πάθους προσώπων τε καὶ ἀριθμῶν παραστατικὸν ὅτε, καὶ τὰς ψυχῆς διαθέσεις δηλοῖ. Apollonius ipſe lib I Syntax. p. 77. ὡς ἐπεδείκνυμεν ἐν τῷ περὶ ῥημάτων. & lib. III. p. 208. ἀκριβώσομεν ἐν τῷ περὶ ῥημάτων.

Περὶ τῶν εἰς μι λεγόντων ῥημάτων παραγώγων, *de Verbis derivatis, deſinentibus in μι, liber unus*. Suid.

Περὶ ὀνομάτων, ἤτοι ὀνοματικόν. *De Nominibus, liber unus*. Suid.

Περὶ ὀνομάτων κατὰ διάλεκτον. *De Nominibus ſecundum varias Dialectos*. Suid.

Περὶ τῆς ἐν θηλυκοῖς ὀνόμασιν εὐθείας. *De Nominum femininorum caſu recto, liber unus*. Suid.

Περὶ παρωνύμων. *De Paronymis liber unus*. Suidas, & Conſtantinus Porphyrog. c. XXIII. de Imperii adminiſtratione.

Περὶ συγκριτικῶν. *De Comparativis*. Suid.

Περὶ διαλέκτων Δωρίδος, Ἰάδος, Αἰολίδος, Ἀτθίδος. *De Dialectis Dorica, Ionica, AEolica, Attica*. Suid.

Περὶ σχημάτων Ὁμηρικῶν. *De Figuris Homericis*. Suid. Apollonius ipſe lib. IV. pag. 324. Ὡς δείκνυται ἐν τῷ περὶ σχημάτων.

Εἰσαγωγὴ ἢ περὶ παθῶν. *Iſagoge ſive de paſſionibus, atque de figuris vocum Grammaticis*. Suid. Stephanus in Καρία. Etymologicum magnum in Ἀρίστυλλος, ex quo diſces hunc Apollonii librum etiam commentario illuſtratum ab Herodiano.

Περὶ τόνων κατηναγκασμένων. *De tonis coactis* libri duo. Suid.

Περὶ τόνων σκολιῶν. *De tonis obliquis, liber unus*. Suid. Apollonius ipſe lib. II. pag 135. ἐν τῷ περὶ τόνων ἀκριβέστερον τὰ τοιαῦτα ἐπεδείξαμεν.

Περὶ προσῳδιῶν. *De accentibus libri quinque*. Suid.

Περὶ στοιχείων. *De litteris ſive elementis*. Suid.

Περὶ ὀρθογραφίας. *De orthographia*. Apollonius ipſe lib. III. Syntax. p. 270. τοῦ τοιούτου ἐντελέστερον ἀποδεικνυμένου ἐν τῷ περὶ ὀρθογραφίας.

Περὶ προθέσεων. *De praepoſitionibus*. Suid.

Περὶ τῶν Διδύμου πιθανῶν. *De Didymi probabilibus*. Suid.

Περὶ συνθέσεως. *De compoſitione*. Suid.

Περὶ διαφορουμένων. *De iis quae duobus modis efferuntur*. Suid.

Περὶ τοῦ τίς. *De vocula τίς*. Suid.

Περὶ γενῶν. *De generibus*. Suid.

Περὶ πνευμάτων. *De ſpiritibus*. Suid. Apollonius ipſe lib. IV. p. 314. ὑπὲρ ὧν ἐν τῷ περὶ πνευμάτων ἠκριβώσαμεν.

Περὶ κτητικῶν. *De poſſeſſivis*. Suid.

Περὶ συζυγίας. *De coniugatione* Suid.

Περὶ γενῶν. *De generibus* Steph. in Καρία. Apollonius ipſe lib. I. Syntax. pag 28. πρὸς οὓς ἀντείρηται διὰ πλειόνων ἐν τῷ περὶ γενῶν. & pag. 30. καθότι παρεστήσαμεν καὶ ἐν τῷ περὶ γενῶν. Etiam hunc Apollonii librum commentario Herodianus illuſtraverat, ut ex laudato Stephani loco paret.

Citantur etiam in Scholiis Graecis ad Apollonium Rhodium Apollonii λέξεις, & πρῶτον ὑπομνημάτων, & ab Etymologico M. in κωφὸς, & σοφιστὴς Gloſſae Herodoti. Sed plures fuere Apollonii etiam Grammatici. Vide ſupra lib. III. cap. XXI.

---

impreſſum, cui multa folia, quae deficiebant, manu adſcripta erant. *Nimirum in editionibus Graecis, quemadmodum & in Codice meo MS deſunt lib. II. ſect. XVIII. p. 142. edit. VVech. a verbis πρὶν ἡμῶν usque ad p. 182. εἴγε τὰ ἐν τοῖς πρώτοις. Et lib. IV. ſect. X. ſeqq. a p. 326. ad 330. ut minores lacunas p. 70. 111. 197. 215 256. 259. 266 272. 289. 313. 314. 317. 322. quae circellis incluſa Sylburgius exhibet, praeteream. Nota etiam traiectiones quae ſect. I. libri IV. leguntur quas VVecheliana editio lib. I. ſect. III. habet a p. 18. a verbis τῶν ὑπολειπομένων uſque ad pag. 21. init. Nec non lib. III. ſect. I. mediae inſerta quae in VVecheliana p. 196. conſtituunt ſectionem ſecundam.*

(1) *Xylander in praef. ad Albertum a Steten*: Quos ad te mitto libellos, eos Graecos ex vetuſtiſſimis membranis, rariſſimo mihique alias numquam viſo litterarum genere conſcriptis, liberali permiſſu Illuſtriſſimi optimique Principis ac Domini mei, in cuius Bibliotheca is Codex abs me erat repertus, transſcriptos ſuperiore anno (1567.) quum ocioſus Auguſtae eſſem in Latinum ſermonem transtuli.

F I N I S.

Digitized by Google

HESYCHII
MILESII VIRI ILLVSTRIS
OPVSCVLA
HIS ADIECTA
BESSARIONIS EPISTOLA.

Digitized by Google

NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO VIRO

IOANNI AB OLDENBARNEVELT

EQVITI, DOMINO DE TEMPEL, RODERIIS, &c. HOLLANDIAE ADVOCATO, MAGNI SIGILLI ET ARCHIVORVM PRAEFECTO.

IOANNES MEVRSIVS
Dedico, Consecroque.

V*Etus verbum est, Vir Nob. & Ampl.* Ingrato homine terra nil peius creat. *Et saepe mihi illud in animo. Itaque quoties beneficia tua reputo, & Fortunae iniuriam, quae gratitudinis mihi testimonium ullum hactenus vix permisit; omnibus modis adnitendum existimo, ut sortem hanc meam ipse emendem. Ac dum dispicio, quo id pacto possim, non aliud commodius visum fuit, quam ut e re libraria monumentum aliquod depromerem. Quamobrem, dum ista cogitatio me habet, obtulit se in manus Hesychius Milesius, scriptor satis antiquus, a quo anni mille fere, & centum. Opuscula eius duo sunt; unum* De viris qui eruditionis fama claruerunt: *alterum,* De rebus patriis Constantinopoleos; *Quod nunc primum per me lucem videt, antea numquam editum. Non poteram dignius munus aut ego obferre, aut tu gratius quidquam accipere. Nam ut litterarum aeternitati vitam ac studia mea omnia ego dedicavi, ita tibi in tam illustri dignitate ac fama constituto, si quando a Rep. curam deflectis, nihil occurrit, cuius partes priores ducas, quam Musarum honos, ac patrocinium. Atque ut plurimum universim tota tibi Resp. debet, ita privatim haec Academia; & inter eius Professores ego. Adieci ad finem mantissae vicem* Epistolam Bessarionis, *maximi Cardinalis, & cuius nomen nulla aetas ignorabit. Ex hac adparebit, quantum vetus illa Graecia mutaverit. Haec autem, quanticumque ea sunt, inscribere nomini tuo volui, ut vel hoc indicio Posteritas sciret, me, quamvis reddere beneficium non potuerim, tamen & adgnoscere potuisse, & ingenue profiteri voluisse. Vale Vir Nob. & Ampl. ac me favore tuo complecti perge. Adfirmo tibi, apud neminem beneficiorum tuorum maior gratia erit. Lugduni Batavorum* XVII. *Kal. April.* CIↃ. IↃ. C. XIII.

Digitized by Google

ΗΣΥΧΙΟΥ

ΜΙΛΗΣΙΟΥ ΙΛΛΟΥΣΤΡΙΟΥ 1 (a)

Περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων 2 (b) σοφῶν.

ΚΥΝΙΚΗ (c) ἐκλήθη φιλοσοφία 3, διὰ τὸ ἐν Κυνοσάργῃ τῷ γυμνασίῳ 4 κατάρξασθαι αὐτῆς τὸν Ἀντισθένην 5 (d). Ἡ δὲ περιπατητικὴ, διὰ τὸ ἐν περιπάτῳ ἤτοι κήπῳ κατάρξαι αὐτῆς Ἀριστοτέλην 6.

A

Ἀπολλώνιον τὸν Τυανέα 7 κύουσα ἡ μήτηρ, δαίμονα ἐθεάσατο 8 λέγοντα, ὡς αὐτὸς

HESYCHII MILESII

VIRI ILLVSTRIS

De his, qui eruditionis fama claruere liber.

HADRIANO IVNIO

Medico, Interprete.

CYnica secta nomen adepta est, ab Antisthene, qui primus eam orsus fuit in gymnasio, quod (a candido cane) Cynosarges nomen accepit; at Peripatetica dicta est, quod primordium ceperit ab Aristotele, docente in xysto (e) seu horto ambulationi accommodato.

A

Apollonius Tyaneus. huius mater ventrem ferens, unum ex his quos daemonas geniosue no-

---

1 Ἡσυχίου Μιλησίου ἰλλουστρίου) Hesychius hic patria Milesius fuit. Scripsit *De Viris doctrina claris*, &, *Historiarum libros* VI. vixitque temporibus Anastasii Dicori Imp. Suidas. Ἡσύχιος, μιλήσιος, υἱὸς ἡσυχίου δικηγόρου, καὶ σοφίας. γεγονὼς ἐπὶ ἀναστασίου βασιλέως. ἔγραψεν ὀνοματολόγον, ἢ πίνακα, τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν. οὗ ἐπιτομή ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον. καὶ χρονικήν τινα ἱστορίαν, ἥν τινα διεῖλεν εἰς ἓξ διαστήματα. οὕτω γὰρ καλεῖ ἕκαστον βιβλίον. ἐν οἷς ἐκφέρονται αἱ κατὰ καιροὺς πράξεις τῶν ῥωμαίων, καὶ αἱ δυναστεῖαι τῶν κατ' ἔθνος κρατησάντων τυράννων, καὶ τὰ κατὰ τὸ βυζάντιον πραχθέντα, ἕως τῆς βασιλείας ἀναστασίου τοῦ ἐπονομαζομένου δικόρου. εἰ δὲ τὸν πίνακα τὸν ἐν παιδείᾳ λαμψάντων, ἐκκλησιαστικῶν διδασκάλων οὐδενὸς μνημονεύει, ὡς ἐκ τούτου ὑπόνοιαν παρέχειν μὴ εἶναι αὐτὸν χριστιανὸν, ἀλλὰ τῆς ἑλληνικῆς ματαιοπονίας ἀνάπλεων. Sed in illis Suidae verbis lacuna est, quam viris Clarissimis, Hadriano Iunio, ac Henrico Stephano, non animadversam, certe miror: attendamus enim. Ἔγραψεν ὀνοματολόγον, ἢ πίνακα, τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν. οὗ ἐπιτομή ἐστι τοῦτο τὸ βιβλίον. An igitur hic libellus epitome est Nomenclatoris, sive Indicis, ipse totus, quantus qualisque est, tantum Nomenclator & Index quidam? Nugae merae. Hesychius hoc scriptum composuit ad imitationem Diogenis Laertii, cuius epitome quaedam est. Et hoc voluit adnotare Suidas, scripsitque. Ἔγραψεν ὀνοματολόγον, ἢ πίνακα, τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν, διογένην τὸν λαέρτιον μιμησάμενος, οὗ ἐπιτομὴ, &c. Nam profecto tale quid deest. Quod porro Suidas Ethnicum eum facit, illa sola ratione, quia Ecclesiastici Scriptoris nullius hic mentio occurrit, merito erroris a Stephano damnatur. *De Viris doctrina claris* libellum in lucem primus

(a) Si Ἰλλουστρίου cognomentum huius Hesychii fuit (ut putavit Iunius quum post ILLVSTRII addat *cognomento*) dixerim secundum debere locum obtinere: at Μιλησίου, tertium. Saepe tamen, vocabulo quod pro cognomento est, praefigunt τοῦ ἐπίκλην, vel τοῦ ἐπονομαζομένου (ut in vita huius ipsius, τοῦ ἐπονομαζομένου Δικόρου) sive τοῦ ἐπωνυμίαν ἔχοντος. *Henr. Steph.*

(b) Subspicor ab ipso Hesychio adiectum non fuisse vocabulum σοφῶν. sed aliunde irrepsisse: tum quod Suidas non addat, sed his verbis contemtus sit, τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων: (quum prius dixisset τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν, eodem omnino sensu) tum vero quod supervacaneum illud esse videatur. Quod vero ad interpretationem attinet tituli huius, περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων σοφῶν, ita Iunius eum reddit, in ipsa quidem libri fronte: *De iis qui doctrinae fama claruere*: & recte quidem (licet in ipsa vitae eius interpretatione splendoris adpellatione uti maluerim ad retinendam Graecam metaphoram: & dicere, qui e doctrina splendorem nominis consequuti sunt, vel ex eruditione) verum in titulo quod unaquaeque pagina sibi superpositum habet, illud totum & tam late patens ad philosophos restringitur, quod non placet. Ac certe huic interpretationi vel istud repugnat quod non tantum philosophorum, sed aliorum etiam multorum mentio ab illo fiat. *H. Steph.*

(c) Non animadvertit hic Hesychius, Diogenem Laertium in Antisthene ita hanc adpellationis istius rationem reddere, ut eam nonnullis tantum adscribat. E vero credibile est, aliunde potius sectam hanc ita fuisse adpellatam: quum & qui eam profitebantur, canes vocarentur: ipse autem Antisthenes, non simpliciter κύων, sed ἁπλοκύων. Ac certe quod credibile esse dico, omnino credidisse & persuasum habuisse Diogenem nostrum, ex eo adparet, quod in prooemio (pagina huius editionis undecima) rationem reddens diversarum, quae diversis tributae sectis fuerunt adpellationum, exemplum eorum qui a scommatibus (quod Ambrosius minus recte, ab ignominia) eam habuerunt, ex Cynicis petit. Quibus addo, esse verisimile, Graecos, si ab illo gymnasio, cui nomen erat Cynosarges, denominare, minimeque ipsa eos adpellatione infamare voluissent, vocaturos potius fuisse Cynosargicos. *H. Steph.*

(d) Ne hoc quidem convenit cum eo quod a Diogene nostro in eodem loco scribitur: & quidem iis verbis quae proxime praecedunt ea quae modo de Cynicis attuli. His enim verbis καὶ ἀπὸ σκωμμάτων, ὡς οἱ Κυνικοί, praefixa sunt ista, ἀπὸ συμπτωμάτων δὲ, ὡς οἱ Περιπατητικοί. Vbi Ambrosius, non male, *Ab eventu nonnulli, ut Peripatetici*. (neque enim necesse fuit dicere *ab eventibus*) Potuit autem alioqui Diogenes, magis usitato sermone utens, dicere, ἀπὸ τοῦ συμβάντος. Dicti sunt igitur Peripatetici non a loco deambulationi accommodato & destinato, qualis erat Xystus, sed ex eo ipso quod evenisset ut illis deambulatio placeret περιπατητικοὶ videlicet, quasi deambulatores, ἀπὸ τοῦ περιπατῆσαι. *H. Steph.*

(e) In Graecis Hesychii verbis nullam Xysti mentionem habemus: sed tantum horti. Ipse autem Diogenes circa principium vitae Aristotelis, cum in Lyceo περίπατον elegisse dicit: quosdam tamen existimasse non hinc fuisse vocatum περιπατητικὸν, sed ex eo quod adstans Alexandro, περιπατοῦντι (id est deambulanti) quum ex morbo convalesceret, quaedam disserere solitus esset. *H. Steph.*

Digitized by Google

nominant, dicentem sibi conspexit, Se esse quo gravida foret, nimirum Protea AEgyptium: unde mansit postea suspitio Proteos fuisse filium. Ari-

τὸς εἴη ὃν κύει· εἶναι δὲ αὐτὸν Πρωτέα τὸν Αἰγύπτιον, ὅθεν ὑπολῆφθαι (a) αὐτὸν Πρωτέως εἶναι υἱόν. Ἀρι-

---

mus protulit is, quem laudavi, Hadrianus Iunius, alterum ab Erasmo Bataviae nostrae immortale ornamentum, exemplar manuscriptum nactus e divite bibliotheca, viri ad litteras promovendas propensissimi, Ioannis Sambuci; cui maximas gratias pro hoc beneficio debebit litterata posteritas. Illud autem, *De rebus patriis Constantinopoleos*, quod hactenus ἀνέκδοτον, a me nunc primum editur, in Suidae manus non pervenisse, ex ipsius silentio videtur. Ego, ut multa alia, debeo hoc instructissimae bibliothecae Electoris Palatini, in qua praeclarissima antiquitatis monumenta adservantur quam plurima. *Historiarum libros* utinam bona aliqua Fortuna itidem exhibeat. Citantur in Glossis Basilicorum, quas vulgavit paucos ante annos amicus noster, Carolus Labbaeus, vir harum litterarum peritissimus. Ὧν δὲ ὁ παλμάτιος πάνυ πλούσιος, διὰ τυραννίδα ἐζημιώθη· περὶ οὗ φησιν ὁ ἰλλούστριος ἡσύχιος, ὁ φιλοσοφήσας τῆς μιλησίας, ἐν τῷ πέμπτῳ χρονικῷ διαστήματι τῆς ἱστορίας ταῦτα. Deinde profertur hoc fragmentum. Κατὰ τοὺς χρόνους οὐαλεριανοῦ ἐν καισαρείᾳ τῆς καππαδοκίας παλμάτιός τις, οἰκίαν ὑπὲρ τὰ βασίλεια κεκτημένος, ἵππων δὲ ἀγέλαις, καὶ τῷ ἄλλῳ πλούτῳ κομῶν, εἰς πολὺ μέρος τῶν μοναρχούντων ἐφικνούμενος, ἀσελγὴς δὲ, εἴ τις ἕτερος, ὡς καὶ ὑπατικοῦ τινος ἰσχαίμου τοὔνομα γαμετὴν αἰθερίαν καλουμένην ἁρπάσαι, καὶ εἰς σίδηρον ἐκκομίσαι. διότι προσατεύων ἐτύγχανε τῆς ἐναντίας τοῦ δήμου μοίρας. Ait vero Suidas, sub Anastasio Dicoro vixisse, & ad eius usque imperium Historiam produxisse; nec scio an recte. Nam ut Historiae quidem illic finem fuisse verum sit, tamen vixit etiam scripsitque sub Iustiniano. Clare Constantinus Porphyrogenneta lib. I. Thema II. Οὔτε γὰρ Προκόπιος, οὔτε Μένανδρος, οὔτε Ἡσύχιος ὁ ἰλλούστριος, ἐμνημόνευσε τοῦ τοιούτου ὀνόματος, οἱ τὰ χρονικὰ συντάξαντες ἐπὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας. Igitur, quod dixi, res est. Vixit, scripsitque sub Iustiniano; historiam autem perduxit usque ad obitum Anastasii, res tractans annorum cIↃ. c. xc. Adfirmat id Photius in Bibliotheca. Ἀνεγνώσθη βιβλίον ἱστορικὸν ὡς ἐν συνόψει κοσμικῆς ἱστορίας. ὁ δὲ συγγραφεὺς Ἡσύχιος ὁ ἰλλούστριος, μιλήσιος μὲν ἐκ πατρίδος, παῖς δὲ Ἡσυχίου καὶ Σοφίας. καθ' ὃ καὶ ἡ ἐπιγραφὴ τοῦ βιβλίου μετὰ ἱστορίας ῥωμαϊκῆς τε καὶ παντοδαπῆς τυγχάνει. ἄρχεται μὲν ἐν ἀπὸ τῆς τοῦ βήλου τῶν Ἀσσυρίων βασιλέως βασιλείας, κάτεισι δὲ μέχρι τῆς τελευτῆς Ἀναστασίου, ὃς ῥωμαίων γέγονεν αὐτοκράτωρ. Distributa erat haec Historia in partes sex: quarum I. complectebatur res ante bellum Troianum gestas. II. Troiae expugnationem, & tempora ad Romam usque conditam. III. quae ab urbe condita sub regibus accidissent. IV. ad Iulium Caesarem reip. statum deducebat. V. imperium Romanum prosequebatur a Iulio usque ad Constantinum Magnum. VI. a Constantino ad Anastasii mortem quae evenerint narrabat. Has partes διαστήματα ipse vocavit. Ecce apud Suidam. Ἔγραψε καὶ χρονικήν τινα ἱστορίαν, ἥν τινα διεῖλεν εἰς ἓξ διαστήματα. οὕτω γὰρ καλεῖ ἕκαστον βιβλίον. Et Glossae Basilic. Περὶ οὗ φησιν ὁ ἰλλούστριος Ἡσύχιος, ὁ φιλοσοφήσας τῆς Μιλησίας, ἐν τῷ πέμπτῳ χρονικῷ διαστήματι τῆς ἱστορίας. Photius loco citato τμήματα adpellat. Praeterea Iustini quoque, qui Anastasio successit, historiam alio opere prosequutus est, & priores aliquot annos Iustiniani; ut discimus ex Photio. Meminit porro Hesychii huius etiam Ioannes Tzetzes Chil. III.

Ἡσύχιος ἰλλούστριος, Πλούταρχός τε, καὶ Δίων.

Et fortasse de eodem sunt illa verba Etymologicographi in ἀτμίς. Οὕτω σημειοῦται ὁ τοῦ ἰλλουστρίου. Praeterea quod ἰλλούστριος vocatur, id dignitatis nomen est, & formatum ex Latino *Illustris*. Sic apud Suidam alii quoque ita indigetantur. Alibi, Προκόπιος, ἰλλούστριος, Καισαρεύς. Alibi iterum, Χριστόδωρος, Θηβαῖος, ἰλλούστριος. Et Anthologiae lib. VI. legitur Epigramma, Εὐτολμίου ἰλλουστρίου. Sic Marcelli Empirica inscribuntur, *Marcelli, viri illustris, de medicamentis empiricis liber*. Sic Macrobius in librorum suorum inscriptione vocatur, *Vir clarissimus, & inlustris*. Ergo fallentur vehementer, qui Illustrim cognomento adpellatum hunc Hesychium existimant.

2 Περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων) Simile opus, praeter alios, olim Callimachus scripsit, tributum in libros cxx. Suidas in eius vita. Τῶν δὲ αὐτοῦ βιβλίων ἐστὶ καὶ ταῦτα. πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων, καὶ ὧν συνέγραψαν, ἐν βιβλίοις κʹ. καὶ ρʹ. Utinam superesset tam praeclarus thesaurus! de hoc ipso loquitur Etymologici Auctor. Καλλίμαχος ὁ γραμματικὸς ἐποίει πίνακας, ἐν οἷς ἦσαν αἱ ἀναγραφαὶ παρὰ τῶν ἀρχαίων. Laudat nominatim quoque Athenaeus libb. VI. & XIV. Harpocration in ἐνεπίσκημμα, etsi non nominet operis titulum, sine dubio tamen aliud nullum in animo habuit, quum scriberet. Ἔστι δὲ καὶ λόγος τις ἐπιγραφόμενος, Δημοσθένης περὶ τοῦ ἐνεπισκήμματος, ὃν Καλλίμαχος μὲν ἀναγράφει ὡς γνήσιον, Διονύσιος δὲ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ὡς ψευδεπίγραφον.

3 Κυνικὴ ἐκλήθη φιλοσοφία) De Cynicorum adpellatione res nota. Ammonius Comment. in Categ. Οἱ δὲ κυνικοὶ οὕτως ἐκαλοῦντο, διὰ τὸ παρρησιαστικὸν, καὶ εὐέλεγκτον. καὶ γὰρ τὸν κύνα φασὶν ἔχειν τι φιλόσοφον, καὶ διακριτικόν. ὑλακτεῖ μὲν γὰρ τοῖς ἀλλοτρίοις, προσσαίνει δὲ τοῖς οἰκείοις. οὕτω καὶ οὗτοι προσίεντο μὲν καὶ ἠσπάζοντο τὰς ἀρετὰς, καὶ τοὺς κατ' ἀρετὴν ζῶντας. ἐπήρχοντο

(a) In marg. substitui ὑπειλῆφθαι, sive ὑπολελῆφθαι: sed illud malo. Mirum autem si Iunius ὑπολῆφθαι ferri posse credidit. Estque ὑπειλῆφθαι, *existimatum esse*: ac pendet hoc infiniti modi verbum, sicut & praecedens, a verbo φασί, quod subauditur. *H. Steph.*

Digitized by Google

το δὲ κ) ὑλάκτειν τοῖς πάθεσι. κ) τοῖς κατὰ τὰ πάθη ζῶσι, κἂν βασιλεῖς εἶεν. Videatur quoque Diogenes in Prooemio.

4 Ἐν κυνοσάργῃ τῷ γυμνασίῳ) Erat Cynosarges gymnasium non longe a porta urbis. Diogenes lib. VI. in Antisthene. Διελέγετο δ' ἐν τῷ κυνοσάργῃ γυμνασίῳ μικρὸν ἄπωθεν τῶν πυλῶν. ὅθεν τινὲς κ) τὴν κυνικὴν ἐντεῦθεν ὀνομασθῆναι. Celebre gymnasium, idque qua ex re dictum tradit Hesychius. Κυνόσαργες, τόπος ἱερός. ὠνομάσθη ἢ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. Διόμυ φασὶ θύοντος τῷ ἡρακλεῖ, κύων ἁρπάσας τὰ μηρία ἔφευγε διωκόμενος. ἐκλήθη ἢ ὁ τόπος ὕτως, ἢ ἀπὸ τῆς λευκότητος τῦ κυνὸς, ἢ ἀπὸ τῦ τάχυς. Et corrigendus est Suidas in κυνόσαργες, ubi perperam in hac historia editur, Δίδυμος ὁ Ἀθηναῖος. Scribe, Διόμος ὁ ἀ. Nam Diomus viri nomen fuit, non Didymus. Inde διόμειον, &, διομεῖς. Porro hic in sacello Herculis in columna decretum erat ab Alcibiade. De eo videatur Athenaeus lib. VI. Et proverbium erat, εἰς κυνόσαργες, de hoc Apostolius. Sed de Cynosarge gymnasio videantur item Harpocration, Stephanus, & Vlpianus in Orat. κατὰ Τιμοκράτυς.

5 Κατάρξασθαι αὐτῆς τὸν ἀντισθένην) Res notissima. Hinc de eo Ausonius.

Inventor primus Cynices ego, quae ratio isthaec?
Alcides multo dicitur esse prior.
Alcida quondam fueram doctore secundus;
Nunc ego sum Cynices primus, & ille deus.

6 Διὰ τὸ περιπάτῳ, ἤτοι κήπῳ, κατάρξαι αὐτῆς Ἀριστοτέλην) Cicero Acad. I. *Qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo.* Erat enim in Lyceo ille περίπατος. Diogenes lib. V. in Aristotele. Ἐλθόντα δὲ αὐτὸν, κ) θεασάμενον ὑπ' ἄλλῳ τὴν σχολὴν, ἑλέσθαι περίπατον τὸν ἐν λυκείῳ. καὶ μέχρι μὲν ἀλείμματος ἀνακάμπτοντα, τοῖς μαθηταῖς συμφιλοσοφεῖν, ὅθεν περιπατητικὸν προσαγορευθῆναι. De hoc gymnasio corruptissimus est locus Harpocrationis, qui nobis emendandus. Ἓν τῶν παρ' Ἀθηναίοις γυμνασίων ἐςὶ τὸ λύκειον. ὁ δὲ Θεόπομπος μὲν ἐν τῇ κατὰ πίσιςράτυ ποιῆσαι. Φιλόχορος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ περὶ κλέυς, φησὶν ἐπιςατῦντος αὐτὸ γενέσθαι. Restituo, ὃ δὲ Θεόπομπος μὲν ἐν τῇ κά. τὸν Πισίςρατον ποιῆσαι, Φιλόχορος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ, Περικλέυς φησὶν ἐπιςατῦντος ἀ. γ. Huius, inquit, Theopompus lib. XXI. Pisistratum, Philochorus lib. IV. Periclem auctorem facit. Innuit autem Theopompi lib. XXI. Historiae Philippicae, & Philochori IV. τ' ἀτθίδος. Vtriusque frequens illic, & alibi, mentio. Suidas emendationem nostram firmat. Ἓν τῶν παρ' Ἀθηναίοις γυμνασίων τὸ λύκειον. ὃ Θεόπομπος μὲν Πισίςρατον ποιῆσαί φησι. Φιλόχορος ἢ, ἐπιςατήσαντος Περικλέυς γενέσθαι. Illud postremum de Pericle etiam Hesychius testatur. Λύκειον, τόπος Περικλέυς ἐπιςατήσαντος τῦ ἔργυ. Plutarchus in vita Rhet. adscribit Lycurgo. Καὶ τὸ ἐν λυκείῳ γυμνάσιον ἐποίησε, κ) ἐφύτευσε. Idem narrat in ψηφίσμ.

7 Ἀπολλώνιον τ' Τυανέα) Apollonii Tyanei duo fuerunt. Prior ille sub Caesaribus vixit, obiit sub Nerva; alter iunior, sub Hadriano. Videndus Suidas. Prioris vitam libris VIII. descripsit Philostratus, qui hodie leguntur. Item Damis Assyrius. Suidas. Δάμις, ἀνὴρ ὐκ ἄσοφος, τὴν ἀρχαίαν οἰκῶν νῖνον. ὗτος τῷ Ἀπολλωνίῳ προσφιλοσοφήσας ἀποδημίας τε αὐτῦ ἀναγέγραφεν. Et meminit Eusebius contra Hieroclem. Εἴτε τις Δάμις Ἀσύριος, εἴτε Φιλόςρατος, εἴτε τις ξυγγραφεὺς, ἢ λογογράφος. Fecerunt etiam Maximus, & Moeragenes libris IV. Narrat ipse Philostratus lib. I. Ἐνέτυχον δὲ καὶ Μαξίμυ τῦ Αἰγέως βιβλίῳ ξυνειληφότι τὰ ἐν Αἰγαῖς Ἀπολλωνίυ πάντα. κ) διαθῆκαι δὲ τῷ Ἀπολλωνίῳ γεγράφονται, παρ' ὧν ὑπάρχει μαθεῖν, ὡς ὑποθειάζων τὴν φιλοσοφίαν ἐγένετο. ὐ γὰρ δὴ Μοιραγένει γε προσεκτέον, βιβλία μὲν ξυνθέντι εἰς Ἀπολλώνιον τέτταρα, πολλὰ ἢ τῶν περὶ τὸν ἄνδρα ἀγνοήσαντι. Ioannes Tzetzes Chil. II. Hist. LX.

Γράφυσι ταῦτα πάτρια κ) χρονικῶν τι πλῆθος,
Φιλόςρατος, κ) Μάξιμος ὁμῦ, κ) Μοιραγένης.

Igitur ex Damide, Maximo, & Moeragene Historiam Apollonii contexuit Philostratus; moxque ex eo Nicomachus, atque ex Nicomacho rursum Tascius Victorianus. Indicat id nobis Sidonius lib. VIII. Epist. III. *Apollonii Pythagorici vitam, non ut Nicomachus senior e Philostrati, sed ut Tascius Victorianus e Nicomachi schedio exscripsit, quia iusseras, misi.* Et horum, puto, libros intelligit Vopiscus in vita Aureliani, istis verbis. *Haec ego & a gravibus viris comperi, & in Vlpiae bibliothecae libris relegi, & pro maiestate Apollonii magis credidi.* Et mox. *Ille multa ultra homines & fecit, & dixit: quae qui velit nosse, Graecos legat libros, qui de eius vita conscripti sunt.* Eunapius in prooemio semideum quemdam facit, & Philostratum inscribere opus suum debuisse dicit, non, Ἀπολλωνίυ βίον, sed, θεῦ εἰς ἀνθρώπυς ἐπιδημίαν. Ecce verba. Ἀπολλώνιός τε ὁ ἐκ Τυάνων, ὐκ ἔτι φιλόσοφος, ἀλλ' ἦν τι θεῶν κ) ἀνθρώπυ μέσον. τὴν γὰρ Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν ζηλώσας, πολὺ τὸ θειότερον κ) ἐνεργὸν κατ' αὐτὴν ἐδείξατο. ἀλλὰ τὸ μὲν εἰς τῦτον ὁ Λήμνιος ἐπετέλησε Φιλόςρατος, βίον ἐπιγράψας Ἀπολλωνίυ τὰ βιβλία, δέον ἐπιδημίαν ἐς ἀνθρώπυς θεῦ καλεῖν. Caracalla Imperator tanti eum fecit, ut Heroico monumento ornandum sibi existimarit. Xiphilinus in eius vita: Τοῖς δὲ μάγοις καὶ γόησιν ὕτως ἔχαιρεν, ὡς κ) Ἀπολλώνιον τ' Καππαδόκα, τὸν ἐπὶ Δομητιανῦ ἀνθήσαντα, ἐπαινεῖν κ) τιμᾶν (ὅς τις κ) γόης κ) μάγος ἀκριβὴς ἐγένετο) κ) ἡρῷον αὐτῷ κατασκευάσαι. Hierocles blasphemus comparare cum Christo ausus fuit, quem libro proprio confutavit Eusebius. Ammiano *amplissimus philosophus* vocatur lib. XXIII. Videndi quoque de eo AEneas Gazaeus Theophrasto, Vopiscus Aureliano, Lactantius lib. V. cap. III. & Sidonius lib. VIII. epist. III.

8 Κύυσα ἡ μήτηρ δαίμονα ἐθεάσατο) Philostratus lib. I. Κυύσῃ δ' αὐτὸν τῇ μητρὶ φάσμα ἦλθεν Αἰγυπτίυ δαίμονος, ὁ Πρωτεὺς, ὁ παρὰ τῷ Ὁμήρῳ ἐξαλλάττων. ἡ δὲ, ὐδὲν δείσασα, ἤρετο αὐτόν τι ἀποκυήσοι. ὁ ἢ, ἐμὲ εἶπε. σὺ δέ τις, ἐπέσης, Πρωτεὺς, ἔφη, ὁ Αἰγύπτιος θεός. Videndi quoque Suidas, & Eusebius contra Hieroclem.

Digitized by Google

Aristeas Proconnesius, istius animam corporis domicilio excessisse, rursusque, ubi vellet, subiisse fabulantur.

AEschines fartoris filius a Menedemo Eretriensi insimulatus fuit, quod dialogos plerosque Socrate auctore scriptos, ut suppositios emiserit a Xanthippe acceptos (a): inter quos soluti admodum sunt & remissi, qui mutili imperfectique nuncupantur; neque Socraticam acrimoniam & soliditatem produnt. Hic in Siciliam ad Dionysium venisse dicitur ad levandam egestatem, & a Platone fastiditum, ab Aristippo fuisse confirmatum, proque oblatis libellis aliquot: donatum muneribus: postea reducem Athenis non ausum profiteri publice Platonis tum celebri fama: stipem tamen factitandis privatis lectionibus coegisse. Dialogos illius Aristippus quoque subspectos habuit: nam quum Megaris eos lectione praeiret ille, fertur adiecto convitio dixisse, Vnde tibi ista plagiarie?

Aristippus Cyrenaeus voluptates sectabatur quidem, labore tamen quaerenda e rebus absentibus oblectamenta non venabatur: qua de caussa Regium canem adpellabat eum Diogenes. Interrogatus quo excellerent philosophi, respondit, quod aequali ratione victuri sumus, si leges universae abolerentur. Aiebat a notis fami-

Ἀριστέου τοῦ Προκοννησίου φασὶ τὴν ψυχὴν ἐξιέναι ὅτε ἐβούλετο 1, καὶ ἐπανιέναι πάλιν.

Αἰσχίνης ὁ τοῦ ἀλλαντοποιοῦ 2 διεβάλλετο ὑπὸ Μενεδήμου τοῦ Ἐρετριέως, ὡς τοὺς πλείστους διαλόγους 3 ὄντας Σωκράτους ὑποβάλλοιτο, λαμβάνων παρὰ Ξανθίππης, ὧν οἱ καλούμενοι, ἀκέφαλοι, σφόδρα εἰσὶν ἐκλελυμένοι, καὶ οὐκ ἐπιφαίνοντες τὴν Σωκρατικὴν εὐτονίαν. τοῦτον φασὶ δι' ἀπορίαν ἐλθεῖν εἰς Σικελίαν πρὸς Διονύσιον, καὶ ὑπὸ μὲν Πλάτωνος παροφθῆναι, ὑπὸ δὲ Ἀριστίππου συστατῆναι, δόντα τέ τινας τῶν λόγων, δῶρα λαβεῖν. ἔπειτ' ἀφικόμενον ἀθήναζε, μὴ τολμᾶν σοφιστεύειν, ἐνευδοκιμούντων τότε τῶν περὶ Πλάτωνα, ἐμμίσθους δὲ τὰς ἀκροάσεις ποιεῖσθαι. τούτους τοὺς διαλόγους, καὶ Ἀρίστιππος ὑπώπτευεν. ἐν γοῦν Μεγάροις ἀναγινώσκοντος αὐτοῦ, φασι σκῶψαι, ἀπόντα, πόθεν σοι λῃστὰ ταῦτα;

Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος τὰς ἡδονὰς μὲν μετεδίωκε 4, πόνῳ δὲ οὐδεμίαν ἀπόλαυσιν ἐθέρα τῶν οὐ παρόντων. ὅθεν ὁ Διογένης βασιλικὸν κύνα αὐτὸν ἐκάλει. οὗτος ἐρωτηθεὶς τι πλέον ἔχουσιν οἱ φιλόσοφοι, ἔφη, ἂν πάντες οἱ νόμοι ἀναιρεθῶσιν, ὁμοίως βιώσομεν (b). ἀργύριον εἶπε παρὰ τῶν γνωρίμων λαμβάνειν, οὐχ ἵνα

---

1 Φασὶ τὴν ψυχὴν ἐξιέναι ὅτε ἐβούλετο) AEneas Gazaeus in Theophrasto. Ἀριστέαν φασὶ τὸν Προκοννήσιον εἰσελθόντα παρὰ τὸν κναφέα ἐν Προκοννήσῳ, ἐκεῖ τε τεθνάναι. τε ἀφανισθέντα κυζικηνοῖς φανερῶς διαλέγεσθαι. καὶ διακοσίοις ὕστερον ἔτεσι καὶ τεσσαράκοντα ἐν ἰταλίᾳ μεταποντινοῖς ὀφθῆναι, καὶ κελεύειν ἑαυτὸν θυσίαις τιμᾶν. Apollonius in Hist. Mirab. Ἀριστέαν δὲ ἱστορεῖται τὸν Προκοννήσιον ἔν τινι γναφείῳ τῆς Προκοννήσου τελευτήσαντα ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ πολλῶν θεωρηθῆναι γράμματα διδάσκοντα. Videndi Origenes contra Celsum lib. III. Tzetzes Chil. II. Hist. L. Plinius lib. VII. capit. LII. Herod. lib. IV. ac Max. Tyrius Dissert. XXII. & XXVIII. Suidas eum scripsisse testatur Theogoniam, & Historiam Arimasporum libris III. Ac laudat eius Ἀριμάσπεια ἔπη Strab. lib. I. Τοιούτους γάρ τινας τοὺς Ἀριμάσπους φασὶν, οὓς ἐν τοῖς Ἀριμασπείοις ἔπεσιν ἐκδέδωκεν ἀριστέας ὁ Προκοννήσιος. Tatianus quoque Orat. Πρὸς ἕλληνας. ἀριστέα τοῦ Προκοννησίου, τοῦ τὰ Ἀριμάσπεια συγγράψαντος. Ioannes Tzetzes loco citato.

Ἔπειτά τ' Ἀριμάσπεια λεγόμενα συγγράφει.

Adlegat item Pausanias cum in Atticis, tum in Eliacis. Et sine titulo operis nominat quoque Agellius lib. IX. cap. IV. *Erant autem isti omnes libri Graeci, miraculorum fabularumque pleni; res inauditae, incredulae; scriptores veteres non parvae auctoritatis, Aristeas Proconnesius, & Isigonus Nicaeensis.*

2 Τοῦ ἀλλαντοποιοῦ) Charini, vel, ut alii volunt, Lysaniae. Videatur Diogenes lib. II. qui AEschinis nomine octo enumerat; quibus ego nonum addo, Sardianum, iamborum scriptorem. Harpocration in κέρκωψ eum laudat. Αἰσχίνης δὲ ὁ σαρδιανὸς ἐν τοῖς ἰάμβοις καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἀναγράφει.

3 Τοὺς πλείστους διαλόγους) De Dialogis AEschinis Diogenes lib. II. & Athenaeus lib. V.

4 Τὰς ἡδονὰς μὲν μετεδίωκε) Hinc secta ἡδονικὴ dicta; & Philosophi, ἡδονικοί. Galenus in Hist. Philosoph. Ἡδονικὴ δὲ, ἀπὸ τοῦ τέλους τοῦ κατ' αὐτὸν φιλοσοφίας. τὸν γὰρ Ἀρίστιππον μᾶλλον τὴν ἡδονὴν προσκεκλῆσθαι τινὲς ὑπενόησαν. Tamen Simplicius, Ammonius, aliique, τοὺς ἡδονικοὺς ab Epicuri schola esse dicunt. Reliquit Philosophus πολιτικώτατος scripta complura. Eorum catalogus est apud Diogenem lib. II.

(a) Ambrosius interpres male hunc locum vertit: sed & hic aliter eum reddere debuit. Nam dialogos ὑποβάλλεσθαι, non est, ὡς ὑποβολιμαίους ἐκδιδόναι, id est, *ut suppositos edere*: sed *pro suis edere quum sint supposititii*. Paulo post, *ab Aristippo fuisse commendatum* dicere potius debuit, cum Ambrosio, unde συστατικαὶ epistolae, *commendatitiae* vel *commendatoriae* & apud Diog. in Arist. vita, pag. 312. τὸ κάλλος παντὸς ἔλεγεν ἐπιστολῆς συστατικώτερον quam *ab Aristippo fuisse confirmatum*. *H. Steph.*

(b) Non ad aequalitatem aut aequabilitatem respiciens, Aristippus hoc dixit, sed intellexit, Sublatis legibus, sibi similis erit vita nostra. Id est, similis ei, quae nunc est, dum manent leges. Perinde ac si diceret, philosophos metu legum in officio non contineri: sicut ceteros homines. Quos contra eo esse ingenio praeditos ostendens Horatius, scribit,

—— tolle periclum,
Iam vaga prosiliet frenis natura remotis.

Nam periclum id intelligendum hic est quod imminet ex poenis, quae a legibus sunt constitutae. Ideoque recte idem poeta alibi, & convenienter cum hoc loco, postquam dixit,

Oderunt peccare boni virtutis amore,

subiungit,

Tu nihil admittes in te formidine poenae:
Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis.

Nam hic *fallendi* est τοῦ λανθάνειν. Sic autem & Bias, μὴ διὰ φόβον, ἀλλὰ διὰ τὸ δεῖν ἀπέχεσθαι χρεὼν τῶν ἁμαρτημάτων. Denique & in Aristotelis vita legimus, pag. 313. illum interrogatum quod emolumentum ex philosophia percepisset, respondisse, se consequutum ut iniussus faceret, quae nonnulli propter legum metum faciant. At vero si illud ὁμοίως ad aequabilitatem iuris referatur, iaceblt hoc responsum: ac perinde etiam hoc dicetur, quasi eam philosophi, stantibus legibus, non servarent. Adde quod ἴσως dicendum potius fuisset quam ὁμοίως: ut ἰσότητα Graeci illam iuris aequabilitatem aliquando adpellant. *H. Steph.*

Digitized by Google

ἵνα αὐτὸς χρῷτο, ἀλλ' ἵν' ἐκεῖνοι εἰδεῖεν εἰς τίνα δεῖ χρῆσθαι τοῖς ἀργυρίοις. πρὸς τὸν αἰτιώμενον ὅτι Σωκράτους ὢν μαθητὴς ἀργύριον λαμβάνει, καὶ μάλα, εἶπε, καὶ γὰρ Σωκράτη πεμπόντων τινῶν αὐτῷ καὶ σῖτον καὶ οἶνον (a), ὀλίγα λαμβάνοντα, τὰ λοιπὰ ἀποπέμπειν. Εὐτυχίδῃ δὲ τῷ ἀργυρωνήτῳ (b) ἐχρῆτο, καὶ Λαΐδι τῇ ἑταίρᾳ. πρὸς οὖν τοὺς μεμφομένους, ἔφη. ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι. ἐπεὶ τὸ κρατεῖν καὶ μὴ ἡττᾶσθαι ἡδονῶν, ἄριστον, οὐ τὸ μὴ χρῆσθαι. ἐρωτηθεὶς τίνα ἐστὶν ἃ δεῖ τοὺς καλοὺς παῖδας μανθάνειν, ἔφη, οἷς ἄνδρες γενόμενοι χρήσονται. τέλος δ' ἀπέφαινε τὴν λείαν κίνησιν εἰς αἴσθησιν ἀναδιδομένην.

Alexinus Eleus ob nimium altercandi arguendique studium, voce adlusoria Ἐλεγξῖνος, Elenxinus, quasi Argutator aut Altercator (f) dictus fuit. Aiunt hunc ex Elide Olympiam immigrasse, ibique philosophiam coepisse profiteri: sciscitantibusque discipulis, cur ibi sedem cepisset, respondisse, in animo esse sibi sectam condere, quae Olympiaca vocaretur: at illos viatici inopia adflictos, & locum insalubritate infamem exosos, discessisse, ab eoque tempore Alexinum solum cum famulo ibi substitisse: fertur postea dum in Alpheo amne natat, e vulnere arundine puncto mortem oppetiisse (i). Exstat in illum huiusmodi epigramma.

miliaribusque se capere, non quo illis uteretur, sed ut illi discerent, in quos usus argentum habere conveniat. Criminanti cuidam quod ipse unus e Socratis discipulis pecuniam acciperet: quid ni, inquit, caperem; siquidem Socrates, plerisque frumentum ac vinum illi submittentibus, pauca sibi reservabat quidem, sed reliquum omne ad suos quaestores (c) amandabat. Eutychide mancipio, & scorto Laide utebatur, quapropter ad obiicientem illi Laidis amores, Habeo, inquit, Laidem, non habeor: nam vincere voluptates, neque iis manum dare, ea vero praecipua laus est, aut inglorium est usu voluptatum prorsus abstinere. Interrogatus quae liberalibus pueris sint discenda, respondit, quae olim viris usui futura sunt. Finem definiebat esse placidum & aequabilem motum, qui in sensum diffunditur.

Ἀλεξῖνος ὁ Ἠλεῖος, διὰ τὸ φιλονεικότατος (d) εἶναι, ἐλεγξῖνος (e) ἐπεκλήθη, τοῦτόν φασιν ὡς ἐκ τῆς Ἤλιδος ἀπελθὼν 1, ἐν Ὀλυμπίᾳ φιλοσοφοίη (g). τῶν δὲ μαθητῶν αὐτοῦ 2 πυνθανομένων διά τι τῇδε κατοικεῖ, φάναι βούλεσθαι αἵρεσιν συστήσασθαι ἣν ὀλυμπιακὴν κληθήσεσθαι. τοὺς δὲ καὶ ἐφοδίοις (h) θλιβομένους, καὶ τὸ χωρίον νοσερὸν καταγνόντας, ἀπελθεῖν. καὶ τοῦ λοιποῦ διατρίβειν ἀλεξῖνον σὺν οἰκέτῃ μόνῳ. ἔπειτα μέν τοι νηχόμενον ἐν τῷ ἀλφειῷ, νυχθῆναι καλάμῳ, καὶ τελευτῆσαι. καὶ ἔστιν εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα 3.

——— οὐκ ἄρα μῦθος ἦν ἐκεῖνος εἰκαῖος,
Ὡς ἀτυχής τις ἐὼν τὸν ποδὰ κολυμβῶν περιεπέρετο (k)
Ἧλῳ· καὶ γὰρ ὁ σεμνὸς ἀνήρ, πρὶν τὸν ἀλφεὸν
Ποτ' ἐκπερῶν Ἀλεξῖνος θνήσκει νυχθεὶς καλάμῳ.

——— *Non illa erat fabella vero dissona,*
Clavo quod urinator impactum pedem
Oblaederet, nam canna acuta saucius
Mortem oppetit Alexinus Alpheum innatans.

Ἀριστοτέλη τὸν σταγειρίτην 4 φασὶ παιᾶνα

Aristoteles Stagirites memoratur Paeana scripsis-

1 Τοῦτόν φασιν ὡς ἐκ τῆς Ἤλιδος ἀπελθὼν) Hermippus auctor est, & ex eo Diogenes lib. II.

2 Τῶν δὲ μαθητῶν αὐτοῦ) In Iunii editione, quae de manuscripto expressa est, legitur, μαθητῶν τοῦ. Stephanus restituit, μ. αὐτοῦ. Sic iterum postea de Xantho. Ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν λυδιακῶν τοῦ ἱστοριῶν. Stephanus censet articulum τοῦ redundare. Ego arbitror utrobique peccatum esse a librario semibarbaro. Nam τοῦ pro αὐτοῦ hodie Graeci dicunt. Sed Hesychii aetate ignotus adhuc iste βαρβαρισμός, & scripserit ille, αὐτοῦ.

3 Καί ἐστιν εἰς αὐτὸν ἐπίγραμμα) Auctor huius epigrammatis est Diogenes.

4 Ἀριστοτέλη τὸν σταγειρίτην) Aristotelis nomine octo fuerunt, quos singillatim recenset Diogenes lib. V. His ego nonum addo, Chalci-

(a) Αὐτῷ καὶ σῖτον, καὶ οἶνον, hoc postremum in Laertio addendum est, inserendumque suo loco, quando integram lectionem adgnoverit & interpres. *Hadr. Iun.*

(b) Ἀργυρορήτῳ, scribendum ἀργυρωνήτῳ. *H. Iun.*

(c) Haec, *ad suos quaestores*, ex Laertio addit: non quidem ex eo ipso Laertii loco, sed ex iis quae proxime apud eum sequuntur. Nam illis verbis; τὰ λοιπὰ ἀποπέμπειν, subiungitur, εἶχε γὰρ ταμίας τοὺς πρώτους Ἀθηναίων. Dicendum autem erat, servando eamdem orationis formam, ἔχειν γὰρ ταμίας. Nisi forte subspicandum est, ipsum Diogenem scripsisse in iis quae proxime praecedunt, Σωκράτης, & λαμβάνων, & ἀπέπεμπεν. Sed quum & Eutychidis servi mentio responso Aristippi includatur apud Laertium, Hesychius sive dedita opera, sive per imprudentiam, eam inde exclusit, & cum mentione Laidis coniunxit. *H. Steph.*

(d) Φιλονεικότατος εἶναι ἐλεγξῖνος duplici mendo liberandus est Laertii codex, in φιλονικότατος, & ἐλεγξῖνος: non enim victoriae studiosum fuisse indicare voluit, sed ob contentionis studium (quae νεῖκος dicitur) cognomen accepisse ἐλεγξίνου, hoc est hominis carpendi & reprehendendi morbo laborantis: verae itaque & germanae lectionis fontes aperuit Milesius. *H. Iun.*

(e) In praecedente etiam editione mea Diogenis recte scriptum fuit, ut scribi vult Iunius, φιλονεικότατος, non φιλονικότατος. Quod vero ad nomen Ἐλεγξῖνος attinet, quod idem substinuit pro Ἀλεξῖνος, iam & ipse de illo monueram in meis in Diogenem adnotationibus. *H. Steph.*

(f) In illa editione Illustrii Antuerpiana scriptum est μαθητῶν τοῦ Quae lectio quamvis ferri nullo modo possit, de ea tamen Iunius non admonet. *H. Steph.*

(g) Iunius, *viatici inopia adflictos*; sed quid opus viatico illis, qui iam iter confecerunt, & ad quem tendebant locum pervenerunt? Ambrosius igitur, hoc considerans fortasse, nullam viatici mentionem fecit: sed vicissim nimium libere vertit, *quum rerum omnium penuria adfligerentur*. Videndum igitur an non dicendum sit, significationem huius nominis ἐφόδια latius esse extendendam, ita ut *commeatum* interpretemur. *H. Steph.*

(h) Haec verba, quasi *argutator*, aut *altercator* sunt Iunii: ideo alio litterarum genere excusa. Sed magis mihi placet *altercator*, quam *argutator*. Nec vero minus placeret *reprehensor*. Ac mihi adsentitur ipse in iis, quae hunc in locum scribit, in calce libri. Dicit enim nomen accepisse Ἐλεγξίνου, id est hominis carpendi & reprehendendi morbo laborantis. Huius Alexini discipuli Ἀλεξίνειοι vocati sunt: & cuiusdam eorum mentio fit in Menedemo priore, cuiusdam item in Arcesilao. Sed male apud Diogenem Ἀλεξῖνον nec omnino recte apud Illustrium, in eiusdem Arcesilai vita. Ἀλεξίνιον, scribendum enim Ἀλεξίνειον, ut in margine admonui. *H. Steph.*

(i) Iunium vel scripsisse vel scribere debuisse arbitror, *punctum arundine, e vulnere mortem oppetiisse*. *H. Steph.*

(k) Περιέπειρε πως. Laertii codex legit περιεπείρετο. pro ἀλφεὸν vero scribe ἀλφειὸν, id fluvii Elidis nomen est, ubi Alexinus ludum aperuerat. *H. Iun.*

Digitized by Google

psisse ad Hermiam Eunuchum socerum suum, eaque de caussa iudicum sententiis condemnatus cicutae poculum hausisse, atque ita occubuisse mortem. Hic vult in philosophia duplicem esse artem seu doctrinam; activam, quae Practice dicitur, & alteram in inspectione positam: activae attribui moralem, quae Ethice, & civilem, quae Politice dicatur; ubi quidquid ad rem & publicam & familiarem attinet, tractatur. Theoretici generis esse id, quod Physicum sive Naturale, & quod Logicum sive Rationale dicitur: qua in parte Logicum non universim, sed tamen organum est omnibus numeris exactum & exquisitum. Huius postquam geminos scopos statuit, declarat eos esse & verisimile, & verum ipsum: deinde ad utrumque duabus utitur facultatibus, dialectica & rhetorica ad ea quae probabilia sunt, analytica & philosophia ad verum, nihil praetermittens quod vel ad inventionem, vel ad iudicium, vel ad usum attinet. Ad inventionem autem & optica & methodica, tradidit propositionum multitudinem, e quibus ad-

να 1 εἰς τὸν θλαδίαν ἑρμέαν 2 ποιήσαντα, ὃς ἦν αὐτȣ̃ πενθερὸς 3, κατακριθῆναι πιεῖν ἀκόνιτον, καὶ ἀποθανεῖν 4. οὗτος βȣ́λεται διττὸν εἶναι τὸν κατὰ φιλοσοφίαν λόγον. τὸν μὲν, πρακτικόν. τὸν δὲ, θεωρητικόν. καὶ τȣ̃ πρακτικȣ̃ τό, τε ἠθικὸν καὶ πολιτικὸν, οὗ τάτε περὶ πόλιν καὶ τὰ περὶ οἶκον γεγράφθαι (a) (b). τοῦ δὲ θεωρητικοῦ, τόν τε φυσικὸν καὶ λογικόν, ȣ̃ τὸ λογικὸν ȣ̓χ ὁλομερῶς, ἀλλ' ὡς ὄργανον προσηκριβωμένον. καὶ τȣ́τȣ διττȣ̀ς ὑποθέμενος σκοπȣ̀ς, τότε πιθανὸν καὶ τὸ ἀληθὲς διεσάφησε· δύο δὲ πρὸς ἑκάτερον δυνάμεσιν ἐχρήσατο, διαλεκτικῇ μὲν καὶ ῥητορικῇ πρὸς τὸ πιθανὸν, ἀναλυτικῇ δὲ καὶ φιλοσοφίᾳ, πρὸς τὸ ἀληθὲς, ȣ̓δὲν ὑπολειπόμενος ȣ̓́τε τῶν πρὸς εὕρεσιν, οὔτε τῶν πρὸς κρίσιν, ȣ̓́τε μὲν τῶν πρὸς χρῆσιν. πρὸς μὲν ȣ̃ν τὴν εὕρεσιν, τάτε ὀπτικὰ 5 (c) καὶ μεθοδικὰ 6, παρέδωκε προτάσεων πλῆθος, ἐξ ὧν πρὸς τὰ προβλήματα πιθανῶν ἐπιχειρημάτων οἷόντε εὐπορεῖν, πρὸς δὲ τὴν κρίσιν τὰ ἀναλυτικὰ 7 πρότερα καὶ ὕστερα. διὰ μὲν ȣ̃ν τῶν προ-

---

cidensem, qui scripsit, περὶ εὐβοίας. Harpocration in ἄργȣσα. Ἔστι δὲ πόλις τῆς εὐβοίας ἐν τῇ Χαλκιδικῇ κειμένη. ὡς Ἀριστοτέλης ὁ Χαλκιδεὺς, ἐν τῷ περὶ εὐβοίας. De hoc ipso loquitur Sophocles ad Apollonii lib. I. Σȣΐδας γὰρ καὶ Ἀριστοτέλης, οἱ περὶ εὐβοίας πεπραγματευμένοι. Sic περὶ μέθης citatur, item, περὶ τῆς ζωῆς καὶ θανάτȣ ab Apollonio Mirab. Hist. XXV. & XXVI. Diogenes in operum elencho neutrum adgnoscit. Est illic, περὶ μεγέθȣς ά. An rescribendum? περὶ μέθης ά. Iudicent eruditi.

1 Παιᾶν) Vide quae ex Demetrio Magnesio, & Aristippo, narrat Diogenes lib. V. Athenaeus lib. XV. ait non Paeana fuisse, sed quoddam Scholii genus. Τȣ́των λεχθέντων ὁ Δημόκριτος ἔφη, ἀλλὰ μὲν καὶ τὸ ὑπὸ τȣ̃ πολυμαθεστάτȣ γραφὲν Ἀριστοτέλȣς εἰς ἑρμείαν τὸν ἀταρνέα ȣ̓ παιάν ἐστιν, ἀλλὰ τῶν σκολιῶν ἕν τι. Exstat hic Paean apud Athenaeum, & Diogenem.

2 Εἰς τὸν θλαδίαν Ἑρμείαν) Hermias hic, Bithynus genere, Eubuli servus herum occidit; posteaque Atarnensium tyrannos factus fuit. Auctores Demetrius Magnesius, Aristippusque; & ex iis Diogenes ac Suidas. Strabo lib. XIII. ait trapezitae famulum fuisse, ac domino in Atarnenses Assiosque tyrannidem molienti socium se praebuisse, atque postea ei successisse.

3 Ὃς ἦν αὐτοῦ πενθερὸς) Nam duxerat filiam eius Pythiadem. Suidas. Θυγατέρα δὲ (ἔσχεν ὁ Ἀριστοτέλης) ἀπὸ Πυθιάδος τῆς θυγατρὸς Ἑρμείȣ τοῦ εὐνȣ́χȣ, ὃς καὶ θλαδίας ὢν αὐτὴν ἐξέδωκε. Variat Strabo lib. XIII. Τῷ δ' Ἀριστοτέλει (Ἑρμείας) καὶ θυγατέρα ἀδελφιδοῦ συνῴκισε. Aristippus περὶ παλαιᾶς τρυφῆς lib. I. ait fuisse Hermiae non filiam, sed concubinam. Alii filiam adoptivam faciunt. Videatur Etymol. Auctor in ἑρμῆς. Dionysius Halicarnass. in epistola ad Ammaeum hac de re verbum nullum ἀποθανόντος δὲ πλάτωνος ἐπὶ Θεοφίλȣ ἄρχοντος ἀπῆρε (Ἀριστοτέλης) πρὸς Ἑρμείαν τὸν ἀταρνέων τύραννον, καὶ τριετῆ χρόνον παρ' αὐτῷ τρίψας, ἐπ' εὐβȣ́λȣ ἄρχοντος εἰς Μιτυλήνην ἐχωρήθη.

4 Κατακριθῆναι πιεῖν ἀκόνιτον, καὶ ἀποθανεῖν) Id factum Chalcide. Suidas. Καὶ ἀπέθανεν, ἀκόνιτον πιὼν ἐν Χαλκίδι, διότι ἐκαλεῖτο πρὸς εὐθύνας, ἐπειδὴ ἔγραψε παιᾶνα εἰς ἑρμέαν τὸν εὐνοῦχον. Strabo lib. X. Μαρτυρεῖ δ' ἥδε τῶν ἐρετρικῶν φιλόσοφων σχολὴ, τῶν περὶ Μενέδημον ἐν τῇ Ἐρετρίᾳ γινομένη. Καὶ ἔτι πρότερον ἡ Ἀριστοτέλȣς ἐν τῇ Χαλκίδι διατριβὴ, ὅς γε καὶ ἐκεῖ κατέλυσε τὸν βίον. Eustathius ad Dionysium. Ὁ περὶ εὔβοιαν Εὔριπος, περὶ ὃν φασι διατρίψαντα τὸν Ἀριστοτέλην καταλῦσαι τὸν βίον. Videatur quoque Etymologici Auctor in εὔριπος. Erat vero natus tunc Aristoteles annos LXX. Diogenes lib. V. Πιὼν ἀκόνιτον ἐτελεύτησεν, ὥς φησὶν εὔμολος ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν, βιȣ̀ς ἔτη ἑβδομήκοντα. Hic quoque aetatis annus adnotatur a Suida. Ioannes Philoponus in vita eius ponit annos LXIII. Καὶ ἐτελεύτησεν, ὡς εἰρήκαμεν, χρόνων ὢν ἑξήκοντα τριῶν. Hausit ille ex Apollodori Chronicis, quae laudat quoque Diogenes loco citato.

5 Τά τε ὀπτικὰ) Legendum, τάτε τοπικά. Ita censent viri magni, Henricus Stephanus, & Isaacus Casaubonus. Tamen ὀπτικὸν inter Aristotelis opera enumerat Diogenes.

6 Καὶ μεθοδικὰ) Scripsit μεθοδικῶν libros VIII. & μεθοδικὸν quoque, librum singularem. Testis Diogenes.

7 Πρὸς δὲ τὴν κρίσιν, τὰ ἀναλυτικὰ) Et ad praeceptoris imitationem, Eudemus, Phanias, Theophrastus. Ammonius in Categ. Οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτȣ̃, Εὔδημος, καὶ Φανίας, καὶ Θεόφραστος. κατὰ ζῆλον τȣ̃ διδασκάλȣ γεγραφήκασι κατηγορίας, καὶ περὶ ἑρμηνείας, καὶ ἀναλυτικήν.

(a) γεγράφθαι, Laertii libet ὑπογεγράφθαι. H. Iun.

(b) Apud Diog. ὑπογεγράφθαι. Quod ut a Diogene scriptum hic esse mihi persuadeam, faciunt alii loci, ubi eodem verbo videtur. H. Steph.

(c) Miror Iunium subspectam saltem non habuisse vocem ὀπτικά. quid enim haec commune cum iis de quibus agitur, habere potest? Ego non solum subspectam habeo, sed mendosam esse, & τοπικὰ pro ea substitui debere, mihi persuadeo. H. Steph.

Digitized by Google

προτέρων τὰ λήμματα κρίνεται, διὰ δὲ τῶν ὑστέρων ἡ συναγωγὴ ἐξετάζεται. πρὸς δὲ τὴν χρῆσιν, τάτε ἀγωνιστικὰ καὶ τὰ περὶ ἐρωτήσεως ἐριστικάτε καὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων τε καὶ συλλογισμῶν καὶ τῶν ὁμοίων τούτοις· κριτήριον δὲ τῆς ἀληθείας τῶν μὲν κατὰ φαντασίαν ἐνεργημάτων, τὴν αἴσθησιν ἀπεφήνατο. τῶν δὲ ἠθικῶν, τὰ περὶ πόλιν καὶ περὶ οἶκον καὶ περὶ νόμους, τὸν νοῦν. τέλος δὲ ἓν ἐξέθετο, χρῆσιν ἀρετῆς ἐν βίῳ τελείῳ, ἔφη δὲ τὴν εὐδαιμονίαν συμπλήρωμα ἐκ τριῶν ἀνθῶν (a) (b) εἶναι. τῶν περὶ ψυχὴν ἃ δὴ καὶ πρῶτα τῇ δυνάμει καλεῖ. ἐκ δευτέρων δὲ τῶν περὶ σῶμα ὑγείας καὶ ἰσχύος, καὶ κάλλους καὶ τῶν παραπλησίων. τῶν δὲ ἐκτὸς, πλούτου καὶ εὐγενείας καὶ δόξης καὶ τῶν ὁμοίων, τὴν δὲ ἀρετὴν μὴ εἶναι αὐτάρκη πρὸς εὐδαιμονίαν· προσδεῖσθαι γὰρ τῶν τε περὶ σῶμα καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν· κακοδαιμονήσαντος (c) τοῦ σοφοῦ ἐν πόνοις ᾖ, κἂν ἐν πενίᾳ καὶ τοῖς ὁμοίοις, τὴν μέντοι κακίαν αὐτάρκη πρὸς κακοδαιμονίαν (d), κἂν ὅτι μάλιστα παρῇ αὐτῇ τὰ ἐκτὸς ἀγαθὰ, καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα. τάς τε ἀρετὰς ἔφη μὴ ἀντακολουθεῖν (e), ἐνδέχεσθαι γὰρ φρόνιμόν τινα καὶ δίκαιον ὄντα, ἀκόλαστον καὶ ἀκρατῆ εἶναι ἔφη τὸν σοφὸν, μὴ εἶναι μὲν ἀπαθῆ, μετριοπαθῆ δέ. τήν τε φιλίαν ὡρίσατο ἰσότητα εὐνοίας ἀντίστροφον· ταύτης δὲ τὴν μὲν, εἶναι ξενικήν (f) (g). τὴν δὲ, συγγενικήν. εἶναι δὲ καὶ τὸν ἔρωτα, μὴ μόνον συνουσίας, ἀλλὰ καὶ φιλοσοφίας, καὶ ἐρασθήσεσθαι δὲ τὸν σοφὸν καὶ πολιτεύσασθαι (h), γαμήσειν τε καὶ βασιλεῖ συμβιῶσαι· βίων τε τριῶν ὄντων, θεωρητικοῦ, ἡδονικοῦ, πρακτικοῦ. τὸν θεωρητικὸν ἐνέκρινεν (i), εὔχρηστα δὲ καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα πρὸς ἀρετῆς ἀνάληψιν, ἔντε τοῖς φυσικοῖς αἰτιώτατος (k) παρὰ πάντας ἐγένετο, ὥστε καὶ περὶ τῶν ἐλαχίστων αἰτίας ἀποδιδόναι. τὸν θεὸν ἀσώματον ἀπέφαινεν, ὡς ὁ πλάτων, διατείνειν δὲ αὐτοῦ τὴν πρόνοιαν μέχρι τῶν οὐρανίων, καὶ εἶναι ἀκίνητον αὐτόν. τὰ δὲ ἐπίγεια, κατὰ τὴν πρὸς ταῦτα συμπάθειαν κινεῖσθαι. εἶναι δὲ παρὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα καὶ ἄλλο πέμπτον ἐξ οὗ τὰ αἰθέρια συνεστάναι. ἀλλοίαν δὲ αὐτοῦ τὴν κίνησιν εἶναι, κυκλοφορητικὴν (l) (m) γάρ. καὶ

adfluens copia verisimilium argumentationum suppeditari ad instituendas quaestiones & problemata possit. Ad iudicium Analytica priora & posteriora scripsit, per priora adsumtiones iudicat, per posteriora collectio & congeries exigitur atque exploratur. Ad usum denique tradidit exercitatoria, & quae de interrogatione agunt, & quidquid ad contentiones disceptationesque spectat, ut & sophistici elenchi & syllogismi atque id genus alia. Sensum definit esse arbitrum ac iudicem veritatis effectuum e phantasia nascentium: mentem vero rerum moralium iudicem, quatenus rem publicam domesticamque & leges respiciunt: vnum vero finem declaravit esse usum virtutis in vita sancta & integra. Felicitatem dixit esse complementum e tribus bonorum generibus constans, tum animi, cuiusmodi bona facultate prima nuncupat, tum corporis, qualia sunt firma valetudo, robur, forma bona, & his consimilia; tum externis, ut opulentia, nobilitate, auctoritate, & similibus. Virtutem negavit sibi ipsi sufficere ad consequendam felicitatem, opus namque habere adminiculis corporearum & externarum rerum, quippe quum sapiens infelix sit, sive laboribus conficiatur, sive egestate prematur, aut aliis eiusdem modi incommodis e diverso malitiam per se satis esse instructam ad infelicitatem & miseriam, quantumvis abundet externis copiis & corporis bonis. Virtutes haud sequi mutuo comitatu dixit, usuvenire enim posse, ut prudens aliquis & iustus, idem libidinosus sit & intemperans. Praeterea sapientem non esse quidem a perturbationibus vacuum, sed mediocres animi motus sentire. Amicitiam definivit esse benevolentiae reciprocam & vicissim respondentem aequabilitatem: eam vero esse triplicem, cognationis propriam, amatoriam, & hospitibus debitam. Amorem non modo consuetudini & veneris usui tribuendum, sed & philosophiae: quin sapientem quoque armaturam, ad reip. gubernacula accessurum, matrimonio se obstricturum, nec abnuiturum cum rege vivere. Quum triplex sit vita contemplatrix, voluptaria, & actuosa, contemplatrici primas detulit. Circulares dictas ac libe-

(a) ἀνθῶν, non dubium est quin ἀγαθῶν reponi debeat. *H. Iun.*

(b) Haec lectio ἀγαθῶν pro ἀνθῶν, e Diogene sumta est. Quam tamen Iunius auctoritate eius non confirmavit. *H. Steph.*

(c) Debuit hunc locum emendare Iunius ex Diogene, non solum reponendo κακοδαιμονήσοντος pro hoc κακοδαιμονήσαντος, sed etiam praefigendo voculam ὡς illi futuro: quae e vet. libris adiecta fuit. Est igitur emendanda & interpretatio, hoc modo, *quippe quum sapiens infelix futurus sit*. *H. Steph.*

(d) Verba haec αὐτάρκη πρὸς κακοδαιμονίαν, ut apud hanc nostrum Illustrium, ita etiam in vetustis exemplaribus exstant: e quibus in utramque editionem nostram reposita fuerunt. *H. Steph.*

(e) Sicut hic ἀντακολουθεῖν legitur, ita & in vet. exemplaribus Diogenis. Sciendum est autem Aristotelem eo ipso esse usum vocabulo quo uterentur ii qui contrarium de virtutibus sentirent, eas videlicet inter se nexas & coniugatas esse, ut Cic. loquitur. Qui etiam dicit virtutes ita copulatas connexasque esse, ut omnes omnium participes sint, nec alia ab alia possit separari. Neque enim dubium quin ii qui dicebant virtutes ἀντακολουθεῖν (ut apud Diogenem dicit Zeno) hoc ipsum significare voluerint. Ad exprimendum tamen verbum ἀλλήλαις, dicendum non fuerit cum Ambrosio, interprete Diogenis *inter se connexas esse*, sed nec cum Iunio Illustrium interpretante, *sequi se mutuo comitatu*, (quomodo enim sequi & comitari aliquem possumus?) videndum igitur an non potius cum Budaeo dicendum sit *Vicissim sequi*. Malim tamen longiore sed elegantiore (meo quidem iudicio) periphrasi utens, dicere, *Inter se vicissim adseclarum officio fungi*, vel mutuo *ads. officio*. Et haec quidem obiter, in Latinae linguae gratiam, cui magnum hoc fuerit dedecus ne periphrasi quidem posse id exprimere quod a Graeca uno verbo exprimitur. *H. Steph.*

(f) Ξενικὴν, in Laertio legas, ἐρωτικὴν. Ego utrumque codicem vitium habere subspicor, unoque cataplasmate sanari posse reor, si huic auctori ἐρωτικὴν adiicias, Laertio ξενικὴν, hoc pacto reparata lectione, εἶναι συγγενικὴν, τὴν δὲ ἐρωτικὴν, τὴν δὲ ξενικήν. tria enim amicitiae genera esse statuit Aristoteles, unam quae ex propinqua cognatione & consanguinitatis iure accedat, alteram quam amoris vis conciliet, & tertiam sanctissimo hospitii iure celebratam. *H. Iun.*

(g) Ignoravit Iunius quod ego e quibusdam veteribus libris didici, aliam quam vulgatam, esse huius loci lectionem, & quidem eamdem cum ea quam habet Illustrius. (a qua tamen ausus est in sua interpretatione discedere) excepto tantum verborum ordine. ibi enim praecedit συγγενικὴν, (& merito quidem, mea sententia) sequitur ξενικήν. Fateor alioqui esse etiam exemplaria quae & illud ἐρωτικὴν habeant: quod quum ad amorem Cupidineum magis proxime referatur, ideo Aristot. tamquam vulgaris usus in hac voce metas egrediens, addit illud περὶ τοῦ ἔρωτος. *H. Steph.*

(h) Adscripsi margini πολιτεύσεσθαι, itidemque συμβιώσειν pro συμβιῶσαι. At vero apud Diog. Laertium editio Basil. habet πολιτεύεσθαι & συμβιῶναι. Sed quis, ut ἐρασθήσεσθαι praecessit, & illa duo in futuro legi debere negaverit? *H. Steph.*

(i) ἐνέκρινεν, magis placet Laertiana scriptura προέκρινεν. *H. Iun.*

(k) αἰτιώτατος, plenius est apud Laertium αἰτιολογώτατος. *H. Iun.*

(l) Κυκλοφορητικὴν, illic legas κυκλοφορικήν. *H. Iun.*

(m) Non debuit Iunius substituere κυκλοφορικὴν pro κυκλοφορητικὴν, huic enim lectioni quam habet Illustrius, adsentiuntur & vetera Diogenis exemplaria. *H. Steph.*

Digitized by Google

liberales disciplinas magno esse usui ad consequendam virtutem iudicavit. Caussarum naturalium acerrimus ventilator prae aliis omnibus fuit, ita ut minimis quoque rebus causas suas adsignaverit. Deum incorporeum cum Platone adseruit, cuius providentiam ad caelestia usque extendi, ipsum motu nullo cieri dixit: terrestria vero consensu & coniunctione naturae cum caelestibus rapi agitarique. Ad quatuor elementa & quintum adiecit, ex quo aetherea corpora conflata sint, cuius motus alienus sit, quippe in orbem rotatus. Animam esse incorpoream dixit, & primam ἐντελέχειαν, hoc est, perfectionem corporis naturalis & organici, potentia vitam obtinentis: quae secundum eum duplex est. Ἐντελέχειαν autem nominat, cuius forma quaedam sit incorporea, altera secundum potentiam: quemadmodum in cera Mercurius idoneus ad recipiendam effigiem expressam: & ex aere simulacrum. Porro absoluti Mercurii aut simulacri entelechia, talis habitu dicitur. Dixit autem diserte, corporis naturalis, quod corporum alia sint manu artifice facta, ut turris, navigium: alia natura produxit, ut plantas, & animantium corpora. Organici dixit, hoc est, ad usum aliquem destinati, quomodo oculus ad cernendum, auris ad audiendum: addidit potentia vitam obtinentis, nimirum in se: potentia autem minus est, quam actu. Secundum actum enim vigil animam habere dicitur: secundum habitum vero, is qui dormit. Vt igitur etiam hic comprehenderetur, adiecit voculam illam, Potentia.

καὶ τὴν ψυχὴν, ἀσώματον, ἐντελέχειαν οὖσαν τὴν πρώτην. σώματος γὰρ φυσικοῦ καὶ ὀργανικοῦ δυνάμει ζωὴν ἔχοντος. διττὴ δ' ἐστιν αὕτη κατ' αὐτόν. λέγει δὲ τὴν ἐντελέχειαν, ἧς ἐστιν εἶδός τι ἀσώματον. ἡ μὲν κατὰ δύναμιν, ὡς ἐν τῷ κηρῷ ἑρμῆς (a) ἐπιτηδειότητα ἔχων ἐπιδέξασθαι τοὺς χαρακτῆρας, καὶ ὁ ἐν τῷ χαλκῷ ἀνδριάς. καθ' ἕξιν δὲ λέγεται ἐντελέχεια, ἡ τοῦ συντετελεσμένου ἑρμοῦ, ἢ ἀνδριάντος. σώματος δὲ φυσικοῦ. ἐπεὶ τῶν σωμάτων τὰ μέν ἐστι χειρόκμητα, ὡς τὰ ὑπὸ τεχνιτῶν γινόμενα, οἷον πύργος, πλοῖον. τὰ δὲ, ὑπὸ φύσεως, ὡς φυτὰ, καὶ τὰ τῶν ζώων. ὀργανικοῦ δὲ εἶπε, τουτέστι πρός τι κατεσκευασμένου. ὡς ἡ ὅρασις πρὸς τὸ ὁρᾶν, καὶ ἀκοὴ πρὸς τὸ ἀκούειν. δυνάμει δὲ ζωὴν ἔχοντος, οἷον ἐν αὐτῷ, τὸ δυνάμει δὲ ἧττον ἢ κατὰ ἐνέργειαν μὲν, ὡς ὁ ἐγρηγορὸς λέγεται ψυχὴν ἔχειν. κατὰ ἕξιν δὲ, ὡς ὁ καθεύδων. ἵν' οὖν καὶ οὗτος ὑποπίπτῃ τὸ δυνάμει προσέθηκεν.

Antisthenes Cynicus cognomento ἁπλοκύων dictus fuit, quasi pure puteque canis. Laertius in hunc illusit, velut mortis metu retinendae vitae cupidiorem, epigrammate, quod tale est.

Mordebas verbis animam, haud Antisthenes ore,
Ingenium id, mansit dum tibi vita, fuit.
Te phthisis extinxit: dicet quis forte, qui ad rem?
Ductore omnino ad limina Ditis opus.

Inter placita eius haec fuerunt. Ostendebat apodictice virtutem doctrina comparari posse; eamdem in actione consistere, neque copiosis verbis, atque disciplinis indigentem: sapientem sibi uni sufficere, quando cuncta, aliorum quae sunt, ipsius sint. Obscuritatem nominis bonum esse labori non dispar: sapientem non ex legum praescripto vivere, sed iuxta virtutis regulam, eumque sibi uxorem adiuncturum propagandae prolis gratia, cum formosissima quaque muliere consuetudinem habendo: ipsumque amori vacaturum, eo quod solus sapiens quaenam amanda sit, noverit. Sapienti nihil esse peregrinum aut absurdum: Virum bonum dignum esse qui ametur: Viros probos pro amicis habendos: coeundam esse cum fortibus, animosis, & aequitatis amantibus societatem: Virtutem esse armaturam genuinam quae auferri nequeat: Satius esse

Ἀντισθένης ὁ Κυνικὸς, ἁπλοκύων ἐπεκαλεῖτο. Διογένης δὲ Λαέρτιος σκώπτει αὐτὸν 1 ὡς φιλόζωον, ἐν ἐπιγράμματι οὕτως ἔχοντι.

Τὸν βίον ἦσθα κύων Ἀντίσθενες ὧδε πεφυκὼς
Ὥστε δακεῖν κραδίην ῥήμασιν οὐ στόμασι.
Ἀλλ' ἔθανες φθισικός. τάχ' ἐρεῖ τις ἴσως, τί δὲ τοῦτο;
Πάντως εἰς ἀΐδην δεῖ τιν' ὁδηγὸν ἔχειν.

Ἤρεσκε δὲ αὐτῷ τάδε. διδακτὴν ἀπεδείκνυε (b) τὴν ἀρετήν· τῶν ἔργων τε εἶναι αὐτὴν, μήτε λόγων πλείστων δεομένην μήτε μαθημάτων. αὐτάρκη τε εἶναι τὸν σοφόν. πάντα γὰρ αὐτοῦ εἶναι τὰ τῶν ἄλλων. τήν τε ἀδοξίαν, ἀγαθὸν, καὶ ἴσον τῷ πόνῳ. καὶ τὸν σοφὸν οὐ κατὰ τοὺς κειμένους νόμους πολιτεύεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς. γαμήσειν τε τεκνοποιίας χάριν, ταῖς εὐφυεστάταις συνιόντα γυναιξί. καὶ ἐρασθήσεσθαι δὲ, μόνον γὰρ εἰδέναι τὸν σοφὸν, τίνων δεῖ ἐρᾶν. τῷ σοφῷ ξένον οὐδέν. ἀξιέραστος ὁ ἀγαθός. οἱ σπουδαῖοι, φίλοι. Συμμάχους ποιεῖσθαι τοὺς εὐψύχους ἅμα καὶ δικαίους. ἀναφαίρετον ὅπλον ἀρετή. κρεῖττόν ἐστι, μετ' ὀλίγων ἀγαθῶν, πρὸς ἅπαντας κακοὺς, ἢ μετὰ πολλῶν κακῶν, πρὸς ὀλίγους μάχεσθαι· προσέχειν τοῖς ἐχθροῖς. πρῶτοι γὰρ τῶν ἁμαρτημάτων αἰσθάνονται. τὸν δίκαιον περὶ πλεῖον (c) ποιεῖ-

---

1 Διογένης δὲ Λαέρτιος σκώπτει αὐτὸν) Hic ille est, qui Philosophorum historiam scripsit libris x. qui hodie exstant. Sed ἐπιγραφὴ operis, quae nunc circumfertur, genuina non est, & a librario potius aliquo, quam ipso auctore. Nam quem ille titulum fecerat, is erat, φιλόσοφος ἱστορία; quemadmodum Galenus quoque, & Porphyrius. Ita clare in ἐνετοὶ citat Stephanus. Ἔστι καὶ πόλις ἐνετὸς, ἀφ' ἧς ἦν μύρμηξ, ὁ διαλεκτικὸς φιλόσοφος, ὡς Διογένης ἐν δευτέρῳ φιλοσόφου ἱστορίας. Et iterum in δρυΐδαι. Δρυΐδαι, ἔθνος γαλατικὸν, φιλόσοφον. Διογένης Λαέρτιος ἐν φιλοσόφῳ ἱστορίᾳ. Videndus rursum in χολλίδαι. Scripsit etiam Epigrammata, omni metrorum genere, unde & πάμμετρον librum inscripsit; citatque ipse frequenter. Atque ἐπιγραμματογράφον adpellat Ioannes Tzetzes Chil. III. cap. LXI.

Ἐπιγραμματογράφος τε τις γράφει τοῦ ἅδου.

(a) θέρμης, vitiose scriptum est pro ὁ ἑρμῆς. H. Iun.
(b) Leviora sunt vitia ἀπεδείκνυ, pro ἀπεδείκνυε, δεομένη pro δεομένην, & αὐτάρκοι pro αὐτάρκη. H. Iun.
(c) περὶ πλεῖον, restitue πλείονος. H. Iun.

Digitized by Google

ποιεῖσθαι τοῦ συγγενοῦς, ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἡ αὐτὴ ἀρετή. τὰ ἀγαθὰ, καλά. τὰ κακὰ, αἰσχρά. τὰ πονηρὰ πάντα νόμιζε ξενικά. τεῖχος ἀσφαλέστατον φρόνησιν. μήτε γὰρ καταῤῥεῖν, μήτε προδίδοσθαι. τείχη κατασκευαστέον ἐν τοῖς αὐτῶν ἀναλώτοις λογισμοῖς.

se cum paucis bonis universos improbos, quam cum improborum multitudine paucitatem bonorum oppugnare: audiendos esse inimicos, quod hi primi deprehendant si quid fuerit erratum. Virum iustum pluris fieri debere, quam consanguineum. Eamdem esse viri & mulieris virtutem. Bona honesta, mala turpia, maliciosa & fraudulenta omnia, cogita esse aiiena. Prudentiam murum esse longe tutissimum, qui neque defluat, neque proditione capiatur. Moenia in nostris ipsorum animis inexpugnabilibus quidem illis esse construenda.

Ἀρκεσίλαος. οὗτος πρὸς τὸν θρασύτερον διαλεγόμενον νεανίσκον, οὐ λήψεταί τις, ἔφη, τοῦτον ἀστραγαλωτί 1 (a); πρὸς τὸν αἰτίαν ἔχοντα περαίνεσθαι (b), ὡς ἀνήνεγκεν αὐτῷ, ὅτι οὐ δοκεῖ ἕτερον ἑτέρου μεῖζον εἶναι, ἠρώτησεν, εἰ οὐδὲ τὸ δεκαδάκτυλον τοῦ ἑξαδακτύλου. πρὸς ἀλεξίνιόν (c) τινα διαλεκτικὸν μὴ δυνάμενον κατ' ἀξίαν τῶν ἀλεξίνου τι διηγήσασθαι, τὸ Φιλοξένῳ πρὸς τοὺς πλινθιακοὺς πραχθὲν 2 εἶπεν. ἐκεῖνος

Arcesilaus. Hic adolescente quopiam ferocius quam par esset garriente, num quis hunc, inquit, scutica accipiet astragalis nodata? Quemdam male audientem tamquam muliebria pateretur, quum obiecisset, videri alterum altero maius non esse, percontatus est, num etiam decem digitorum longitudo, a senum digitorum mensura discreparet? Dialectico cuidam Alexini praeceptoris sententiam satis recte & pro dignitate

---

1 Οὐ λήψεταί τις, ἔφη, τοῦτον ἀστραγαλωτί;) Malim cum Hadr. Iunio, ἀστραγαλωτῇ. Veteres enim e taxillis connexas habebant scuticas. Eustathius ad Iliad. XXIII. Αἱ ἀστραγαλωταὶ μάστιγες ἐκ τοιούτων τινῶν (ἀστραγάλων) ἐνειρομένων κατεκροτοῦντο. Iulius Pollux lib. X. cap. XII. Παρὰ δὲ κράτητι, ἐν ταῖς ἑορταῖς, καὶ ἀστραγαλωτή τις μάστιξ ὠνόμασται. Et videtur hoc scuticae genus proprium fuisse servis, ac Gallis, Cybeles sacerdotibus. Plutarchus adversus Coloten. Οὐδὲ μάστιγος ἐλευθέρας δεόμενος, ἀλλὰ τῆς ἀστραγαλωτῆς ἐκείνης, ᾗ τοὺς Γάλλους πλημμελοῦντας ἐν τοῖς μετρῴοις κολάζουσιν. Certe discrimen in scuticis fuisse discimus; & aliae servorum erant, aliae liberorum. Non potest hoc aliunde melius hauriri, quam ex istis Plutarchi verbis. Sic posteriori aevo in viris illustribus supplicium distinguebatur, & verberabantur illi scutica deaurata. Manifestum ex Luitprando in Legat. *Pauperes sunt, si eos occidimus, manus nostras sanguine vili polluimus: pannosi sunt, servi sunt, rustici sunt: si eos flagellamus, non ipsos, sed nos dedecoramus; qui nec Romana scutica deaurata, nec huiusmodi sunt crucibus digni. o utinam alter Episcopus, alter Marchio esset.* Porro apud Diogenem lib. IV. non est ἀστραγαλωτῇ, sed ἀστραγάλῳ. Et licebit interpretari de tormento. Sic apud Diod. Sic. de Agathocle. Ἐνίοις δὲ ἀστραγάλους προσθεὶς βιαιότερον, δειναῖς ἀλγηδόσι περιέβαλλεν. Inde ἀστραγαλοῦν. Hoc tormenti genere adficere. Africanus in epistola ad Origenem. Εἶτα αἰχμάλωτοι ὄντες ἐν τῇ βαβυλῶνι, ἀστραγαλώμενοι, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ῥιπτούμενοι.

2 Τὸ Φιλοξένου πρὸς τοὺς πλινθιακοὺς πραχθὲν) Diogenes lib. IV. totidem verbis. Sed Philoxeni tres fuerunt. Vnus Euletidae F. Cytheraeus, Lyricus. Alter Alexandrinus Grammaticus. Tertius Leucadius. Videatur Suidas. Diogenes & Hesychius de priore loquuntur; qui, ut dixi, Lyricus fuit, scripsitque Dithyrambos XXIV. & Genealogiam AEagidarum. Ac puto hunc ipsum esse, cuius χάριτες laudantur ab Etymologici Auctore. Memoratur quoque eius γαλάτεια, opus in lautumiis compositum, in quas coniectus erat a Dionysio. Aristoph. Scholiastes Pluto. Φιλόξενος ὁ διθυραμβοποιὸς ἐν Σικελίᾳ ἦν παρὰ δωριεῦσι. λέγουσι δὲ, ὅτι ποτὲ γαλατείᾳ τινὶ Παλλακίδι Διονυσίου προσέβαλε. καὶ μαθὼν Διονύσιος, ἐξώρισεν αὐτὸν εἰς λατομίαν. φεύγων δὲ ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς τὰ μέρη κυθήρων. καὶ ἐκεῖ δρᾶμα τὴν γαλάτειαν ἐποίησε, ἐν ᾧ εἰσήνεγκε τὸν κύκλωπα ἐρῶντα τῆς γαλατείας. τοῦτο δὲ αἰνιττόμενος εἰς Διονύσιον. ἀπείκασε γὰρ αὐτὸν τῷ κύκλωπι, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὁ Διονύσιος οὐκ ὠξυδόρκει. Apud Athenaeum istius poematis inscriptio non γαλάτεια, sed κύκλωψ est. Locus exstat lib. I. Hinc Aristoteles De Poetica cap. II. Πέρσας, καὶ κύκλωπας, Τιμόθεος καὶ Φιλόξενος μιμήσαιτο ἄν. Et in lautumiis istis quaedam spelunca Philoxeni dicebatur, in qua ille Cyclopem composuit AElianus Var. Hist. lib. XII. Τὸ δὲ Κάλλιστον τῶν ἐκεῖ σπηλαίων ἐπώνυμον ἦν Φιλοξένου τοῦ ποιητοῦ, ἐν ᾧ φασι διατρίβων τὸν Κύκλωπα εἰργάσατο, τῶν ἑαυτοῦ μελῶν τὸ Κάλλιστον, παρ' οὐδὲν θέμενος τὴν ἐκ Διονυσίου τιμωρίαν, καὶ καταδίκην. Videatur etiam Plutarchus De fort. Alex. Atque haec de priore Philoxeno. Secundi mentio est apud Stephanum in ἀλαβάνδα, δωδώνη, & μεθύδριον. Item apud Etymologici Auctorem, locis infinitis. De tertio videndi Suidas, & Athenaeus.

(a) ἀστραγαλωτὶ, adverbiali formula scriptum hic legas, ego puto rectius legendum ἀστραγαλωτῇ. subaudiendo μαστίγι, ut adluserit ad Cratetis comici dictum ex fabula cui ἑορταῖς nomen, sic scutica astragalis iunctis innodata dicebatur, ut ex Polluce testatur Eustathius, qua flagellari solebant in Matris deorum templis Galli eius deae ministri, si quidpiam deliquissent, ut ex Plutarcho adversus Coloten adnotatum a me olim est in Animadversorum libris: quo haud dubie respexit Arcesilaus, cohibendam esse & castigandam ad exemplum Gallorum Cybeles proterviam insolentius se gerentis adolescentis, & quidem effoeminati, innuere volens. Quod vero proxime sequitur apophthegma, Laertii interpres non intellexit, qui illud τὸν αἰτίαν ἔχοντα περαίνεσθαι, convertit ita, vitiose concludens, quum περαίνεσθαι sit, quod Martialis praescindi dixit, nos cum Sallustio, muliebria pati. *H. Iun.*

(b) Locum hunc male reddit Ambrosius, Diogenis interpres, ostenditque se nullo sensum eius adsequutum modo esse: Iunius certe quem usum habeat hic verbum περαίνεσθαι intellexit: sed hoc lectori non aperuit (ac ipsi quoque fortasse obscurum fuit) quaenam essent illa duo quorum alterum altero maius non videretur. Sed non dubito quin ἐκ τοῦ περαίνεσθαι nobis intelligendum sit & alterum, videlicet περαίνειν: ut hic respondeat illud non esse maius hoc. *H. Steph.*

(c) Non dubium est quin scribendum sit Ἀλεξίνειον, cum ει, ut margini, nominis possessivi forma, quum Alexini discipulum significet. Sic dicitur Ἐπικούρειος, Θεοδώρειος. *H. Steph.*

tate explicare non valenti, Philoxeni factum, quo apud laterarios usus dicitur, occinuit: ille namque, quum inaudisset imbricarios sua carmina inepte cantillantes, ipsorum imbrices proculcavit, cum hoc dicto, Vti vos mea corrumpitis, ita ego vicissim vestra. Mire felix exstitit in inveniendo, quo obiectis faceli & promta responsione occurreret. Idem prae quovis alio persuadendo fidem invenire; & in animos irrepere; quo factum est ut plures scholam eius frequentarent, qui tametsi acumine & subtilitate eius offensi, gratum id habebant: erat etenim insigniter bonus, & qui auditorum animos spe imbueret. In communicandis facultatibus ac deferendis beneficiis supra quam dici potest, promtus atque facilis fuit, alienissimus a captanda gloriola e beneficio, quod latere maluerat. Quapropter, quum invisens quodam tempore Ctesibium aegrotantem, videret illum in egestate esse, clam cervicali suppsuit crumenam nummariam, qua ille inventa, Arcesilai, inquit, hicce ludus est. Rursus quum pro recipiendis amiculis argentum escarium ab eo quidam accepisset, qui id omne in rem suam verterat, neque repetiit, neque ut suum peculium adseruit: imo sunt qui de industria utendum dedisse, & restituenti, quoniam inops erat, donasse commemorant. Regum neminem magnopere coluit, quam ob rem legatione ad Antigonum fungens pro patria, nihil obtinuit. In puerorum amores pronior fuit, libidinibus obstrictus, & scortis adhaesit. Hic aliquando quum deprehendisset puerum a se in delitiis habitum cum Demochare consuesse, patienter se discedere dixit. Aridelo in coena theorema proponenti, atque ut super eo dissereret exposcenti, Atqui, inquit, hoc ipsum Philosophiae proprium in primis est, scire cuiusque rei opportunitatem. Timon Sillographus ludit in eum, ut popularis aurae captatorem, his versibus.

εἶνος γὰρ τὰ αὐτοῦ κακῶς ἄδοντας τούτους καταλαβὼν, αὐτὸς τὰς πλίνθους αὐτῶν συνεπάτησεν, εἰπὼν, ὡς ὑμεῖς τὰ ἐμὰ διαφθείρετε, οὕτω κἀγὼ τὰ ὑμέτερα. ἦν δὲ εὑρισιλογώτατος ἀπαντῆσαι εὐστόχως, πιστικώτατός (a) τε ὑπὲρ ὁντινοῦν. παρὸ καὶ πλείους πρὸς αὐτὸν ἀπήντων εἰς τὴν σχολὴν, καίπερ ὑπ᾽ ὀξύτητος αὐτοῦ ἐπιπλεττόμενοι. ἀλλ᾽ ὅμως ἔφερον ἡδέως. καὶ γὰρ ἦν ἀγαθὸς σφόδρα, καὶ ἐλπίδων ὑποπιμπλὰς τοὺς ἀκούοντας, ἔντε τῷ βίῳ κοινωνικώτατος ἦν, καὶ εὐεργετῆσαι προχειρότατος, καὶ λαθεῖν τὴν χάριν ἀτυφώτατος. εἰσελθὼν οὖν ποτὲ παρὰ Κτησίβιον 1 νοσοῦντα, καὶ ἰδὼν ἀπορίᾳ θλιβόμενον, κρύφα βαλάντιον ὑπέθηκε τῷ προσκεφαλαίῳ, καὶ ὃς εὑρὼν, Ἀρκεσιλάου (ἔφη) τὸ παίγνιον. καί τινος ἀργυρώματα λαβόντος εἰς ὑποδοχὴν φίλων (b), καὶ ἀποστεροῦντος (c), οὐκ ἀπήτησεν, οὐδὲ προσεποιήσατο, οἱ δέ φασιν ἐπίτηδες χρῆσαι. καὶ ἀποδίδοντος, ἐπεὶ πένης ἦν, χαρίσασθαι, οὐκ ἐθεράπευε δέ τινα τῶν βασιλέων. διὸ καὶ πρεσβεύων πρὸς Ἀντίγονον 2 ὑπὲρ τῆς πατρίδος, οὐκ ἐπέτυχεν. ἦν δὲ φιλομειράκιος, καὶ καταφερὴς, καὶ ἑτέραις (d) συνῴκει. καί ποτε τὸν ἐρώμενον αὐτῷ 3 δημοχάρει ὁμιλοῦντα 4 καταλαβὼν (e), ὑπ᾽ ἀνδρικακίας (f) παραχωρεῖν ἔφη. πρὸς ἀρίδηλον προτείνοντά τι θεώρημα ἐπὶ συμποσίου 5, καὶ ἀξιοῦντα εἰς αὐτὸ λέγειν, εἶπεν, ἀλλ᾽ αὐτὸ τοῦτο μάλιστα φιλοσοφίας ἴδιον, τὸ καιρὸν ἑκάστων ἐπίστασθαι. τίμων δὲ ὡς φίλοχλον παίζει 6, λέγων.

Ὣς

1 Εἰσελθὼν οὖν ποτε παρὰ Κτησίβιον) Seneca de Benefic. lib. II. cap. x. *Arcesilaus, ut aiunt, amico pauperi, & paupertatem suam dissimulanti, aegro autem, & ne hoc quidem deesse sibi confitenti in sumtum ad necessarios usus, quum clam succurrendum indicasset, pulvino eius ignorantis sacculum subiecit, ut homo inutiliter verecundus, quod desiderabat, inveniret potius quam acciperet.* Vide Diogenem lib. IV. & illic V. Cl. Isaacum Casaubonum.

2 Καὶ πρεσβεύων πρὸς Ἀντίγονον) Diogenes. Ἀλλ᾽ οὖν ὅμως ὑπὲρ τῆς πατρίδος εἰς δημητριάδα ἐπρέσβευσε πρὸς Ἀντίγονον, καὶ οὐκ ἐπέτυχε.

3 Καί ποτε τὸν ἐρώμενον αὐτῷ) Is erat Leochares Myrleanus, ut auctor Diogenes.

4 Δημοχάρει ὁμιλοῦντα) Diogenes etiam Pythoclem nominat. Τούτου δὲ Ἥρων καὶ Δημοχάρης ὁ λάχητος, καὶ Πυθοκλῆς ὁ τοῦ βουγέλου.

5 Πρὸς ἀρίδηλον προτείνοντά τι θεώρημα ἐπὶ συμποσίου) Id accidit apud Hieronymum Peripateticum in convivio amicis exhibito ob natalem Alcyonei Antigoni F. Videatur Diogenes.

6 Τίμων δὲ ὡς φίλοχλον παίζει) Timon hic Phliasius fuit, philosophus Pyrrhonius, atque in Philosophos composuit Sillorum libros III. Suidas. Τίμων, Φλιάσιος, καὶ αὐτὸς φιλόσοφος, τῆς Πύῤῥωνος ἀγωγῆς. ὁ γράψας τοὺς καλουμένους Σίλλους, ἤτοι ψόγους τῶν φιλοσόφων, βιβλία γ'. Crebro eum citat Diogenes. Videatur quoque Stephanus in Φλιοῦς.

(a) Scribendum puto πιστικώτατος: quamvis alioqui sciam πιστικὸς quoque alib. legi, talem usum habens: verum & illi loci mihi subspecti sunt. *H. Steph.*

(b) Hinc repurgandos esse scribit Iunius Laertii codices: sed meam editionem si consuluisset, illam a me iam repurgatam invenisset. *H. Steph.*

(c) ἀποστεροῦντος, haec scriptura recte habet, ex qua repurgandus est Laertii codex, qui male legit, οὐκ ἀποστεροῦντος, οὐκ ἀπήτησεν, pro ἀποστεροῦντος οὐκ ἀπήτησεν. *H. Iun.*

(d) ἑτέραις, restitue ἑταίραις, & pro ἀνδρικακίας, ἀνεξικακίας. *H. Iun.*

(e) Hic quoque Illustrius nostris vetustis exempl. Diogenis auctoritatem dat, quum & in illis καταλαβὼν, non παραλαβὼν, scriptum sit: ideoque non hoc sed illud particip. in meam Diogenis editionem receperim: sed alterum illud participium ab iisdem exempl. abest. At certe non ὁμιλοῦντα sed ὁμιλοῦντας scribendum esset, quum ibi de duobus, non de uno, ut hic, agatur. *H. Steph.*

(f) Iunius, quum vocem ἀνδρικακίας nihil significare posse existimaret, illam contra quae apud Diogenem exstat, ἀνεξικακίας, & usitatissimam esse sciret, & convenire loco existimaret, statim sibi adripiendam censuit. Aut ego valde fallor, aut reconditus quidam iocus sub hoc Arcesilai dicto latet. Reconditum autem iocum adpello propter novum & ab eo fictum vocabulum ἀνδρικακίας. Non aliud autem sonare arbitror ὑπὸ τῆς ἀνδρικακίας, quam si diceretis ὑπὸ τῆς ἐν ἀνδρὶ κακίας. Neque enim dubito quin hanc festivam in fingendo hoc vocabulo licentiam sibi permiserit. Ac eo maior videri festivitas queat, quod etiam παρὰ προσδοκίαν, dicatur, pro ὑπ᾽ ἀνεξικακίας. Quod tamen alioqui frigide (meo quidem iudicio) diceretur: ut certe frigidum est, quod habet Iunii interpretatio, *patienter se discedere dixit*. Pro quibus tamen verbis, hisce potius usus fuissem, *se pro sua tolerantia tolerare hoc dixit*. Neque tamen tale παρόμοιον (ut quidam vocant) in Graecis est. Alioqui enim dicendum fuisset ὑπ᾽ ἀνεξικακίας ἀνε-

Digitized by Google

Ὡς εἰπὼν, ὄχλοιο περίςασιν ἐς κατέδυνεν,
Οἱ δέ μιν ἤυτε γλαῦκα περίσπιζα (a) τερατεῦντο (b),
Ἠλέματον δεικνύντες, ὅθ' ὕνεκα ὄχλῳ ἀρέσκεις (c).
Οὐ μέγα πρῆγμα. τάλας (d) τὶ πλατύνεαι ἠλίθιος ὥς.

Οὕτω δὲ ἄτυφος ἦν, ὥςε τοῖς μαθηταῖς παρῄνει καὶ ἄλλων ἀκούειν.

Ἀρχύτας ὁ Πυθαγορικὸς 1 ςρατηγῶν (e) τῶν πολιτῶν 2 οὐ δέποτε ἡττήθη 3, φθονηθεὶς δὲ ἅπαξ ἀφῆκε τὴν ςρατηγίαν, καὶ οἱ (f) αὐτίκα ἐληφθῆναι.

Ὁ μυσικὸς ἀρχύτας 4 ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῷ μὴ ἐξακούεσθαι, εἶπε. τὸ γὰρ ὄργανον ὑπ' ἐμοῦ ὀνειδιζόμενον λαλεῖ (g).

Ἀνάξαρχος ὁ Ἀβδηρίτης ἔλεγε μηδὲ αὐτὸ τοῦτο εἰδέναι 5, ὅτι οὐδὲν εἶδεν.

Αἴσωπος, οὐχ ὁ μυθοποιὸς 6, ἔγραψε περὶ ἑλένης, ἔνθα φησὶ πᾶνα ἰχθὺν καλεῖσθαι κητώδη. ἐν τούτῳ δὲ τὸν ἀςερίτην λίθον εὑρίσκεσθαι,

Sic fatus, medium turbae sese intulit: illi
Ceu fringillae ululam circum garrire loquaces,
Et monstrare levem: sed quae caussa impulit, auram
Captares populi, non magni ponderis auctor?
Quid magnos sumendo animos vesane ferocis?

Fuit tamen a fastu adeo alienus, ut discipulis auctor fuerit, ne ab aliorum auditione abhorrerent.

Archytas Pythagoricus, civilium copiarum ductor, numquam adversum praelium commisit, sed postquam semel illum attigit invidia, imperio cessit, ac confestim in hostium potestatem cives venerunt.

Archytas Musicus convitio verberatus, quod exaudiri non posset, respondit, At instrumentum pro me decertans loquitur.

Anaxarchus Abderita dixit se ne id quidem ipsum scire, quod nihil sciret.

AEsopus, non ille fabulator, de Helena commentatus est, ubi scribit Pana vocari piscem cetacei generis, in eoque lapidem asteritem inveniri, qui

1 Ἀρχύτας πυθαγορικὸς) Huius nulla scripta narrat Diogenes, diligens in aliis talium observator. Et tamen varia sunt. Τὸ ἁρμονικὸν laudat Nicomachus περὶ ἀριθμητικῆς lib. I. Ἀλλὰ καὶ Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος, ἀρχόμενος τοῦ ἁρμονικοῦ, τὸ αὐτὸ οὕτω πῶς λέγει. Deinde locum insignem profert ex eo opere. Stobaeus Eclog. I. citat, περὶ ἀρχῶν. Item, περὶ νοῦ καὶ αἰσθήσεως. Eclog. II. Περὶ τοῦ ὄντος. Scripsit etiam, περὶ τοῦ παντός. Simplicius in Categ. Ἀρχύτου τοῦ πυθαγορικοῦ καὶ πρὸ Ἀριςοτέλους τὴν εἰς δέκα τῶν πρώτων γενῶν ποιησαμένου διαίρεσιν, ἐν τῷ βιβλίῳ, ὃ περὶ τοῦ παντὸς ἐκεῖνος ἐπέγραψε.

2 Στρατηγῶν τῶν πολιτῶν) Non civibus tantum imperavit, sed & finitimis Graecis. Suidas. Τοῦ κοινοῦ δὲ τῶν ἰταλιωτῶν προέςη, ςρατηγὸς αἱρεθεὶς αὐτοκράτωρ ὑπὸ τῶν πολιτῶν, καὶ τῶν περὶ ἐκεῖνον τὸν τόπον ἑλλήνων. Et cum lege patriae reliqui exeunte anno imperium deponere tenerentur, ipsi in septennium usque prorogatum ob virtutem fuit. Hoc volunt illa Diogenis lib. VIII. Ἐθαυμάζετο δὲ καὶ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐπὶ πάσῃ ἀρετῇ. καὶ δὴ ἑπτάκις τῶν πολιτῶν ἐςρατήγησε, τῶν ἄλλων μὴ πλέον ἐνιαυτοῦ ςρατηγούντων, διὰ τὸ κωλύειν τὸν νόμον. Huc etiam pertinent illa Strabonis lib. VI. ubi de Tarentinis. Ἀπεδέξαντο δὲ καὶ τὴν Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν. διαφερόντως δ' ἀρχύτας, ὃς καὶ προέςη τῆς πόλεως πολὺν χρόνον. Et illa Synesii ad Paeonium. Καὶ μάλα ἐν δίκῃ, παρ' οἷς ἐνομοθέτει μὲν χαρώνδας, καὶ ζαλεύκος, ἐςρατήγουν δὲ Ἀρχύται καὶ Φιλόλαοι.

3 Οὐδέποτε ἡττήθη) Diogenes ex Aristoxeno. Τὸν δὲ Πυθαγορικὸν (Ἀρχύταν) Ἀριςόξενός φησι μηδέποτε ςρατηγοῦντα ἡττηθῆναι φθονούμενον δ' ἅπαξ ἐκχωρῆσαι τῆς ςρατηγίας, καὶ τοὺς αὐτίκα ληφθῆναι.

4 Ὁ μυσικὸς Ἀρχύτας) Diogenes. Περὶ δὲ τοῦ μυσικοῦ φέρεται, καὶ τόδε, ὡς ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῷ μὴ ἐξακούεσθαι, εἴποι. τὸ γὰρ ὄργανον ὑπὲρ ἐμοῦ διαγωνιζόμενον λαλεῖ.

5 Ἔλεγε μηδὲ αὐτὸ τοῦτο εἰδέναι) Diog. lib. IX.

6 Αἴσωπος, οὐχ ὁ μυθοποιὸς) AEsopus e Phrygia fabulator celeberrimus, a quo etiam, μῦθος εἰσώπειος. Aphthonius in Progymnasm. Νικᾷ δὲ μᾶλλον αἰσώπειος λέγεσθαι, τῷ τὸν Αἴσωπον ἄριςα πάντων συγγράψαι τοὺς μύθους. Eius Scholiastes. Ὁ δὲ Αἴσωπος τοὺς ἐξ ἀλόγων καὶ λογικῶν μύθους ἀνεπλάσατο πρὸς βιωφελῆ παραίνεσιν. διὸ καὶ αἰσώπειοι καλοῦνται. Philostratus Icon. lib. I. Φοιτῶσιν οἱ μῦθοι παρὰ τὸν Αἴσωπον, ἀγαπῶντες αὐτὸν, ὅτι αὐτῶν ἐπιμελεῖται. Videatur Max. Tyrius Dissert. XXXIII. Hesychius μυθοποιὸν vocat, at alii λογοποιὸν dicunt. Theon in Progymnasm Πλεονάζουσι δὲ μάλιςα οἱ καταλογάδην συγγεγραφότες, τὸ λόγους, ἀλλὰ μὴ μύθους καλεῖν. ὅθεν λέγουσι καὶ τὸν Αἴσωπον λογοποιόν. Hinc, *Aesopei logi*, apud Senecam Consolat. ad Polybium capit.

ἀνίχνευσθαι. O quam multas pulcerrimas voces ita iocose ficta in hac pulcerrima & felicissima lingua, ita nobis periisse credibile est. Ita inquam periisse, id est, dum eodem modo in alias, vicinas quidem quod ad scripturam, & usitatas, sed de gratia dicti multum perdentes, mutatae fuerunt. *H. Steph.*

(a) περίσπιζα, versus ita emendandus. γλαῦκα περὶ σπιζαί. & pro ὕνεκα ὄχλῳ ἄρισκ' εἰς, lego, ὅθεν ἕνεκ' ὄχλῳ ἀρέσκεις, aut una voce ὀχλοαρέσκεις. *H. Iun.*

(b) Ita & in vet. exempl. γλαῦκα περὶ σπίζαι τερατεῦντο, sed aptius πέρι scribetur quum dicatur γλαῦκα πέρι pro περὶ γλαῦκα. Illud autem τερατεῦντο intelligo de obstupescentibus tamquam ad τέρας aliquod, id est monstrum, seu portentum, non aliter quam aviculae illae ad ulubae conspectum obstupescunt. *H. Steph.*

ὂν. οὐκοῦν δοκεῖς οὕτως ἔχειν καὶ περὶ τ' ἀγαθοῦ. τὸ μὲν ἀγαθόν, τὸ δὲ, πρᾶγμα εἶμεν (a) καθ' αὐτό. ὅς τις δέκα (b) εἴδη μαθὼν τήνω ἀγαθὸς γίγνεται οὗτος. ὁ Πλάτων Χαβρίᾳ συνείπετο τῷ στρατηγῷ φεύγοντι θανάτου, μηδενὸς τῶν πολιτῶν τοῦτο πρᾶξαι βουληθέντος. ὅτε καὶ ἀνίοντι αὐτῷ εἰς τὴν ἀκρόπολιν σὺν τῷ Χαβρίᾳ, Κρωβύλος ὁ συκοφάντης ἀπαντήσας, φησὶν, ἄλλῳ συναγορεύσων ἥκεις, ἀγνοῶν ὅτι καί σε τὸ Σωκράτους κώνειον ἀναμένει; ὁ δ' ἔφη, καὶ ὅτε ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἐστρατευόμην, ὑπέμενον, τοὺς κινδύνους δὲ νῦν ὑπὲρ τοῦ καθήκοντος διὰ φίλον ὑπομενῶ. τοιοῦτος δὲ ὢν ὅμως ἐσκώφθη καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν κωμικῶν. Θεόπομπος γοῦν φησιν 1.

— ἐν

1 Θεόπομπος γοῦν φησιν) In Hedychare, ut tradit Diogenes lib. III. apud quem legitur Θεόπεμπτος, quo nomine etiam vocatur ab Antonio Monacho Melissae lib. I. capp. XLV. & LXXII. item lib. II. cap. LIV. Theopompi autem plures fuerunt; duo scriptis illustriores, unus Comicus, alter Rhetor. Videatur Suidas. Prior hic est, quem citat Hesychius, scripsitque Comoedias XXIV. Ab eo carmen Θεοπόμπειον dictum, eiusque παῖδες citantur ab Hephaestione in Enchiridio. Ὥστε τοῖς τρισὶ παίωσι τοῖς πρώτοις ἐπάγειν Κρητικόν. τούτῳ καὶ ἐπὶ τοῦ πενταμέτρου Θεόπομπος ὁ κωμικὸς ἐχρήσατο ἐν παισὶν, ἀφ' οὗ καὶ Θεοπόμπειον καλεῖται. Itaque corrigi debet Aristophanis Scholiastes ad Aves. Ἔχει δὲ καὶ περὶ τὰς μνήμας τινὰς αἰτίας, ὥς φησι Στράτων ἐν κινησίᾳ, διὸ καὶ κατὰ σκελῶν ἐφόρει τὸ ἱμάτιον, ὡς Θεόπομπος ἐν παισί. Editur hodie, Θεόπομπος ἐν παιᾶσι. Quod ἡδυχάρην attinet, unde hoc epigramma est, quod profert Hesychius, eius meminit quoque Harpocration. Ὅτι τῶν νεωνήτων οἱ δεσπόται τὰ τραγήματα κατέχεον, Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ δηλοῖ. ὅτι δὲ καὶ τῶν ἀπὸ καθιερίας, καὶ τῶν νυμφίων, Θεόπομπος ἐν Ἡδυχάρει. Videatur etiam Suidas in καταχύσματα. Occurrit quoque apud Athenaeum libb. VII. & XV. Itaque recte hoc nomen Diogeni restituit Isaacus Casaubonus, vir in omni litteratura humaniori facile princeps. Eiusdem παμφίλη legitur apud Etymolog. in ἐπιτεθῆ, & ὀδύσσεια apud Erotianum. Ἁρμάτιον citat Athenaeus lib. IV. καλλαισχρον idem libb. VII. ac IX. & Iul. Pollux lib. IX. εἰρήνην, ac σειρῆνας, Athenaeus lib. IX. Pollux lib. II. cap. II. lib. VII. capit. XXX. lib. X. capp. XXVI. & XXVII. item Etymolog. in ἐπὶ χαριξένης. Eius ἄλθαι laudantur ab Athenaeo lib. XI. Πενελόπη lib. IV. Θησεὺς a Suida in ἀβυρτάκη. ἐποποιοὶ a Sophocle Grammatico ad Apollonii Argonaut. IV. Exstat de eo insignis locus, ac prolixus, anonymi auctoris apud Suidam. Alter Theopompus Chius fuit, rhetor, Isocratis auditor, scripsitque praeter alia Herodoti ἐπιτομὴν libris II. Historiam Graecam libris XI. Philippica libris LXXII. Testatur ille ipse, quem iam ante testem vocavi, Suidas. Ἔγραψεν ἐπιτομὴν Ἡροδότου ἐν βιβλίοις β'. Φιλιππικὰ ἐν βιβλίοις οβ'. Ἑλληνικὰς ἱστορίας. ἕπονται δὲ ταῖς Θουκυδίδου καὶ Ξενοφῶντος. καὶ εἰσὶν ἐν βιβλίοις ια'. ἔχουσι τὰ ἀπὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, καὶ λοιπά. Epitomen Herodoti non adgnoscit Dionysius Halicarnasseus in epistola ad Pompeium; sed Philippica tantum, atque Hellenica nominat. Ἄξιος ἐπαινεῖσθαι [Θεόπομπος] πρῶτον μὲν τῆς ὑποθέσεως τῶν ἱστοριῶν. καλαὶ γὰρ ἀμφότεραι. ἡ μὲν, τὰ λοιπὰ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου περιέχουσα. ἡ δὲ, τὰ Φιλίππῳ πεπραγμένα. ἔπειτα τῆς οἰκονομίας, & quae sequuntur. Ex Herodoti Epitome indubie est locus, quem exagitat Dionysius Longinus περὶ ὕψους. Παρὰ γοῦν τῷ Ἡροδότῳ κατὰ μὲν τὰ λήμματα δαιμονίως ὁ χειμὼν πέφρασται, &c. ὁμοίως καὶ ὁ Θεόπομπος ὑπερφυῶς σκευάσας τὴν τοῦ πέρσου κατάβασιν ἐπ' Αἴγυπτον, ὀνοματίοις τισὶ τὰ ὅλα διέβαλεν. Et ad illam putem spectare etiam ista Sophoclis ad Apollonii Argonaut. lib. IV. Ἀκριβέστερον δέ ἐστι τὰ περὶ αὐτοῦ παρὰ Ἡροδότῳ. Θεόπομπος δ' ἐν τρίτῳ σέσωστρον αὐτὸν καλεῖ. Ἡρόδοτος δὲ προστίθησιν, &c. Sed ait Suidas huius ἐπιτομῆς tantum duos fuisse libros; atqui hic citatur tertius. Necessario in alterutro mendum, ex confusione numerorum. Scripsit autem etiam Philippica, atque ex iis locum adducit Demetrius Phalereus lib. περὶ ἑρμηνείας. Δῆλον δ' ἡμῖν τοῦτο ποιεῖ Θεόπομπος. κατηγορῶν γὰρ τῶν τοῦ Φιλίππου φίλων, φησίν. ἀνδροφόνοι δὲ τὴν φύσιν ὄντες, ἀνδροπόρνοι τὸν τρόπον ἦσαν. καὶ ἐκαλοῦντο μὲν ἑταῖροι, ἦσαν δὲ ἑταῖραι. Aliquot etiam loca profert Theon in Progymn. Citat passim Sophocles ad Argonautica Apollonii, Clemens, Athenaeus, Suidas; ac infinitis locis Harpocration, & Stephanus. Ad Historiae Graecae libros quod attinet, eos saepe, & indistinctae, prae ceteris citant Clemens, Apollonii interpres, quem iam ante nominavi, Sophocles, Theon in Progymn. Val. Maximus lib. VIII. cap. XIV. & AElia-

(a) Τὸ δὲ πρᾶγμα εἶμεν. Ex hoc loco emendari potest Laertio, & eius versio, τὸ δὲ πρᾶγμα εἶμεν καθ' αὐτὸ, ibique interstinguendum puto, nam εἶμεν est Doricum pro εἶναι, non autem εἰ μὲν, quod est, Siquidem, uti ille pervertit. *H. Iun.*

(b) Non animadvertit Iunius gravissimum mendum sub duabus parvis syllabis quae sunt, in δέκα, latere, ut adparet ex eius interpretatione (vertit enim, *qui dena carminum genera perdidicit.*) Detegam autem hoc quoque magnum malum apud Laertium, deo favente. *H. Steph.*

Digitized by Google

—— ἓν γάρ ἐςιν ὐδὲ ἕν.
Τὰ ⸗ δυο μόλις ἕν ἐςιν ὥς φησι Πλάτων.
Ἀλλὰ ϗ Ἀναξανδρίδης 1.
Οὔτε τὰς μωρίας (a) ἔτρωγεν ὥσπερ Πλάτων.
Καὶ Τίμων παραγραμματίζων αὐτόν.
Ὡς ἀνέπλασε Πλάτων πεπλασμένα θαύματα εἰδώς.
Ἄλεξις 2.
Εἰς καιρὸν ἥκεις, ὡς ἔγωγ᾽ ἀπορουμένη
Ἄνω κάτω τε περιπατοῦσ᾽ ὥσπερ Πλάτων,
Σοφὸν οὐδὲν εὕρηκ᾽, ἀλλὰ κοπιῶ τὰ σκέλη.
Καὶ πάλιν 3.
Λέγεις περὶ ὧν οὐκ οἶσθα συγγενοῦς (b) τρέχων
Πλάτωνι, καὶ γνώσῃ λίτρον ϗ κόμμυον.
Ἄμφις Ἀμφικράτει 4.
Τὸ δ᾽ ἀγαθὸν, ὅ, τι ποτέ ἐςιν, οὗ σὺ τυγχάνειν (c)
Μέλλεις διὰ ταύτην, ἧττον οἶδα τοῦτ᾽ ἐγὼ,
Ὦ δέσποτα, ἢ τὸ τοῦ Πλάτωνος ἀγαθόν.
Ὁ Πλάτων περὶ μὲν ὧν κατείληφεν ἀποφαίνεται. τὰ δὲ ψευδῆ διελέγχει. περὶ δὲ τῶν ἀδήλων ἐπέχει. καὶ περὶ μὲν τῶν αὐτῷ δοκούντων ἀποφαίνεται διὰ τεσσάρων προσώπων, Σωκράτους, Τιμαίου (d). περὶ ⸗ τῶν ψευδῶν ἐλεγχομένους εἰσάγει Θρασύμαχον, Καλλικλέα, Πῶλον, Γοργίαν. ἔλεγε δὲ τὴν μὲν ψυχὴν, ἀρχὴν ἔχειν ἀριθμητικὴν, τὸ ⸗ σῶμα γεωμετρικήν. ὡρίζετο ⸗ αὐτὴν ἰδέαν τοῦ πάντη διεστῶτος πνεύματος, αὐτοκίνητόν τε εἶναι.
Πύῤῥων ὁ Ἠλεῖος Ἀναξάρχῳ συνακολουθῶν 5. καὶ

Vnum enimvero ne unum quidem est,
Imo duo vix sunt unum, quod sentit Plato.
Praeterea Anaxandrides,
Quum devorabat oleas, ut solet Plato.
Et Timon ad nomen adludens.
Ceu finxit portenta loqui & miracula doctus
Vana Plato.
Item Alexis.
In tempore advenis, nam consilii indiga
Sursum deorsum palor, ut Plato, obambulans,
Nec repperi sapientem lassa cruribus.
Iterum.
Ipsi tibi ignota loqueris, quin ut Plato
Vagus discurre, & quid cepe, ac nitrum, scies.
Amphis in Amphicrate.
Quod nam istud sit bonum, quo tu potirier
Te posse reris propter hanc, equidem minus
Here scio, quam Platonis quod fuerit bonum.
Plato quae adsequutus & animo complexus fuit, adserit, falsa refutat, de incertis definire supersedet: de iis, quae adprobat, per quatuor personas sententiam suam prodit, nempe Socratem, Timaeum, Atheniensem hospitem, & exterum Eleatem. Mendacium vero refellentes inducit Trasymachum, Calliclem, Polum, & Gorgiam. Animam dicebat principium sui habere Arithmeticam, corpus vero Geometriam: definiebatque animam esse formam spiritus quoquoversum distracti, & se suapte vi moventem.
Pyrrho Eleus Anaxarcho comes cum Gymnoso-

---

lianus Var. Hist. lib. VI. Distincte vero lib. IV. Stephanus in ἄσπενδος, & σελλασία, VIII. in ἔμβατον. Iudicium de eius Historia Quintilianus hoc reddit lib. X. cap. I. *Theopompus his (Thucydidi, & Herodoto) proximus, ut in historia praedictis minor, ita oratori magis similis: ut qui antequam est ad hoc opus solicitatus, diu fuerit orator.* Cicero in Bruto. *Officit Theopompus elatione atque altitudine orationis suae.* Athenaeus lib. III. Μαθέτω παρὰ Θεοπόμπου τοῦ Χίου, ἀνδρὸς φιλαλήθους, καὶ πολλὰ χρήματα καταναλώσαντος εἰς τὴν περὶ τῆς ἱςορίας ἐξέτασιν ἀκριβῆ. Demetrius Phalereus, περὶ ἑρμηνείας, dicit δεινὰ οὐ δεινῶς λέγοντα. Prolixe admodum de eo Photius in Bibliotheca, & Dionysius Halycarnasseus in epistola ad Pompeium, quae videatur. Praeterea eius librum, περὶ τῶν ἐκ Δελφῶν συληθέντων χρημάτων, nominat Athenaeus libb. XII. & XIII. Alia quoque Dionysius Halycarnasseus in illa ad Pompeium epistola. Καὶ πολλοὺς μὲν πανηγυρικοὺς, πολλοὺς ⸗ συμβουλευτικοὺς, συνταξάμενος λόγους, ἐπιςολάς τε τὰς ἀρχαϊκὰς γραφομένας, ϗ ὑποθήκας ἄλλας. Antea Historica eius recensuimus; hic habes ecce etiam Oratoria singillatim. Addit porro etiam ἐπιςολὰς ἀρχαϊκὰς, & ex iis duas Athenaeus commemorat lib. XIII. unam ad Chios, alteram ad Alexandrum. Rursum aliam ad Tisamenum Harpocration in καταπλήξ. Hic autem est ille Theopompus, qui, quum in Historiam suam quaedam e sacris literis inserere non recte vellet, per triginta dies mentem turbatam habuit. Aristeas de LXX. Interpret. Καὶ γὰρ ἔφησεν ἀκηκοέναι Θεοπόμπου, διότι μέλλων τινὰ τῶν προηρμηνευμένων ἐπισφαλέςερον ἐκ τοῦ νόμου προσιστορεῖν, ταραχὴν λαβεῖν τῆς διανοίας πλεῖον ἡμερῶν τριάκοντα. Et meminerunt huius rei quoque alii. Praeter utrumque hunc tantopere celebrem, tertius est minore fama, Sinopensis, qui scripsit περὶ σεισμῶν. Laudat eum Phlegon Trallianus. Θεόπομπος δέ φησιν ὁ Σινωπεὺς, ἐν τῷ περὶ σεισμῶν, ἐν τῷ Κιμμερικῷ Βοσπόρῳ αἰφνιδίως σεισμοῦ γενομένου, τὸν παρ᾽ αὐτοῖς τινὰ ἀναῤῥαγῆναι λόφον. Et fortassis idem est, cuius τὰ θεσπέσια adlegat Apollonius Mirab. Histor. X.

1 Ἀλλὰ ϗ Ἀναξανδρίδης) In Theseo. Ita Diogenes laudat. Huius Comici multa passim occurrunt fragmenta. Videantur quae de eo Suidas & Athenaeus lib. IX.

2 Ἄλεξις) In Metopide. Huius poetae fragmenta quoque collecta exstant.

3 Καὶ πάλιν) In Ancylione.

4 Ἄμφις ἀμφικράτει] Et huius etiam poetae fragmenta habemus.

5 Ἀναξάρχου συνακολουθῶν] Diogenes lib. IX. Εἶτα Ἀναξάρχῳ συνακολουθῶν πανταχοῦ, ὡς καὶ τοῖς γυμνοσοφιςαῖς ἐν Ἰνδίᾳ συμμῖξαι, καὶ τοῖς μάγοις.

(a) Τὰς μωρίας, scribendum est per ο simplex, μορίας, ut sint olivae, de quibus etiam Comicus salse ludit, εἰς ἀκαδημίαν κατιὼν ὑπὸ ταῖς μορίαις καταδρέξεις, id est, quum in Academiam descendens sub oleis decurres. *H. Iun.*

(b) Συγγενοῦς, in his versibus legendum συγγνῶς adverbium, pro συγγνοῦς, & κρόμμυον, non κόμμυον. *H. Iun.*

(c) Οὗ σὺ τυγχάνειν repono οὗ relativum, & mox ante Πλάτωνος adieci articulum τοῦ, ut suis numeris non claudicare verius. *H. Iun.*

(d) Σωκράτους, Τιμαίου, inserenda huc ex Laertio haec nomina, τοῦ Ἀθηναίου ξένου, τοῦ Ἐλεάτου ξένου desiderantur: enim. *H. Iun.*

sophistis, Indis, & Magis consuetudinem habuit. Hic legem quamdam & formulam invexit incomprehensibilitatis (quam ἀκαταληψίαν vocat, quasi nihil percipi possit) & epoches, quam adsensionis retentionem, subspensionemve dicimus. Negabat quidquam revera esse honestum vel flagitiosum, iustum vel iniustum: vel consimiliter de ceteris: homines tantummodo cuncta agere aut ex legis instituto aut ex consuetudine disserebat, nihilo enim magis hoc quam illud esse. Praedicant illum solere solitudines & secessus captare, raro domesticis videndum se praebendo, idque fecisse ab eo tempore, quo Indum audierat Anaxarcho exprobantem obiicientemque, quod alium neminem virtutem & bonum doceret, ipse aulas regum colens atque frequentans. Praeterea eodem in statu habituque persistere solitum memorant, ut etiamsi dicentem quis desereret, secum nihilominus incoeptum sermonem perageret. Non raro peregrinationem suscipiebat, nemini sui instituti indicium faciens, & quibus cum vellet una vagabatur. Deprehensus quandoque secum loqui, causamque interrogatus, respondit meditari secum, qua ratione vir bonus fiat, & aliis utilis. In quaestionibus nemo despectui illum habuit, eo quod oratione pressa, & ad interrogationem accommodata, responderet. In patria tanti est habitus, ut pontifex maximus designatus fuerit: atque in eius gratiam omnibus philosophis immunitas a vestigalibus plebiscito promulgata est.' Pie vixit & cum sorore obstetricante. Idem in forum deferebat venum aviculas, si ita res ferebat, & porcellos. Vtensilia domus promiscue tergebat atque mundabat. Commotior in sororem, cui Philistae nomen erat, & ob id reprehensus ab alio, dixit: In muliercula non esse edendum specimen adiaphoriae & indifferentiae. Irruente olim in eum cane exterritus, ad culpantem dixisse memoratur: Quam difficile est hominem penitus exuere: contendendum tamen est primum, quam fieri potest, maxime operibus; si id nequeat, saltem ratione.

καὶ τοῖς Γυμνοσοφισαῖς καὶ τοῖς Μάγοις συνέμιξεν. ὗτος τὸ τῆς καταληψίας (a) καὶ ἐποχῆς εἶδος εἰσήγαγεν. οὐδὲν γὰρ ἔφασκεν ὔτε καλὸν ὔτε αἰσχρὸν ὔτε δίκαιον. ὔτε ἄδικον. καὶ ὁμοίως ἐπὶ πάντων, μηδὲν εἶναι τῇ ἀληθείᾳ. νόμῳ δὲ καὶ ἔθει πάντα τὺς ἀνθρώπυς πράττειν. ὐ γὰρ μᾶλλον τόδε ἢ τόδε εἶναι ἕκαςον. φασὶ δὲ αὐτὸν ἐκπατεῖν καὶ ἐρημάζειν σπανίως ἐπιφαινόμενον τοῖς οἴκοι. τῦτο δὲ ποιεῖν, ἀκύσαντα Ἰνδῦ τινὸς ὀνειδίζοντος Ἀναξάρχῳ. ὡς ὐκ ἂν ἕτερόν τινα διδάξαι ὗτος ἀγαθὸν, αὐτὸς αὐλὰς βασιλικὰς θεραπεύων. ἀεί τε εἶναι ἐν τῷ αὐτῷ καταςήματι, ὥς τε εἰ καί τις αὐτὸν καταλίποι μεταξὺ λέγοντα, αὐτῷ διαπεραίνειν τὸν λόγον. πολλάκις δὲ καὶ ἀπεδήμει μηδενὶ προειπών. καὶ συνερέμβετο οἷς τισιν ἤθελε. καταληφθεὶς δέ ποτε αὐτῷ λαλῶν, καὶ ἐρωτηθεὶς τὴν αἰτίαν, ἔφη, μελετᾷν χρηςὸς εἶναι. ἐν ταῖς ζητήσεσιν (b) ὑπ' ὐδενὸς κατεφρονεῖτο, διὰ τὸ ἐξοδικῶς λέγειν, καὶ πρὸς ἐρώτησιν. ὕτω δ' ὑπὸ τῆς πατρίδος ἐτιμήθη, ὥς τε καὶ ἀρχιερεὺς κατέςη. καὶ δι' ἐκεῖνον πᾶσι τοῖς φιλοσόφοις ἀτέλεια ἐψηφίσθη 1. εὐσεβῶς καὶ τῇ ἀδελφῇ συνεβίω μαιευύσῃ (c). καὶ φέρων εἰς τὴν αὔραν (d), ἐπίπρασκεν ὀρνίθια, εἰ τύχοι, καὶ χοιρίδια. καὶ τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐκάθαιρεν ἀδιαφόρως. καὶ χολήσάς τι περὶ τῆς ἀδελφῆς (Φιλίςα ἐκαλεῖτο) πρὸς δὲ τὴν λαβόμενον, εἶπεν. ὡς ὐκ ἐν γυναίῳ (e) ἐπίδειξις τῆς ἀδιαφορίας. καὶ κυνὸς ποτὲ ἐπενεχθέντος διασοβηθέντος (f), εἶπε πρὸς τὸν αἰτιασάμενον, ὡς χαλεπὸν εἴη ὁλοσχερῶς ἐκδύναι τὸν ἄνθρωπον. διηγωνίζετο δὲ πρῶτον μὲν, ὡς οἷόν τε τοῖς ἔργοις πρὸς τὰ πράγματα, εἰ δὲ μὴ, τῷγε λόγῳ.

Potamonem Mitylenaeum rhetorem patrium solum repetentem Tiberius Caesar huiusmodi litteris viatici loco instructum dimisit: Potamonem Lesbonactis filium si quis offendere aut incommodare ausus fuerit, consideret secum ille, an mecum suscipere bellum valeat.

Ποτάμωνα τὸν Μιτυληναῖον ῥήτορα 2 εἰς τὴν πατρίδα ἐπανιόντα ποτὲ 3, ὁ Καῖσαρ Τιβέριος τοιούτοις ἐφοδίαζε γράμμασι. Ποτάμωνα τὸν Λεσβώνακτος εἴτις ἀδικεῖν τολμήσοι, σκεψάσθω εἴ μοι δυνήσεται πολεμεῖν.

Σ

Sibylla Romana vox est, fatidicam mulierem signi-

Σίβυλλα, ῥωμαϊκὴ λέξις ἐςὶν, ἑρμηνευομένη Προ-

1 Καὶ ἀρχιερεὺς κατέςη, καὶ δι' ἐκεῖνον πᾶσι τοῖς φιλοσόφοις ἀτέλεια ἐψηφίσθη] Totidem verbis Diogenes.

2 Ποτάμωνα τὸν Μιτυληναῖον, ῥήτορα] Potamones duo fuerunt; unus Alexandrinus, philosophus; alter Mitylenaeus, rhetor. Videndus Suidas. Huius nostri meminit quoque Strabo lib. XIII.

A

3 Εἰς τὴν πατρίδα ἐπανιόντα ποτὲ] Suidas. Ποτάμων Μιτυληναῖος, υἱὸς Λεσβώνακτος, ῥήτωρ. ἐσοφίςευσεν ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Καίσαρος Τιβερίυ. καί ποτε αὐτῦ εἰς τὴν πατρίδα ἐπανιόντος, ὁ βασιλεὺς ἐφοδιάζει τοίοισδε γράμματι. Ποτάμωνα Λεσβώνακτος, &c.

(a) Καταληψ. lege ex Laertio ἀκαταληψίας. *H. Iun.*

(b) Hoc etiam loco videri possit scribendum συζητήσεσιν. *H. Steph.*

(c) Μαιευύσῃ scribo μαιευύσῃ quod divulsum μαίᾳ ὔσῃ exstulit Laertius. *H. Iun.*

(d) Αὔραν. Vitiosa scriptura, quum ἀγορὰν legi debeat. *H. Iun.*

(e) Οὐκ ἐν γυναίῳ. Compressius idem atque tenebrosius narrat, quod Aristocles ex Antigono Carystio dilucidius atque explanatius refert in hanc sententiam. Philistae Pyrrhonis sorori rem divinam facturae, amicus pollicitus fuerat se suppeditaturum sacrificio sumtus, neque praestiterat: quare Pyrrhon ob id iratior necessaria omnia comparavit. Itaque reprehendit eum ex amicis unus velut non facientem dictis suis consentanea, & adfectuum vacuitate, quam profitebatur, indigna: cui respondit ille, ἐν γῦν γυναικὶ ὐ δεῖ τὴν ἐπίδειξιν αὐτῆς ποιεῖσθαι, quasi indignior sit mulier, quam ut specimen apathiae in ea edendum sit. *H. Iun.*

B

(f) Διασοβηθέντος, male, pro διασοβηθεὶς, ut mihi videtur. Idem Aristocles refert hoc illi accidisse, quum sibi a cane persequente metuens, in arborem conscendit, eo usus perfugio. *H. Iun.*

Digitized by Google

Προφῆτις 1 (a). ὅθεν αἱ θέλεαι μάντιδες ἑνὶ ὀνόματι, Σίβυλλαι ὠνομάζοντο. γεγόνασι δὲ Σίβυλλαι δέκα 2. ὧν πρώτη ἡ Χαλδαία 3, ἡ περὶ Χριςῦ προφητεύσασα. εἰ δὲ οἱ ςίχοι αὐτῆς ἀτελεῖς εὑρίσκονται, καὶ ἄμετροι, οὐκ αὐτῆς ἡ αἰτία, ἀλλὰ τῶν ταχυγράφων, ἀσυμφθασάντων τῇ ῥύμῃ τοῦ λόγου. ἅμα γὰρ τῇ ἐπιπνοίᾳ, ἐπέπαυτο ἡ τῶν λεγομένων μνήμη.

Στησίχορος ὁ Λυρικὸς γράψας ψόγον Ἑλένης 4, ἐτυφλώθη. πάλιν δὲ γράψας Ἑλένης ἐγκώμιον 5, ἀνέβλεψεν. ἐκλήθη δὲ Στησίχορος 6, ὡς πρῶτος ἐν κιθαρῳδίᾳ ςήσας χορόν. πρότερον γὰρ Τισίας ἐλέγετο.

Σαπφὼ ἡ Λεσβία 7, δι' ἔρωτα Φάωνος τοῦ Μιτυληναίου, ἐκ τοῦ Λευκάτα κατεπόντισεν ἑαυτὴν 8.

Σο-

significans, unde Vaticinae feminae uno nomine Sibyllae vocantur: decem autem numero fuere, quarum prima Chaldaea de Christo vaticinata est; cuius si versus aliquot imperfecti, & metricis legibus parum constantes inveniantur, non ipsius id culpa, sed notariorum vitio accidit, qui vim ac flumen verborum calamo adsequi nequiverunt, quod simul cum cessante inspiratu, dictorum memoria intercideret atque moreretur.

Stesichorum Lyricus, quum scripsisset Helenae vituperium, luminibus orbatus fuit, recepto visu, postquam recantasset edito Helenae encomio. Nomen autem Stesichori accepit, quod primus chorum statuerit in cantu ad citharam, dictus antea Tisias.

Sappho Lesbia amore Phaonis Mitylenaei ardens de Leucate promontorio in mare praecipitem se dedit.

So-

---

1 Σίβυλλα, ῥωμαϊκὴ λέξις ἐςὶν, ἑρμηνευομένη προφῆτις] Antimachus de Orac. Sibyll. Σίβυλλαι τοίνυν, ὡς πολλοὶ ἔγραψαν, γεγόνασιν ἐν διαφόροις τόποις, καὶ χρόνοις, τὸν ἀριθμὸν δέκα. Σίβυλλα δὲ, ῥωμαϊκὴ λέξις, ἑρμηνευομένη προφῆτις, ἤγουν μάντις. ὅθεν ἑνὶ ὀνόματι αἱ θήλεαι μάντιδες ὠνομάσθησαν. Lactantius lib. I. cap. VI. *Sibyllae sunt a veteribus nuncupatae, vel ab unius Delphidis nomine; vel a consiliis deorum denuntiandis. σιὺς enim deos non θεὺς, & consilium non βυλὴν sed βυλὴν adpellabant AEolico genere sermonis.* Diodor. Siculus lib. II. (B) Ἐνθεαζούσης δὲ αὐτῆς πολλάκις, καὶ χρησμοὺς ἀποφαινομένης, φασὶν ἐπικληθῆναι Σίβυλλαν. τὸ γὰρ ἐνθεάζειν κατὰ γλῶσσαν ὑπάρχει σιβυλλαίνειν. Videatur Servius ad AEneid. III. & VI. Hieronymus contra Iovinianum lib. I. & Isidorus Orig. lib. VIII. cap VIII.

2 Γεγόνασι δὲ Σίβυλλαι δέκα) AElianus Var. Hist. lib. XII. Σίβυλλαι τέσσαρες, ἡ Ἐρυθραία, ἡ Σαμία, ἡ Αἰγυπτία, ἡ Σαρδιανή. οἱ δέ φασιν, καὶ ἕτεραι ἕξ, ὡς εἶναι τὰς πάσας δέκα. Ac de numero eorum passim obvium est. Hermias (C) in Phaedrum Platonis lib. II. Πολλαὶ μέν τοι Σίβυλλαι γεγόνασι, πᾶσαι τὸν μαντικὸν ἑλόμεναι βίον. πᾶσαι μέντοι διά τινα ἴσως αἰτίαν εἵλοντο Σίβυλλαι προσαγορεύεσθαι. Aristophanis Scholiastes Avibus tres tantum enumerat. Σίβυλλαι τρεῖς ἐγένοντο, ὧν ἡ μέν ἐςιν, ὡς διὰ τῆς ποιήσεώς φησιν, Ἀπόλλωνος ἀδελφή. δευτέρα δὲ, Ἐρυθραία. τρίτη δὲ, ἡ Σαρδιανή. Vides peritiam Grammatici.

3 Ὧν πρώτη ἡ Χαλδαία) Haec proprie Sambethe adpellabatur. Antimachus loco citato. (D) Πρώτη οὖν ἡ Χαλδαία, ἤγουν ἡ Περσὶς, ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη Σαμβήθη, ἐκ τοῦ γένους οὖσα τοῦ μακαριωτάτου Νῶε, ἡ τὰ κατ' Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα λεγομένη προειρηκέναι, ἧς μνημονεύει Νικάνωρ ὁ τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἱςορήσας. Suidas. Σίβυλλα Χαλδαία, ἡ πρός τινων Ἑβραία ὀνομαζομένη, ἡ καὶ Περσὶς, ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη Σαμβήθη, &c. Totidem pene verbis.

4 Γράψας ψόγον Ἑλένης) Suidas de eo. Φασὶ δὲ αὐτὸν γράψαντα ψόγον Ἑλένης τυφλωθῆναι. πάλιν δὲ γράψαντα Ἑλένης ἐγκώμιον ἐξ ὀνείρου, τὴν Παλινῳδίαν, ἀναβλέψαι.

5 Πάλιν δὲ γράψας Ἑλένης ἐγκώμιον) Scripsit etiam, Ἑλένης ἐπιθαλάμιον. Scholiastes Theocriti Idyll. XVIII. Ἐπιγράφεται τὸ παρὸν Εἰδύλλιον, Ἑλένης ἐπιθαλάμιος. καὶ ἐν αὐτῷ τινα εἴληπται ἐκ τοῦ πρώτου Στησιχόρου Ἑλένης ἐπιθαλαμίου. Et fortassis in hoc carmine tractavit Helenae laudes, quam antea vituperaverat. Historiam, sive potius fabulam, tangit Horatius Epod. XVII.

Infamis Helenae Castor offensus vice,
Fraterque magni Castoris, victi prece,
Ademta vati reddidere lumina.

Quo loco vetus interpres Acron. *Stesichorus poeta Siculus, dum vituperationem Helenae dixisset, indignatione Castoris & Pollucis oculos amisit; sed placati postea lumina ei reddiderunt.* Insignis locus est apud Isocratem in Encomio Helenae. Ἐπεδείξατο δὲ καὶ Στησιχόρῳ τῷ ποιητῇ τὴν αὑτῆς δύναμιν. ὅτε μὲν γὰρ ἀρξάμενος τῆς ᾠδῆς ἐβλασφήμησέ τι περὶ αὐτῆς, ἀνέςη τῶν ὀφθαλμῶν ἐςερημένος. ἐπειδὴ δὲ γνοὺς τὴν αἰτίαν τῆς συμφορᾶς τὴν καλουμένην παλινῳδίαν ἐποίησε, πάλιν αὐτὸν εἰς τὴν αὐτὴν φύσιν κατέςησε. Et apud Dionem Chrysostomum Orat. de Ilio non capto. Καὶ ταῦτα πάντα ποιήσαντα περὶ Ἑλένης Στησίχορον, ὡς οἶμαι, τυφλωθῆναί φατε ὑπὸ τῆς Ἑλένης, ὡς ψευσάμενον. αὖθις δ' ἀναβλέψαι τἀναντία ποιήσαντα; Eam palinodiam citat Maximus Tyrius Dissert. XI. Οὐκ ἔς' ἔτυμος λόγος, λέγει τις τῶν αὐτοῦ ᾀσμάτων ὁ Ἱμεραῖος ποιητὴς, ἐξομνύμενος τὴν ἔμπροσθεν ᾠδὴν, ἐν ᾗ περὶ τῆς Ἑλένης εἰπὼν φησιν οὐκ ἀληθεῖς λόγους. ἀναμάχεται οὖν ἐπαίνῳ τὸν ἔμπροσθεν ψόγον.

6 Ἐκλήθη δὲ Στησίχορος) Totidem verbis Suidas. Athenaeus lib. XIII. Καὶ Στησίχορος δ' οὐ μετρίως ἐρωτικὸς γενόμενος, συνέςησε καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ᾀσμάτων, ἃ δὴ καὶ τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο παιδιὰ, καὶ παιδικά.

7 Σαπφὼ ἡ Λεσβία) Videatur Suidas.

8 Ἐκ τοῦ Λευκάτα κατεπόντισεν ἑαυτὴν) Sapphus hanc historiam commemorat etiam Auctor Proverbiorum. Φασὶ καὶ τὴν Σαπφὼ ἐρασθῆναι, μὴ φέρουσαν δὲ τὸ πάθος, ῥῖψαι αὐτὴν κατὰ τῶν ἐν Λευκάδι πετρῶν. Nam credebant

ve-

(a) Hoc de Sibylla esse vocabulum Romanum, nisi additum & velut adsutum esse huic scriptori dicamus, aliquid de eius existimatione detractum erit. *H. Steph.*

Digitized by Google

Sophocles tragicus, Apis cognominatus fuit, ob carminis suavitatem.

Sophron Syracusius Agathoclis F. scripsit oratione soluta, sed Dorica dialecto, Mimos masculos & muliebres, quos Platonem semper in ma-

Σοφοκλῆς ὁ Τραγικὸς 1 μέλιττα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ἡδύ 2.

Σώφρων Συρακούσιος 3, Ἀγαθοκλέους, ἔγραψε καταλογάδην Δωρίδι διαλέκτῳ 4, Μίμους ἀνδρείους καὶ γυναικείους 5. καί φασι Πλάτωνα τὸν

---

veteres Leucatae saltum, amoribus mederi. Et prima Sappho experiri rem voluit. Strabo lib. x. Πέτρα ἐστὶ λευκὴ τὴν χρόαν προκειμένη τῆς Λευκάδος, εἰς τὸ πέλαγος καὶ τὴν Κεφαλληνίαν, ὡς ἐντεῦθεν τοὔνομα λαβεῖν. ἔχει δὲ τὸ τοῦ Λευκάτα Ἀπόλλωνος ἱερὸν, καὶ τὸ ἅλμα τὸ τοὺς ἔρωτας παύειν πεπιστευμένον. οὗ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφὼ, ὥς που φησὶν ὁ Μένανδρος.

Τὸν ὑπέρκομπον θηρῶσα Φάωνα

Οἰστρῶντι πόθῳ ῥίψαι πέτρας ἀπὸ τηλεφανοῦς.

Hinc γύναιον πορνικὸν ἐρωτομανὲς eam adpellat Tatianus in Orat. πρὸς Ἕλληνας, his verbis. Καὶ ἡ μὲν Σαπφὼ, γύναιον πορνικὸν ἐρωτομανὲς, καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀσέλγειαν ᾄδει. Porro & hoc per occasionem notandum illic, πορνικὸν dici. Certe meretricem etiam Athenaeus statuit lib. XIII. Verba statim proferam. Atque hinc *Publica* dicitur Senecae Epist. LXXXVIII. *In his libris de patria Homeri quaeritur, in his de Aeneae matre vera: in his, an Sappho publica fuerit: & alia, quae erant dedifscenda, si scires.* Fuerunt vero hoc nomine duae: una Mitylenaea, altera Eresia; utraque Lesbia. At scortillum utra? illa quae Phaonem amavit. Hanc autem Mitylenaeam Suidas dicit, Athenaeus Eresiam. Sed Athenaei locus, cum insigni mendo est, quod tollam. Καὶ ἀρχεδίκη δ' ἦν ἐκ τῆς Ναυκράτεως καὶ αὐτὴ ἑταίρα καλή. φιλεῖ γάρ πως ἡ Ναύκρατις, ὡς Ἡρόδοτός φησιν, ἐπαφροδίτους ἔχειν τὰς ἑταίρας. καὶ ἡ ἐξ Ἐρεσοῦ δὲ τῆς ἑτέρας Σαπφὼ τοῦ καλοῦ Φάωνος ἐρασθεῖσα, περιβόητος ἦν, ὥς φησι Νύμφις ἐν περίπλῳ Ἀσίας. Vir Cl. Isaacus Casaubonus deesse vocem autumat, ac rescribendum; τῆς ἑτέρας ὁμώνυμος Σαπφώ. Mihi videatur, ἐξ Ἐρεσοῦ δέ τις ἑταίρα Σαπφώ. Arbitretur lector, & inspiciat sequentia quoque; quae emendationem meam firmant. Columbanus epist. ad Fedolium adpellat, *vatem Troiugenarum*, nec causam video. Verba ista sunt.

Sed tamen illa
Troiugenarum
Inclita vates,
Nomine Sappho.
Versibus illis
Dulce solebat
Edere carmen.

1 Σοφοκλῆς ὁ Τραγικὸς] Duo fuerunt, uterque Atheniensis. Prior Sophilli filius, de quo hic Hesychius, alter huius ex Aristone F. nepos. Videatur Suidas. Et utrumque distincte nominat Clemens in Protrept. De maiore ecce illa verba sunt. Ὁ δὲ τοῦ Σοφίλλου Σοφοκλῆς, &c. De minore ista. Πατροκλῆς τε ὁ Θούριος, καὶ Σοφοκλῆς ὁ νεώτερος ἐν τρισὶ τραγῳδίαις, ἱστορεῖτον τὼ Διοσκούρω πέρι. Fuit & alius Grammaticus, interpres Argonauticorum Apollonii. Stephanus in Ἄβαρνος. Ἔφορος δ' ἐν τῇ πέμπτῃ, λέγει κληθῆναι αὐτὴν ἀπὸ τῆς ὑπὸ Φωκίδι Ἀβάρνιδος, ὑπὸ Φωκέων τὴν Λάμψακον κτιζόντων. Ἀπολλώνιος.

Περκώτην δ' ἐπὶ τῇ, καὶ Ἀβαρνίδος ἠμαθόεσσαν Ἠϊόνα.

τοῦτο δὲ Σοφοκλῆς ὑπομνηματίζων ἱστορεῖ, τὴν Ἀφροδίτην ἄμορφον ἐν Λαμψάκῳ τεκοῦσαν τὸν Πρίαπον, ἀπαρνήσασθαι, καὶ τὴν χώραν Ἀπαρνίδα καλῆσαι. ἣ κατὰ παραφθορὰν καὶ Ἄβαρνις καλεῖται. Et huius esse censeo illa vetusta Scholia, quae hodie sine auctoris nomine leguntur. Locus Apollonii est e libro I. Illic fuse tractat commentator hic, quae strictim percurrit Stephanus. Citat eumdem iterum diserte in Κάναστρον. Κάναστρον, ἄκρον Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας. τὸ ἐθνικὸν, Καναστραῖος. Σοφοκλῆς δὲ ὑπομνηματίζων τὰ Ἀργοναυτικὰ, Καναστραῖόν φησιν ἀκρωτήριον τῆς Παλλήνης.

2 Μέλιττα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ἡδύ] Suidas. Προσηγορεύθη δὲ [ὁ Σοφοκλῆς] μέλιττα. διὰ τὸ γλυκύ. Aristophanis Scholiastes Vespis. Ὁ Σοφοκλῆς ἡδὺς, διὸ καὶ μέλιττα ἐκαλεῖτο. Hinc μελίχρους dicitur in Epigrammate Simonidis, quod exstat Anthologiae lib. III.

Εἵνεκεν εὐμαθίης πινυτόφρονος, ἣν ὁ μελίχρους Ἤσκησεν, μουσῶν ἄμμιγα καὶ χαρίτων.

Huc pertinet item illud Erycii, quod ibidem occurrit.

Αἰεί τοι λιπαρῷ ἐπὶ σήματι δῖε Σοφόκλεις.
Σκηνίτης μαλακοὺς κισσὸς ἄλοιτο πόδας.
Αἰεί τοι βώτεσσι περιστάζοιτο μελίσσαις
Τύμβος ὑμηττείῳ λειβόμενος μέλιτι.

Praeterea Sophocles hic etiam δεξίων ab Atheniensibus adpellatus fuit, honoratusque heroico monumento. Etymologici Auctor Δεξίων. Οὕτως ὠνόμασαι Σοφοκλῆς ὑπὸ Ἀθηναίων. μετὰ τὴν τελευτήν φησιν ὅτι Ἀθηναῖοι τελευτήσαντι Σοφοκλεῖ, βουλόμενοι τιμὰς αὐτῷ περιποιῆσαι, ἡρῷον αὐτῷ κατασκευάσαντες, ὠνόμασαν δεξίωνα, ἀπὸ τῆς τοῦ Ἀσκληπιοῦ δεξιώσεως. καὶ γὰρ ὑπεδέξατο θεὸν ἐν τῇ αὐτοῦ οἰκίᾳ, καὶ βωμὸν ἱδρύσατο. ἐκ τῆς αἰτίας οὖν ταύτης δεξίων ἐκλήθη. Anonymus quidam in eius vita addit ex Istro, solitos quotannis Athenienses sacra illi facere. Ἴστρος δέ φησιν Ἀθηναίους διὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν, καὶ ψήφισμα πεποιηκέναι, κατ' ἔτος ἕκαστον αὐτῷ θύειν.

3 Σώφρων Συρακούσιος] Videatur Suidas.

4 Δωρίδι διαλέκτῳ] Idque valde obscure. Statius Sylv. lib. V.

Sophronaque implicitum, tenuisque arcana Corinnae.

5 Μίμους ἀνδρείους καὶ γυναικείους] Mimus notissimum genus carminis, quarta species planipedis. Diomedes lib. III. *Mimus est sermonis cuiuslibet motus sine reverentia: vel factorum turpium cum lascivia imitatio.* Ovidius Trist. II.

Scribere si fas est imitantes turpia mimos.

Sophronis Mimos multi citant. Nicandri Scholiastes Theriacis. Τὸ δὲ ποιφύξαν πολλαχῶς

τὸν φιλόσοφον ἀεὶ ἐντυγχάνειν αὐτοῖς, ὡς ϰ̀ καθεύδειν ἐπ' αὐτῶν 1 ἔσθ' ὅτε.

Στίλπων ὁ Μεγαρεὺς τοσοῦτον εὑρησιλογίᾳ καὶ Σοφιστείᾳ προῆγε τοὺς ἄλλους 2, ὥς τε μικροῦ δεῆσαι πᾶσαν τὴν ἑλλάδα ἀφορῶσαν εἰς αὐτὸν Μεγαρίσαι· ἀπέσπασε μὲν οὖν καὶ ἄλλους πολλούς. Δίφιλον δὲ τὸν Βοσποριανὸν, ϰ̀ Μύρμηκα τὸν ἐξαινέτου 3, παραγενομένους ὡς ἐλέγξοντας, ζηλωτὰς ἔσχε· τοῦτον ἀπεδέχετο ϰ̀ Πτολεμαῖος ὁ Σωτὴρ, καὶ ἐγκρατὴς Μεγάρων γενόμενος, ἐδίδου τε ἀργύριον αὐτῷ, παρεκάλει εἰς Αἴγυπτον συμπλεῖν. ὁ δὲ, μέτριον μέντι τ' ἀργυριδίου προσήκατο. ἀρνησάμενος δὲ τὴν ὁδόν. μετῆλθεν εἰς Αἴγιναν, ἕως ἐκεῖνος ἀπέπλευσεν. ἀλλὰ καὶ Δημήτριος ὁ Ἀντιγόνου καταλαβὼν τὰ Μέγαρα, τήν τε οἰκίαν αὐτοῦ φυλαχθῆναι, καὶ πάντα τὰ ἁρπασθέντα προὐνόησεν ἀποδοθῆναι. ὅτε καὶ βουλομένῳ παρ' αὐτοῦ τῶν ἀπολωλότων ἀναγραφὴν λαβεῖν, ἔφη μηδὲν τῶν ἰδίων ἀπολωλεκέναι 4. παιδείαν γὰρ μηδένα ἐξενηνοχέναι. τόντε λόγον ἔχειν καὶ τὴν ἐπιστήμην. καὶ αὐτῷ διαλεχθεὶς περὶ ἀνθρώπων εὐεργεσίας, οὕτως εἷλεν, ὥς τε προσέχειν αὐτῷ. ἦν δ' ἀληθῶς κομψότατος, καὶ ἀφελὴς, καὶ ἀνεπίπλαστος, πρός τε τὸν ἰδιώτην εὔθετος. οὗτος ἰδὼν τὸν Κράτητα χειμῶνος συγκεκαλυμμένον 5, ὦ Κράτης, εἶπε, δοκεῖς μοι χρείαν ἔχειν ἱματίου καὶ νοῦ (a), ἤγουν νοῦ καὶ ἱματίου.

manibus habuisse ferunt, illisque etiam indormire suetum.

Stilpon Megarensis inventionis gratia & argutiis in tantum superavit ceteros, ut omnis tantum non Graecia coniectis in eum oculis intenta Megarisare coeperit. Avellit itaque ab illis multos discipulos: praeterea Diphilum Bosphorianum & Myrmecem Exeneti F. ad se venientes arguendi gratia, adsectatores habuit. Excepit eum benigne Ptolemaeus cognomento Servator, qui Megaris potitus & pecuniam illi dedit, & ut secum in Aegyptum navigaret, hortatus est. at ille exiguum quid pecuniolae admisit, iterque abnuens in Aeginam tantisper concessit, donec ille regnum repetiisset. Quin & Demetrius Antigoni F. occupatis Megaris & aedificium ipsius ab iniuria conservari, & facultates iam ante direptas restitui curavit, quando poscenti tabulas amissae substantiae indices regi respondit, nihil sibi privatae rei periisse, quando nemo ademerit sibi doctrinam, & eloquentiam scientiamque reliquas habeat. Itaque de beneficentia disserens, quae a mortalibus praestari possit, ita regem cepit atque demulsit, ut ab eo totus penderet. Fuit revera festivus, simplex, simulationis nescius, & rudibus accommodatus. Hic videns Cratetem hieme amictu obnuptum, Videris, inquit, mihi Crates, novo opus habere indumento, nimirum mente & veste:

χοῦς λέγεται, καὶ ποτὲ μὲν, ἐπὶ τοῦ ἐκφοβεῖν. ὡς Σώφρων ἐν Μίμοις, παιδικὰ ποιφύξεις. Aristoteles περὶ ποιητικῆς, cap. I. Σώφρονος καὶ Ξενάρχου Μίμους, ϰ̀ τοὺς Σωκρατικοὺς λόγους. Fuerunt autem duplices, ἀνδρεῖοι, & γυναικεῖοι. Vtrosque citant non semel Etymologici auctor, Pollux, Stobaeus, Harpocration, & Athenaeus. Et erat haec generalis omnium inscriptio, qua distinguebantur. Sed speciales praeterea singulis tituli. Sic νυμφοπόνος, apud Pollucem lib. x. cap. XXIV. Ἡ μὲν πατάνη, ἐν νυμφοπόνῳ Σώφρωνος. Athenaeus lib. VIII. Σώφρων ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ νυμφοπόνῳ φησὶ, &c. Eius θυννοθήρα laudatur ab Etymologici auctore in ἤια. Ἐστὶν εἴω τὸ πορεύομαι, διὰ διφθόγγου, ὥς φησι Σώφρων ἐν θυννοθήρᾳ. Mox hunc ipsum mimum pluraliter inscriptum nominat in λογγάδες. Σώφρων ἐν θυννοθήραις, λοξῶν τὰς λογγάδες. Erat etiam, qui ἄγγελος inscribebatur. Germanicus in Arati Phaenomena. *Sophron in mimo, qui* NVNTIVS *inscribitur, a Vesta incipiens.*

Omnes invocant Iovem omnium principem.

1 Καί φασιν Πλάτωνα τὸν φιλόσοφον ἀεὶ τυγχάνειν αὐτοῖς, ὡς ϰ̀ καθεύδειν ἐπ' αὐτῶν] Quintilianus lib. I. cap. x. *Sophron ostendit, mimorum quidem scriptor, sed quem Plato adeo probavit, ut suppositos capiti libros eius, cum moreretur, habuisse credatur.* Val. Maximus lib. VIII. cap. VII. *Altero etiam & octogesimo anno decedens* [*Plato*] *sub capite Sophronis mimos habuisse fertur.* Imo primus eos Athenas invexit Plato, neglectos antea. Diogenes lib. IV. Δοκεῖ δὲ Πλάτων ϰ̀ τὰ Σώφρονος τοῦ μιμογράφου βιβλία ἠμελημένα πρῶτος εἰς Ἀθήνας διακομίσαι, ϰ̀ ἠθοποιῆσαι πρὸς αὐτῶν. ἃ καὶ εὑρεθῆναι ὑπὸ τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ. Videatur quoque Tzetzes Chil. x. cap. CCCLV. & Athenaeus lib. XI.

2 Τοσοῦτον εὑρησιλογίᾳ ϰ̀ Σοφιστείᾳ προῆγε τοὺς ἄλλους] Diogenes lib. II. totidem verbis.

3 Δίφιλον τὸν Βοσποριανὸν, ϰ̀ μύρμηκα τὸν ἐξαινέτου] An legendum, τὸν ἐξ ἐνέτου. Valde crediderim: & patriam potius, quam patrem, designare scriptorem voluisse. Sic ait, Δίφιλον τὸν Βοσποριανόν. Auctor mihi huius disquisitionis Stephanus in ἐνετοὶ, qui clare. Ἔστι ϰ̀ πόλις ἐνετὸς, ἀφ' ἧς ἦν Μύρμηξ ὁ διαλεκτικὸς φιλόσοφος, ὡς Διογένης ἐν δευτέρῳ φιλοσόφου ἱστορίας. Descripsit Hesychius totum hunc locum, ut plurima, verbo tenus ex Diogenis lib. II. Illic offenderat mendose exaratum, τὸν ἐξαινέτου; & describens cum historia simul depravatam lectionem repraesentavit. Certe Ἐνετὸς urbs est Paphlagoniae, a quo nomen genti. Solinus Polyhist. cap. XLVI. *Paphlagonia insignis loco Heneto: a quo, ut Cornelius Nepos perhibet, Paphlagones in Italiam transvecti, mox Veneti sunt nominati.* Straboni lib. XII. Ἐνετὴ adpellatur. Igitur Stephano debemus rectam huius loci lectionem.

4 Ἔφη μηδὲν τῶν ἰδίων ἀπολωληκέναι] Rem narrat etiam Seneca de Constantia Sap. cap. v. *Megara Demetrius ceperat, cui cognomen Polyorcetes fuit; ab hoc Stilpon philosophus interrogatus, num quid perdidisset; nihil, inquit; omnia namque mea mecum sunt.* Iterum meminit Epist. IX.

5 Ἰδὼν τὸν Κράτητα χειμῶνος συγκεκαλυμμένον] Apud Diogenem est, συγκεκαυμένον. Quod re-

(a) Καινῆ. Gratia dicti est in καινῆ, quod unica voce novum significat, & καὶ νῦ divisis vocibus, quibus significatur, & mente: quem leporem Latina lingua adsequi non valeat. *H. Iun.*

in quem mox Crates parodia Homerica ita lusit:

Vidi equidem Megaris Stilponem infanda ferentem
Fama ubi Centimanum cepisse Typhoea sedes,
Ille agitat lites: circum illum densa caterva
Virtutem contra haec actoris scripta terebat.

Porro Stilpon senio confectus, morboque implicitus vinum poposcit, quo mors accelerare-tur, quod & evenit. Hic tollebat species, aiebatque qui diceret hominem esse neminem, neque enim de hoc loqui, aut de illo, cur enim potius de hoc, quam de illo? neque igitur de hoc: rursus, olus quod digito monstratur, non est, fuit enim ante millenos annos olus, non est igitur hoc olus.

καὶ ὃς παρῳδήσας εἶπεν εἰς αὐτὸν ὕτω.

Καὶ μὴν Στίλπων' ἐσίδον χαλεπ' ἄλγε' ἔχοντα
Ε'ν Μεγάροις, ὅθι φασὶ τυφώεως ἔμμεναι εὐνὰς
Ε'νθαδ' τ' ἐρίζεσκε, πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι.
Τὴν δ' ἀρετὴν παρὰ γράμμα διώκοντ@ (a) κατέτριβον,

Οὗτ@ ὁ Στίλπων γηράσας, κ̀ νοσήσας, οἶνον προσήκατο ὡς τάχιον ἀποθάνῃ 1, ὃ καὶ γέγονεν. ὗτ@ ἀνῄρει τὰ εἴδη· κ̀ ἔλεγε τὸν λέγοντα ἄνθρωπον εἶναι μηδένα. ὔτε γὰρ τόνδε λέγειν, οὔτε τόν δε. τὶ γὰρ μᾶλλον τόν δε ἢ τόν δε; ὔτε ἄρα τόνδε. καὶ πάλιν τὸ λάχανον ὐκ ἔςι τὸ δεικνύμϗον. λάχανον γὰρ ἦν πρὸ μυρίων ἐτῶν, ὐκ ἄρα ἐςὶ τοῦτο λάχανον.

T

Timaeus Tauromenita dictus fuit convitio, Anus collectrix, eo quod trivialia conscriberet, velut anilia fabulamenta.

Τίμαι@ Ταυρομϗνείτης Γραοσυλλέκτρια ἐλέγετο διὰ τὸ τὰ τυχόντα ἀναγράφειν 2.

Ti-

Τι-

---

rectius arbitror. Nam si corpus bene cooperuerat, cur vestimento illi opus, & mente? καίειν Graeci etiam de frigore usurpabant. Xenophon de Venat. Η' γὰρ χιὼν καίει τῶν κυνῶν τὰς ῥίνας. Sic *Vrere*, Latini. Virgilius in Georg.

— aut Boreae penetrabile frigus adurat.

Et Lucanus lib. v.

Vrebant montana nives.

Loquitur etiam hoc modo semel iterumque in sua Historia Ammianus Marcellinus. Ergo hic συγκεκαυμένον Diogenes, & ex eo Hesychius, vocat hominem rigentem frigore.

1 Οἶνον προσήκατο, ὡς τάχιον ἀποθάνῃ] Diogenes ex Hermippo. Γηραιὸν δὲ τελευτῆσαι φησιν Ε'ρμιππος, οἶνον προτενεγκαμένον, ὅπως θάττον ἀποθάνῃ.

2 Γραοσυλλέκτρια, ἐλέγετο, διὰ τὸ τὰ τυχόντα ἀναγράφειν] Videatur Suidas. Certe hanc Timaei ineptiam etiam Clemens testatur Strom. 2. Γελοῖον μὲν τ' ἂν εἴη, τὴν τῶν σπυδαίων ἀποδοκιμάζοντα γραφὴν, τὺς μὴ τοιύτους ἀποδέχεσθαι συντάττοντας. ἀλλ' ἄρα Θεοπόμπῳ μὲν κ̀ Τιμαίῳ, μύθυς κ̀ βλασφημίας συντάττυσιν. Addit etiam, τὰς βλασφημίας. Et inde nimirum etiam, ἐπιτίμαιος dicebatur. Suidas. Τίμαιος Α'νδρομάχυ, ταυρομϗνίτης. Φιλίσκυ μαθητὴς τῦ Μιλησίυ. ὃν Α'θηναῖοι ἐπιτίμαιον ὠνόμασαν. παρωνόμαςο ϑ τῦτο, διὰ τὸ πολλὰ ἐπιτιμᾷν. Strabo lib. xiv. Α'περ ἀγνοῦντα φησὶν ὁ Α'ρτεμίδωρος τὸν Ταυρομϗνίτην τίμαιον, κ̀ ἄλλως βάσκανον ὄντα, κ̀ Συκοφάντην [διὸ καὶ ἐπιτίμαιον κληθῆναι] λέγειν. Reprehendendi studium notat in eo quoque Dionysius Longinus. Τῦ ψυχρῦ πλήρης ὁ Τίμαιος, ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα ἱκανὸς, κ̀ πρὸς λόγων ἐνίοτε μέγεθος ὐκ ἄφορος, Πολυΐςωρ, ἐπινοητικὸς, πλὴν ἀλλοτρίων μὲν ἐλεγκτικώτατος ἁμαρτημάτων. Scripta eius haec sunt, Ι'ταλικὰ, κ̀ Σικελικὰ, & Η'λληνικὰ, κ̀ Σικελικά. Συλλογὴ ῥητορικῶν ἀφορμῶν. ὀλυμπιονίκαι, & χρονικὰ πραξίδια. Recenset Suidas. Photius in Bibliotheca citat etiam, λεξικὸν περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων. Certe Sicula eius laudat Parthenius Erotic. xxix. Περὶ Δάφνιδος ἱςορεῖ Τίμαιος Σικελικοῖς. Et Antigonus in Mirab. Hist. Τίμαιος, ὁ τὰς Σικελικὰς ἱςορίας συγγεγραφὼς, ἐν Ρ'ηγίῳ φησὶ, &c. Atque ex iis erunt ista, quae Sophocles profert ad Argonaut. lib. iv. Τίμαιος τρινακρίαν φησὶ καλεῖσθαι τὴν Σικελίαν, ὅτι τρεῖς ἄκρας ἔχει. Citat eum quoque Malchus de vita Pythagorae. Τίμαιος δ' ἱςορεῖ τὴν Πυθαγόρυ θυγατέρα τὸν παρθένον ὖσαν ἡγεῖσθαι τῶν παρθένον ἐν Κρότωνι. Agatharchides De mari rubro. Τῆς ὅλης οἰκυμένης ἐν τέτταρσι κυκλιζομένης μέρεσιν. ἀνατολῆς λέγω, δύσεως, ἄρκτυ, κ̀ μεσημβρίας. τὰ μὲν πρὸς ἑσπέραν ἐξείργαςαι Λύκος κ̀ Τίμαιος. Varie illum testem nominant Pollux, Athenaeus, Theon, Censorinus, Stephanus, Etymologici auctor, & Sophocles in Commentario ad Apollonium. Sed Agatharchidis locus, ut ἐν παρόδῳ dicam, commode me monet de altero Malchi, in quo perperam editur. Λεῦκ@ δ' ἐν τετάρτῃ τῶν ἱςοριῶν κ̀ περὶ τῆς πατρίδ@ ὡς διαφωνύντων τινῶν μνημονεύει. Vir multae lectionis, & doctrinae, Cunradus Rittershusius, non se explicat in nomine historici istius. Rescribe, Λύκ@. Vides ecce nomeo verum in verbis Agatharchidis citatis. Fuit autem Lycus hic Rheginus, pater Lycophronis celeberrimi Tragici, scripsitque, historiam Libyae & Siciliae. Suidas. Λύκος, ὁ κ̀ Βυθήρας, Ρ'ηγίνος, ἱςορικός. πατὴρ Λυκόφρον@ τῦ τραγικῦ, ἐπὶ τῶν διαδόχων γεγονώς. κ̀ ἐπιβυλευθεὶς ὑπὸ Δημητρίυ Φαληρέως. ὗτ@ ἔγραψεν ἱςορίαν Λιβύης, κ̀ περὶ Σικελίας. Me-

byae

(a) Διώκοντες. Legendum censeo suffragante Laertii codice, διώκοντ@, quod & sensus requirit: nam dixit Stilponem more quaesitoris more lites agitare: itaque comites eius & discipulos, praeter rescriptum quaesitoris seu accusatoris virtutem terere: adludens ad flagitiosae actionis notam genti philosophorum inustam. *H. Iun.*

Digitized by Google

Τιμόλα⁊ ὁ Λαρισσαῖ⁊ ῥήτωρ 1 ἐδιπλασίασε τὴν Ἰλιάδα 2, παρεμβάλλων σίχον πρὸς σίχον. ἔχει δὲ ὕτως.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω Ἀχιλῆ⁊,
Ἣν ἔθετο χρύσῃ κεχολωμέν⁊ εἵνεκα κούρης,
Οὐλομένlω, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε
Μαρναμένοις, ὅτε Τρωσὶν ἄτερ πολέμιζον ἄνακτ⁊,
Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν,
Ἕκτορ⁊ ἐν παλάμῃσι δαϊζομένων ὑπὸ δουρί.

Τριβωνιανὸς κολακεύων Ἰουστινιανὸν βασιλέα, ἔπεισεν αὐτὸν ὅτι ὐκ ἀποθανεῖται 3, ἀλλὰ μετὰ σαρκὸς εἰς ὐρανὸν ἁρπαγήσεται. ἦν δὲ ὁ Τριβωνιανὸς, ἕλλlω, ϗ ἄθε⁊.

Τυρταῖόν φασι τὸν ἐλεγειοποιὸν τοῖς μέλεσι χρησάμενον 4, ὅτε Λακεδαιμόνιοι Μεσσlωίοις ἐπολέμουν 5, παροτρύναι Λακεδαιμονίους, ϗ ταύτῃ ἐπικρατεσέρους ποιῆσαι.

Τυραννίων, ὁ Ἐμισlωὸς, Θεόφρασος πρὶν καλύμεν⁊, μετεκλήθη Τυραννίων 6, ὡς καταῤῥέχων

Timolaus Lariſſaeus rhetor congeminavit Iliadem, verſum ſemper verſui ſubiiciens, hoc modo:

Iram diva mihi Pelidae ſuggere Achillis,
Quam Chryſae ob natam ſumſit [*cui iniuria facta*]
Letalem, quae mille malis involuit Achivos
Pugnantes, dum bella cient ductore carentes,
Heroumque animas fortes demiſit ad Orcum,
Hectoreis manibus, quos hauſit miſſile ferrum.

Tribonianus Iuſtiniano Imperatori adulans, ei perſuaſit non moriturum ipſum, ſed una cum corpore raptum caelo immigraturum: erat autem paganus & impius.

Tyrtaeum elegiacum poetam, carminibus Lacedaemonios (quo tempore cum Meſſeniis bellum gerebant) animaſſe, eaque ratione victoriam illis peperiſſe proditum eſt.

Tyrannion Emiſenus, prius Theophraſtus (ab eloquii divinitate) poſterius Tyrannion mutato no-

minitque eius iterum in Λυκόφρων. Occurrit quoque apud Stephanum in Ἀβρότων. Λύκος ὁ Ῥηγῖν⁊ χωρίον οἴεται εἶναι. Ex Hiſtoria Libyae eſt quod narrat Antigonus in Mirab. Hiſt. LXVI. Eiuſdem De fluminib. ac font. librum citat Hiſt. CXLVIII. & CLIV. Scripſit etiam De Alexandro. Ecce alibi apud Stephanum. Σκίδρ⁊, πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν, σκιδρανός. ὡς Λύκ⁊ ἐν τῷ περὶ Ἀλεξάνδρυ. Apud Clementem Strom. II. nominatur, Λύκος ὁ περιπατητικός. Alius ab hoc, cuius mentio fit apud Aetium lib. III. in ἐπιγραφῇ cap. CLXXVI. Ἐκ τῶν Λύκυ περὶ καταπλασμάτων. Nimirum iſte Neapolitanus eſt, meminitque eius Erotianus in Lexico Hippocratis Ἐπικλῆς δὲ, ϗ Λύκ⁊ ὁ Νεαπολίτης, τὰ ἐν τῷ πνεύμονι ϗ τῇ τραχείᾳ ἀρτηρίᾳ βρογχία φασὶν ὕτω καλεῖσθαι. Scripſit Commentarios in Hippocratem, quos laudat ibidem Erotianus.

1 Τιμόλα⁊, ὁ Λαρισσαῖ⁊, ῥήτωρ) Diſcipulus hic fuit Anaximenis Lampſaceni, ut teſtatur Suidas.

2 Ἐνδιπλασίασε τὴν Ἰλιάδα) Et operi titulum fecit, τρωϊκόν. Suidas. Καὶ ποιητικῶς ἔχων παρενέβαλε τῇ ἰλιάδι σίχον πρὸς σίχον. ϗ ἐπέγραψε τὸ σύνταγμα, τρωϊκόν.

3 Κολακεύων Ἰουστινιανὸν βασιλέα ἔπεισεν αὐτὸν ὅτι ὐκ ἀποθανεῖται) Suidas. Τριβωνιανὸς Μακεδονιανῦ, ἀπὸ Δικηγόρων τῶν ὑπάρχων. Οὗτ⁊ ὁ Τριβωνιανὸς ἕλλlω ὑπῆρχε ϗ ἄθε⁊. ἀλλότρι⁊ κατὰ πάντα τῆς τῶν χρισιανῶν πίσεως. κόλαξ δὲ, ϗ ἀπατεών. ϗ πείθων Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα ὡς ὅτι ὐκ ἀποθανεῖται. ἀλλ' εἰς τὺς ὐρανὺς μετὰ σαρκὸς ἀναληφθήσεται. Certe hanc Triboniani impietatem alibi non legi. Ipſe Iuſtinianus in Prooemio Inſtitut. vocat *Virum magnificum, cuius ſolertiam, & legum ſcientiam, & circa ſuas iuſſiones fidem, iam ex multis rerum argumentis acceperit.* Procopius Perſic. lib. I. avarum dicit, & iuſtitiae antiſtitem non bonum. Τριβωνιανὸς δὲ φύσεως μὲν δυνάμει ἐχρῆτο, ϗ παιδείας ἐς ἄκρον ἀφίκετο τῶν κατ' αὐτὸν ὐδενὸς ἧσσον. ἐς δὲ φιλοχρηματίαν δαιμονίως ἐσπουδακὼς, οἷός τε ἦν κέρδυς ἀεὶ τὸ δίκαιον ἀποδίδοσθαι. τῶν τε νόμων ἡμέρα ἐκ τῦ ἐπὶ πλεῖστον ἑκάστη τὺς μὲν ἀνῄρει, τὺς δὲ ἔγραφεν, ἀπεμπολῶν τοῖς δεομένοις κατὰ τὴν χρείαν ἑκάτερον.

4 Τοῖς μέλεσι χρησάμενον) Inter haec iſtud, cui titulus εὐνομία. Ariſtoteles Politic. lib. V. Δῆλον δὲ ϗ τῦτο ἐκ τῆς Τυρταίυ ποιήσεως τῆς καλυμένης εὐνομίας. Strabo lib. VIII. Πλεονάκις δ' ἐπολέμησαν διὰ τὰς ἀποστάσεις τῶν Μεσσηνίων. τὴν μὲν ὖν πρώτlω κατάκτησιν αὐτῶν φησι Τυρταῖ⁊ ἐν τοῖς ποιήμασι κατὰ τὺς τῶν πατέρων πατέρας γενέσθαι. Et mox. Καὶ γὰρ εἶναί φησιν ἐκεῖθεν ἐν τῇ ποιήσει ἐλεγείᾳ, ἣν ἐπιγράφυσιν εὐνομίαν.

5 Ὅτι Λακεδαιμόνιοι Μεσσlωίοις ἐπολέμυν] Videantur Suidas, Acron, & Porphyrio in Horatii Artem Poeticam, & Iuſtinus lib. III. qui hiſtoriam fuſe narrant. Elegantiſſimus vero de eo locus exſtat apud Lycurgum rhetorem, Orat. contra Leocratem. Τίς γὰρ ὐκ οἶδε τῶν Ἑλλήνων, ὅτι Τυρταῖον σρατηγὸν ἔλαβον παρὰ τῆς πόλεως, μεθ' ὗ ϗ τῶν πολεμίων ἐκράτησαν, ϗ τὴν περὶ τὺς νέυς ἐπιμέλειαν συνετάξαντο, ὐ μόνον εἰς τὸ ἐπιόντα κίνδυνον, ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα βυλευσάμενοι καλῶς. κατέλιπε γὰρ αὐτοῖς ἐλεγεῖα ποιήσας, ὧν ἀκύοντες παιδεύονται πρὸς ἀνδρείαν. Et quae ſequuntur. Verba plura ſunt, & digna quae inſpiciantur. Maximus Tyrius Diſſert. XXI. Καὶ σπαρτιάτας ἤγειρε τὰ Τυρταίυ ἔπη, ϗ Ἀργείυς τὰ Τελεσίλλης μέλη, ϗ Λεσβίυς ἡ Ἀλκαίυ ᾠδή. Tyrtaei partim meminere, partim verſuum fragmenta proferunt, Plato non ſemel libris de Leg. Pauſanias Μεσσlωιακοῖς. Strabo lib. VI. Plutarchus in Lycurgo Quintilianus lib. X. capit. I. Polyaenus Strategem. lib. I. & Stobaeus in Eclogis.

6 Τυραννίων ὁ Ἐμισlωὸς Θεόφρας⁊ πρὶν καλύμεν⁊, μετεκλήθη Τυραννίων] Erat Epicratidae & Lindiae Alexandrinae filius. Corrigo Suidam. Τυραννίων, Ἐπικρατίδυ ϗ Λινδίας Ἀλεξανδρίνης, Ἐμισlωός. ἐχρημάτιζε δὲ κορύμβου. Hodie perperam editur, ἀμισlωός. Rationem mutati nominis ibidem reddit, ex Heſychio noſtro. Fuerunt praeterea duo alii. Vnus Phoenix, Artemidori F. huius noſtri diſcipulus, Diocles antea adpellatus, alter Meſſenius, Phi-

Digitized by Google

nomine dictus est, quod aequales qui in eodem secum ludo erudiebantur, vexaret molestaretque. Captus fuit a Lucullo, Romaeque in magnis divitiis vivens possedit supra tres librorum myriadas.

χων τῶν ὁμοσχόλων, οὗτος αἰχμάλωτος ὑπὸ Λουκούλλου ληφθεὶς 1, καὶ πλούσιος ἐν ῥώμῃ γενόμενος, ἐκτήσατο βιβλίων ὑπὲρ τὰς τρεῖς Μυριάδας.

Υ

Hypatia, Theonis Alexandrini Philosophi filia, ab Alexandrinis divulsa ac discerpta est, cadaver ludibrio iactatum per totam urbem frustatim disparatum ac sparsum fuit: quod illi accidit ex invidia orta ob eximiam peritiam rerum praesertim Astronomicarum.

Υ

Ὑπατία ἡ Θέωνος θυγάτηρ τοῦ Ἀλεξανδρέως φιλοσόφου 2, καὶ αὐτὴ φιλόσοφος 3, διεσπάσθη ὑπὸ Ἀλεξανδρέων, καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς ἐνυβρισθὲν, καθ' ὅλης (a) τῆς πόλεως διεσπάρη 4. τοῦτο δὲ πέπονθε, διὰ τὴν (b) ὑπερβάλλουσαν σοφίαν, καὶ μάλιστα εἰς τὰ περὶ ἀστρονομίας·

Φ

Phaedon Eleus, Socratis auditor, ab Indis captus, ac lenoni venundatus, ab eo prostitutus Athenis fuit ad stuprum. Is forte in Socratem incidens publice profitentem, disputationibus illius mire adfici coepit, petiitque obnixe, ut redimeretur. Itaque Alcibiadem flexit Socrates, qui eum mercaretur: quo facto iam inde philosophus.

Φ

Φαίδων Ἠλεῖος, ὁ Σωκράτους μαθητὴς, αἰχμάλωτος ὑπὸ Ἰνδῶν ληφθεὶς 5, εἶτα πραθεὶς πορνοβοσκῷ τινι, προέστη ὑπ' αὐτοῦ πρὸς ἑταίρησιν ἐν ἀθήναις. ἐντυχὼν δὲ Σωκράτει ἐξηγουμένῳ, ἠράσθη τῶν λόγων αὐτοῦ, καὶ αἰτεῖ λύσασθαι. ὁ δὲ πείθει Ἀλκιβιάδην πρίασθαι 6 αὐτόν. καὶ ἦν τὸ ἐντεῦθεν φιλόσοφος 7. οὗτος ἦρξε τῆς ἀπ' αὐ-

---

Philosophus. Videatur Suidas, qui scripta quoque eorum tradit. Et secundum equidem esse censeo, cuius auctoritate utitur Scholiastes Nicandri θηριακοῖς. Τὸ δὲ ἄκνηστις, οἱ μὲν τὴν κνίδαν, οἱ δὲ τὴν σκίλλαν. ἢ ἀκαλήφην. ὁ μὲν τυραννίων, τὴν σκίλλαν Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Μεμφίτης, τὸ κένορον, ὃ δή τινες κενήτην καλοῦσι. Meminit etiam eiusdem Strabo, & Etymologici Auctor non semel.

1 Αἰχμάλωτος ὑπὸ Λουκούλλου ληφθεὶς) Suidas. Ἤχθη εἰς νύμην ῥώμην ληφθεὶς αἰχμάλωτος ὑπὸ Λουκούλλου, ὅτε κατεπολέμησε Μιθριδάτην, τὸν τοῦ πόντου ἐθνῶν βασιλεύσαντα. διαπρεπὴς δὲ ὁ γενόμενος ἐν ῥώμῃ, καὶ πλούσιος, ἐκτήσατο καὶ βιβλία ὑπὲρ τὰς τρεῖς μυριάδας.

2 Ὑπάτια ἡ Θέωνος θυγάτηρ τοῦ Ἀλεξανδρέως φιλοσόφου) Videantur Suidas in ὑπατία. Socrates Hist. Eccles. lib. VII. cap. XV. & Nicephorus Callistus lib XIV. cap. XVI. Hic vero is Theon est, cuius varia hodie scripta habemus.

3 Καὶ αὐτὴ φιλόσοφος) Socrates loco citato. Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ προὔβη παιδείας, ὡς ὑπερακοντίσαι τοὺς κατ' αὐτὴν φιλοσόφους. Huc pertinet Epigramma Pauli Silentiarii, quod exstat Anthologiae lib. I.

Ὅταν βλέπω σε, προσκυνῶ, καὶ τοὺς λόγους.
Τῆς Παρθένου τὸν οἶκον ἀστρῶον βλέπων.
Εἰς οὐρανὸν γάρ ἐστί σου τὰ πράγματα
Ὑπατία σεμνὴ, τῶν λόγων εὐμορφία,
Ἄχραντον ἄστρον τῆς σοφῆς παιδεύσεως.

Et haec illa est, ad quam exstant aliquot Synesii epistolae: quarum aliae, τῇ φιλοσόφῳ Ὑπατίᾳ, aliae simpliciter, τῇ φιλοσόφῳ, inscribuntur.

4 Καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς ἐνυβρισθὲν, δι' ὅλης τῆς πόλεως διεσπάρη) Hypatia, quod frequentius cum Oreste esset, id ei calumniam apud Cyrilli clerum peperit. Itaque nonnulli, inter quos Petrus quidam e lectorum ordine, redeuntem alicunde adgressi, e curru detraxerunt, atque in Caesarium Ecclesiam adripuerunt; ubi vestibus nudatam, & testarum fragminibus misere enectam, in frustra dissecuerunt, combusseruntque. Socrates. Ἐπεὶ γὰρ συνετύγχανεν συχνότερον τῷ Ὀρέστῃ, διαβολὴν τοῦτ' ἐκίνησε κατ' αὐτῆς παρὰ τῷ τῆς ἐκκλησίας λαῷ, ὡς ἄρα εἴη αὕτη μὴ συγχωροῦσα τὸν Ὀρέστην εἰς φιλίαν τῷ ἐπισκόπῳ συμβῆναι. καὶ δὴ συμφωνήσαντες ἄνδρες τὸ φρόνημα ἔνθερμοι, ὧν ἡγεῖτο πέτρος τις ἀναγνώστης, ἐπιτηροῦσι τὴν ἄνθρωπον ἐπανιοῦσαν ἐπὶ οἰκίαν ποθὲν, καὶ ἐκ τοῦ δίφρου ἐκβαλόντες, ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν, ᾗ ἐπώνυμον Καισάριον, συνέλκουσιν, ἀποδύσαντές τε τὴν ἐσθῆτα, ὀστράκοις ἀνεῖλον. καὶ μεληδὸν διασπάσαντες, ἐπὶ τὸν καλούμενον Κιναρῶνα τὰ μέλη συνάραντες, πυρὶ κατηνάλωσαν. Fuse quoque Nicephorus loco citato, & maxime Suidas.

5 Αἰχμάλωτος ὑπ' Ἰνδῶν ληφθεὶς) Suidas. Τοῦτον [τὸν Φαίδωνα] συνέβη πρῶτον αἰχμάλωτον. ὑπὸ Ἰνδῶν ληφθῆναι. εἶτα πραθεὶς πορνοβοσκῷ τινὶ, προέστη ὑπ' αὐτοῦ πρὸς ἑταίρησιν ἐν Ἀθήναις. Origenes contra Celsum lib. III. Τίς γὰρ ἀνθρώπων οὐκ ἐν τοῖς ἐξωλεστάτοις τάξοι τὸν ὅπως ποτε ὑπομείναντα εἶξαι δεσπότῃ ἐπὶ τέγους αὐτὸν ἱστάντι, ἵνα πάντα τὸν θέλοντα αὐτὸν καταισχύνειν παραδέχεται; ταῦτα δὲ περὶ τοῦ Φαίδωνος ἱστορεῖται.

6 Ὁ δὲ πείθει Ἀλκιβιάδην πρίασθαι) Agellius a Cebete emtum commemorat lib. II. capit. VIII. *Phaedon servus fuit, forma atque ingenio liberali, &, ut quidam scripserunt, a lenone domino puer ad merendum coactus. Eum Cebes Socraticus hortante Socrate emisse dicitur, habuisseque in philosophiae disciplinis.* Totidem fere verbis Macrobius Saturnal. lib. I. cap. XI. Sed Alcibiadem emtorem faciunt quoque Suidas, & Diogenes lib. II.

7 Καὶ

(a) Καθ' ὅλης legitur & καθ' ὅλην τὴν πόλιν. *H. Iun.*
(b) Διὰ τὴν. Suidas huius loci, ut fere aliorum, transcriptor, addit, διὰ τὸν φθόνον καὶ τὴν, &c. *H. Iun.*

Digitized by Google

αὐτοῦ κληθείσης Ἠλειακῆς αἱρέσεως 1, ἥτις ὕστερον ὑπὸ Μενεδήμου τοῦ Ἐρετριέως Ἐρετριακὴ προσηγορεύθη.

Φερεκύδην τὸν Σύριον, ἔστι δὲ μία τῶν Κυκλάδων νήσων ἡ Σύρα 2, φασὶν οὐ σχεῖν διδάσκαλον, ἀλλ' ἑαυτὸν ἀσκῆσαι 3, κτησάμενον τὰ Φοινίκων ἀπόκρυφα βιβλία, οὗτος πρῶτος τὸν περὶ μετεμψυχώσεως λόγον εἰσήνεγκε 4. γέγονε δὲ φθειρόβρωτος 5.

Φιλήμων ὁ Συρακούσιος ὑπὸ σφοδροῦ γέλωτος ἐτελεύτησεν 6, ὡς δὴ καὶ Φιλιστίων ὁ Νικαεὺς 7, εἰς ὃν καὶ ἔστι τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα.

Ὁ τὸν πολυστένακτον ἀνθρώπων βίον
Γέλωτι μίξας Νικαεὺς Φιλιστίων.

οὗτος ἔγραψε τὸν Φιλόγελων 8.

Φι-

losophari incepit. Auspicatus est Eliacam sectam a se nomen adeptam, quae postea a Menedemo Eretriensi Eretriaca adpellata fuit.

Pherecydes Syrius [est autem Syra e Cycladibus insulis una] nullo usus fuisse magistro, suoque marte profecisse dicitur, postquam apocrypha & arcana Phoenicum commentaria nactus fuerat. Hic primus opinionem de animorum transmigratione invexit: absumtus autem fuit a pediculis.

Philemon Syracusanus nimio risu extinctus fuit, ut & Philistion Nicaeensis, de quo exstat epigramma.

Mortalium aerumnosam vitam miscuit
Risu Philistion, Nicaea quem dedit.

Hic scripsit Cachinnatorem.

Phi-

---

7 Καὶ ἐν τῷ ἐντεῦθεν φιλόσοφος) Et scripsit quoque nonnulla, quae, ut Suidas refert, haec sunt. Ζώπυρος. Μήδιος. Σίμων. Ἀντίμαχος, ἢ πρεσβύτης. Νικίας. Σιμμίας. Ἀλκιβιάδης. Κριτόλαος. Et ζώπυρον laudat Pollux lib. III. cap. II. Φαίδων δὲ ἐν τῷ ζωπύρῳ, καὶ ἀβελτερίαν εἴρηκε προτακτικήν. Agellius Sermone de Socrate nominat. *Atque is postea philosophus illustris fuit: sermonesque eius de Socrate admodum elegantes leguntur.* Citat quoque Seneca Epist. CXIV. *Minuta quaedam, ut ait Phaedon, animalia, quum mordent, non sentiuntur.*

1 Οὗτος ἦρξε τῆς ἀπ' αὐτοῦ κληθείσης Ἠλειακῆς αἱρέσεως) Videndi Diogenes, & Suidas.

Vlysses ex insula natus, adversus Palamedem odium implacabile alebat, & invidiam ex imo corde conceptam; idque propterea, quod apud Graecos Palamedes floreret; quodque cuncti ad ipsum intentis animis, tamquam ad Deum, intimo pectoris amore hominem complecterentur. Nam praecognoverat pestis ardentis telum, eamque toti Graecorum exercitui praedixerat. Quumque omnes ab hoc malo acerbe adfligerentur, ipse Graecos illaesos a peste servaverat, partim eis consulens, & homines oratione confirmans, partim ipsa re docens, quid potissimum conduceret. Hinc igitur Vlysses invidia flagrabat, quum Palamedem vehementer diligi cerneret, se vero haberi tamquam unum de plebe. Ex eo tempore fraudes ac molitiones nectebat, consiliaque calumniae plena parabat. Verum quamdiu robustus Achilles aderat, nihil efficere consilia filii Laertis poterant, nec eorum quidquam, quae contra Palamedem struebantur. Nam quodcumque nectebatur, erat instar telae araneae. Verum posteaquam Achilles cum Ducibus ceteris missus fuit, bellum gesturus cum quibusdam Troianorum defensoribus, cuius expeditionis comitem secum habebat. Palamedem (etenim vehementer illi semper adesse cupiebat) tum vero quidvis audens ille, nactus occasionem periculi expertem, Agamemnonis primum levitatem praedatur, seque simulans ipsius esse perquam studiosum. Adfectat, inquit, mi Rex, Graecorum Imperium Achilles ille robustus, a iuvenili aetate impulsus, ac Palamedem ceu dicendi, & adsentandi peritum, lenonis instar, ac socii ad hoc sibi adiungit. Neque multo post, commisso praelio, venient; ac tibi quidem boves adferent, & greges ovium; verum ipsi plena pecuniis vasa furtim auferent, quibus & subiicient sibi Graecorum potentiores, & contra te concitabunt, ut imperium amittas. Audiit haec Rex: persuasus & captus est, auctorem fraudis in consilium adhibet. Statim deinde Palamedes arcessitur, & solus relictus in caedis laqueos incidit; per calumniam insimulatur, quasi Graecos Troianis proderet, lapidibus obruitur [heu quae perpetras invidia!] nihil quum dixisset aliud, quam hoc verbum: infelix veritas, te lugeo deploroque gemens. Nam tu ante me periisti, & morte adfecta es. Revertitur inde Thetidis filius cum tropaeis splendidis; accipit, quod acciderat, Palamedem miseratur, indignatur, luget graviter, irascitur Graecis, pugnare desinit, atque illos in praeliis iuvare. Hinc nata Hectori, & sociis eius audacia. Pugnans cum Graecis validas conferunt. Hinc caedes, mactationes, effusiones sanguinis ortae, hinc homicidia, clamores, restagnationes cruoris. Instar aristarum Graecorum agmina concidunt, qui animis deiecti quum hostes haberent arces, poenitentia ducti sunt eorum, quae deliquerant, quumque

prius

Caedes Palamedis.

Achilles defensor Palamedis.

Vlyssis insidiae.

Palamedis querela & mors.

1 Τύτων) Scrib. τύτῳ.

2 Τοῖς] Scrib. ταῖς.

prius superbe se extulissent, nunc Thetidis filium verbis supplicibus orabant, ut ipsis reconciliaretur. Verum Achilles illa non curabant, quo eis opem ferret, donec Patroclus cecidisset, quem valde diligebat, interfectus ab heroicis manibus Hectoris. Tum vero perpulerunt eum, ut adversus Troianos procurreret. Itaque progreditur ad pugnam Achilles, ignem spirans, perrumpit phalanges, prima stantes in acie necat, & inter eos Hectorem ipsum, Troiae columnam, virum fortem, mavortium, nutritum in armis, gerentem in pectore cicatrices infinitas, quas ex conflictibus adversus feros tauros acceperat prius, quam Graeci venissent, & cum eo depugnassent. Hectore peremto, qui audaci praeditus fuerat corde, Priamus Amazonas ad belli societatem arcessit. Itaque rursum pugnatur, & omnes necantur. Hoc modo senex ille Dardanides ab omnibus destitutus, ad Davidem Iudaeae Regem suos mittit, qui ab eo manum auxiliarem poscerent. Verum David illam haud porrexit, sive id temporis bellum gerebat adversus nationes extraneas, sive abhorrens a Graecis simul, & barbaris, ut qui Deum non cognoscerent, sed deastros colerent, ac veritus, ne Iudaei ad errorem prolaberentur, si ab ipso Troianis auxiliares copiae mitterentur; quum alias a natura proclives ad vitium forent. Igitur Regem Indorum Tantanem * Priamus ad opem sibi ferendam suppliciter invitat, & infinita cum multitudine Memnon mittitur. Exercitus erat Indicus, omnes colore nigro. Quos quum adspexissent Graeci, peregrino colore praeditos, formam eorum, & armaturam veriti, simulque bestias illas formidantes, quas alit India, fugere noctu, Troiamque relinquere cogitabant. Sed tamen nigris demum hominibus aciem opposuerunt, Indorumque sanguine terram tinxerunt, ut ea ruberet, ac ipsa flumina Scamandri cruor purpurea redderet. eo tempore festum donariorum adpetebat, quod tam Graeci, quam Barbari celebrabant. Itaque factae sunt induciae bellorum, ac laborum. Quibus durantibus, Graecorum, & Troianorum copiae ostentabant se quidem mutuo, sed nihil moliri contra se invicem audebant. Templum vero quoddam erat ante Troiam pulcris ornatam turribus, in quo frequenter versans Achilles, Polyxenam vidit, & ardenti eius amore correptus est. Quippe conspexerat eam, prius quam Hector redimeretur, ubi quum illam retinere potuisset, non tamen id facere voluit. At ubi tunc eam adspexit, adfici coepit, Priamoque patri denuntiavit, se Polyxenam uxorem poscere. Priamus adsentiri se simulabat, Deiphobo, & Paride fraudes hasce machinantibus. Quare quum ingrederentur in Apollinis Alphaei fanum, iureiurando se obstricturi in caussa Polyxenae; Deiphobus Pelei filium complexus osculabatur, carae sororis

Patroclicaedem Achilles ulciscitur.

Hectoris mors.

Amazones opem Troianis ferunt.

Cur Troianis opem David negarit.

India Troianis arcessuntur.
* al. Panem.

Indorum clades.

Induciae propter donariorum festum.

Achilles qui perierit.

Αὐτὸν παρεβιάσατο δραμεῖν κατὰ τῶν Τρώων.
Ἔξεισι τοίνυν Ἀχιλλεὺς πρὸς πόλεμον πῦρ πνέων.
Καὶ ῥήγνυσι τὰς φάλαγγας, τροποῦται τοὺς προμάχους,
Καὶ σὺν αὐτοῖς τὸν ἕκτορα τὸν κίονα τῆς Τροίας,
Ἄνδρα βριθὺν, ἀρεικὸν, ὅπλοις ἐντετραμμένον,
Μωλωπισμοὺς ἐμφαίνοντα τοῖς στήθεσι μυρίων,
Οὓς εἶχε συμπλεκόμενος τοῖς ταύροις τοῖς ἀγρίοις,
Πρὸς τοῦ τοὺς Ἕλληνας ἐλθεῖν καὶ συγκροτῆσαι μάχην,
Ἀντιπαραταττόμενος ἔθνεσιν ἀλλογλώσσοις.
Ἀναιρεθέντος δ' ἕκτορος τοῦ τολμηροκαρδίου,
Μετακαλεῖται Πρίαμος συμμάχους Ἀμαζόνας.
Καὶ πάλιν μάχη καρτερὰ, καὶ θανατοῦνται πᾶσαι.
Ἐκ πάντων οὖν ἀπορηθεὶς ὁ Δαρδανίδης γέρων,
Εἰς τὸν Δαβὶδ τὸν ἄνακτα τῆς Ἰουδαίας πέμπει,
Παλάμην ἐξαιτούμενος συμμαχικὴν ἐκεῖθεν.
Ἀλλ' ὁ Δαβὶδ οὐ δίδωσιν εἴτε τὸ τηνικαῦτα
Ἀντιπαραταττόμενος ἔθνεσιν ἀλλογλώσσοις,
Εἴτε καὶ μυσαττόμενος Ἕλληνας καὶ βαρβάρους,
Ὡς μὴ θεὸν γινώσκοντας καὶ εἰδωλολατροῦντας,
Καὶ δεδιὼς μὴ ῥεύσαιεν πρὸς πλάνην Ἰουδαῖοι,
Οἱ παρ' αὐτοῦ πεμφθήσονται σύμμαχοι τῆς 1 ἐν Τροίᾳ,
Πρὸς τὴν κακίαν ἔχοντες εὐεπιφόρως φύσει.
Τὸν οὖν παντάνιν τὸν Ἰνδὸν Πρίαμος ἱκετεύει,
Καὶ μετὰ πλήθους στέλλεται μέμνων ἀπειραρίθμου.
Ὁ δὲ στρατὸς ἦσαν Ἰνδοὶ πάντες μελανοχρῶτες.
Οὕσπερ ἰδόντες Ἕλληνες ἐν ἀλλοκότῳ θέᾳ,
Καὶ δειλιάσαντες αὐτῶν μορφὴν καὶ πανοπλίαν,
Καὶ ζῶα περιτρέσαντες ἅπερ Ἰνδία τρέφει,
Νύκτωρ φυγεῖν ἐσκέπτετο καὶ προλιπεῖν τὴν Τροίαν.
Ἀλλ' ὅμως ἀντετάξαντο πρὸς τοὺς κελαινοχρῶτας,
Καὶ τῶν Ἰνδῶν τοῖς αἵμασιν ἠρύθρωσαν ἀρούρας,
Καὶ τοῦ σκαμάνδρου τὰς ῥοὰς ἐφοίνιξαν τοῖς λύθροις.
Ἐν τούτοις δὲ κατέλαβεν ἡ τῶν ἀναθημάτων
Τοῖς ἕλλησι πανήγυρις ἀλλὰ καὶ τοῖς βαρβάροις.
Καὶ πᾶσιν ἦν ἀνακωχὴ πολέμων καὶ σκαμμάτων 2.
Καὶ δὴ στρατὸς ἑλλήνιος καὶ τὸ τῶν Τρώων σμῆνος
Ἀλλήλοις ἐπεμίγνυντο πρᾶξαι μηδὲν τολμῶντες.
Ἦν δὲ ναὸς πρὸ τῶν τειχῶν τῆς καλλιπύργου Τροίας,
Ἔνθα θαμίζων Ἀχιλλεὺς εἶδε τὴν Πολυξένην,
Καὶ τὸν πυρσὸν τοῦ πρὸς αὐτὴν ἔρωτος ὑπανῆψε.
Ἐν λύτροις γὰρ τοῖς Ἕκτορος αὐτὴν προεωράκει,
Καὶ κατασχεῖν δυνάμενος ὅμως οὐκ ἠβουλήθη.
Τότε δ' ὡς εἶχεν ἔπαθε, καὶ τῷ πατρὶ Πριάμῳ
Λόγους ἀπέστειλε ζητῶν εἰς γάμον Πολυξένην.
Ὁ δὲ συγκατατίθεσθαι δῆθεν προσεποιεῖτο,
Καὶ ταῦτα δόλοις ἔπραττον Δηΐφοβος καὶ Πάρις.
Ὡς οὖν εἰσῆλθον εἰς ναὸν Ἀπόλλωνος Ἀλταίου
Ὅρκοις κατεμποδώσοντες τὰ περὶ Πολυξένης,
Ὁ μὲν Δηΐφοβος προσφὺς ἐφίλει τὸν Πηλέως,
Φίλης νυμφίον ἀδελφῆς αὐτὸν κατονομάζων,
Ἐγγὺς δὲ στὰς Ἀλέξανδρος ἐπήνεγκε καιρίαν,
Καὶ πλήξας ὑπεξέφυγε μετὰ τοῦ Δηϊφόβου.
Ὁ δ' Ἀχιλλεὺς κατενεχθεὶς πνοαῖς ἦν ἐν ἐσχάταις.
Ἤσθετο τοῦτον ὀδυσσεὺς, συνείπετο γὰρ τούτῳ,
Καὶ σὺν αὐτῷ διογενὴς Αἴας ὁ Τελαμῶνος.
Ἀμφωτοί γαρ εἰς τὸν ναὸν συνεισπεπηδηκότες
Εὗρον τὸν ἥρω κείμενον αἵμασι πεφυρμένον,
Ἀπεσβηκὼς ἐμπνέοντα, μόγις κινοῦντα γλῶσσαν,
Καὶ μέλλοντα καλύπτεσθαι τὰ βλέφαρα τῷ σκότῳ.
Ὡς οὖν εἶδον ὠλόλυξαν, καὶ προσπεσὼν τῷ στήθει

illum sponsum adpellando; Alexander autem adstans prope, letale vulnus inflixit. Quo illato, una cum Deiphobo in fugam se proripuit. Achilles collapsus, extremam agebat animam. Id Vlysses animadvertebat, qui comitatus eum fuerat, una cum Aiace Telamonis filio, Iove sato. Quapropter in fanum uterque simul quum irrupisent, heroem illum iacentem invenerunt, cruo-

1 Τῆς) Scrib. ταῖς.

2 Σκαμμάτων] Malim, καμάτων.

Digitized by Google

Αἴας ὁ μέγας ἐν κλαυθμῷ πρὸς τὸν Πηλέως εἶπεν.
Ἦν ἄρα πολυμόκλονε, ϗ γίγα βριαρόχειρ,
Ὃς ἀνελεῖν ἠδύνατο τὸν θυμολέοντά σε.
Ὁ δ' ἀμαυρὸν ἐφώνησε ϗ παρακεκομμένον.
Ἀνεῖλόν με Δηΐφοβος ϗ Πάρις μετὰ δόλου.
Καὶ ταῦτ' εἰπὼν ἐξέπνευσεν ὁ τηλικοῦτος ἥρως.
Αἴας δ' ἐπ' ὤμων θέμενος τὸ σκῆνος Ἀχιλλέως,
Πικρῶς ἐπὶ τὸν νάσαυθμον 1 ἤγαγεν ὀλολύζων.
Εὐθὺς δὲ μετεπέμψαντο Πύῤῥον τὸν Ἀχιλλέως
Τὸν ϗ Νεοπτολέμενα τὸν Ἀμφιπποδαμείας 2.
Καὶ πάλιν φόνοι, ϗ σφαγαὶ, πάλιν ἀνδροκτασίαι,
Καὶ πάλιν αἱματόφυρτοι τῆς Τροίας πεδιάδες,
Καὶ πάλιν αἱμοφόρητα τὰ τοῦ Σκαμάνδρου ῥεῖθρα.
Ἕως τῶν μάντεων αὐτῶν χρησμοὺς ἐκβιβασάντων 3,
Ὡς οὐ χρήων ἐστὶν ἑλεῖν ἀπὸ πολέμου Τροίαν,
Οὐ δ' ἐκ χειρῶν, οὐ δ' ἐκ ξιφῶν, ἀλλ' ἀπὸ δόλου μόνου,
Τὸν ἵππον ἐτεκτήναντο τὸν ξύλινον ἐκεῖνον.
Καὶ καταφράκτους εἰς αὐτὸν ἄνδρας εἰσενεγκόντες,
Ἀπαίρειν δῆθεν ἔδοξαν πρὸς τὰς ἐνεγκωμένας.
Καὶ τὸν μὲν ἵππον εἴασαν αὐτῷ πρὸς τῷ ναςαύθμῳ 4,
Αὐτοὶ δ' ὑφώρμων ταῖς ναυσὶν ἐν τῇ Τενέδῳ νήσῳ.
Εἶδον οἱ Τρῶες τὸ συμβὰν, εἶδον ἐρήμους ὅρμους.
Τὸν ἵππον μόνον βλέποντες ἠπόρουν, ἐθαμβοῦντο.
Καὶ πρῶτον μὲν νομίζοντες εἶναι τὸ πᾶν ἀπάτην
Φφείρειν τὸν ἵππον ὥρμην τὸ πυρὶ παραδιδόναι.
Ἢ δὲ ῥιπτεῖν κατὰ μετρῶν κατὰ βυθοῦ θαλάσσης.
Εἶτα ϗ γὰρ κεκύρωτο Τροίαν ἁλῶναι τότε,
Προσῆκον ἔδοξεν αὐτοῖς εἰσενεγκεῖν τὸν ἵππον,
Ὡς ἄγαλμα ϗ λάφυρον ἀπὸ τῶν ἐναντίων.
Οἱ μὲν αὐτὸν εἰσήνεγκαν, ϗ πότοις ϗ χορείαις
Αὐτοὺς ἐκδόντες ὑπνωτὸν βαθὺν νήγρετον ὕπνον.
Οἱ δ' ἄνδρες οἱ κρυπτίμαιοι, ϗ πρὸς αὐτὸν λοχῶντες,
Ὑπεξελθόντες σιωπῇ φρύκτωρον ἦραν μέγαν,
Ὅπερ ἰδόντες Ἕλληνες οἱ προεκπεπλευκότες,
Θᾶττον ἢ λόγος ἐν ναυσὶ κατῆραν πρὸς τὴν Τροίαν
Καὶ τῶν πυλῶν ἀνοιγεισῶν παρὰ τῶν προεμβάντων
Ὡς ὕδωρ εἰσεχύθησαν λαῦρον ποθὲν πλημμύραν.

cruore foedatum, extremos ducentem spiritus, vix linguam moventem, & iam iamque cernendi usum amissurum. Itaque illo conspecto ululabant, & ad pectus eius adlapsus Aiax Telamonius, cum lamento Achillem adloquutus est. O vir mavortie, robustis manibus gigas, quis nam te leonino corde praeditum occidere potuit? ille perobscure conciseque vocem hanc edidit: fraudulente Deiphobus, atque Paris me interfecerunt. Quae effatus, insignis heros exspiravit. Aiax vero corpus Achillis humeris impositum acerbo cum eiulatu ad portum detulit. Mox Pyrrhum Achillis filium arcessunt, cognomento Neoptolemum, Hippodamea matre natum. Rursum caedes, mactationes, homicidia exoriuntur; rursum campi Troiani cruore imbuuntur, donec vatibus oracula pronuntiantibus, fatale non esse, bello Troiam occupari, nec manibus, nec gladiis, sed tantum fraude, ligneum equum Graeci fabricarunt, & in eum viris armatis impositis, se versus patrium solum solvere simularunt. Et equum quidem istic iuxta portum relinquebant, ipsi vero cum navibus ad Tenedum insulam adpellebant. Videbant Troiani, quod acciderat, portus adspiciebant vacuos, solum equum intuentes, dubitabant, & obstupescebant. Ac primo quidem existimantes subesse fraudem, equum abolere festinabant, igni traditum, vel de scopulis in profunditatem maris abiectum. Deinde (nam statutum erat divinitus, Troiam tunc esse capiendam) visum est eis, equum in urbem traducendum esse, tamquam simulacrum quoddam, & spolium hostibus ademtum. Quapropter cum in urbem cum potationibus, & choreis intulerunt, seque deinceps somno gravi, & inexcitabili dederunt. At illi, qui absconditi latebant in eo per insidias, silenter egressi, magnum ignem suscitarunt. Quod conspicati Graeci, qui prius discesserant, dicto citius cum navigiis ad Troiam adplicuerunt. Quumque portae fuissent apertae ab iis, qui erant prius ingressi, clanculum in eam infusi sunt, instar exundantis aquae.

Pyrrhus a Graecis arcessitur.

Equus Troianus.

Troia capitur.

Τῆς στεροπύργου τοιγαροῦν οὕτω ληφθείσης Τροίας,
Γυναῖκες ἀφηρπάζοντο παστάδων νεοπήκτων,
Ἡ γῆ κατελιμνάζετο, τοῖς φόνοις τῶν πιπτόντων,
Βρέφος ὑπαγκαλίδιον ἐῤῥήγνυτο τῷ τοίχῳ.
Ἁπλῶς εἰπεῖν ὡς ἐν βραχεῖ, γόος κατεῖχε πάντα.
Καὶ πᾶν δεινὸν πᾶν πικρὸν κατέκλυζε τὴν πόλιν.
Αἱ χεῖρες λυθροστάλακτοι, φονόβαπτα τὰ ξίφη.
Τὸ δάπεδον ἠρύθρωτο, συνεπατοῦντο βρέφη.
Ὡς δέ ποτ' ἐκορέσθησαν ἁρπάζοντες κτιννύντες.
Πυρὶ παραδιδόασι, πιμπρῶσιν ἀπὸ βάθρων,
Τὴν πρὶν ἐν πόλεσι λαμπρὰν, τὴν περιλαλουμένην.

Hoc modo quum Troia firmis munita turribus, esset capta, feminae rapiebantur e lectis recentibus, terra per caedes cadentium stagnabat. Infans qui gestabatur in ulnis, ad parietem adlidebatur. Vt simpliciter ac breviter dicam, eiulatu cuncta replebantur, omnis calamitas, omnis acerbitas urbem invadebat. Manus cruore stillabant, gladii sanguine tincti erant, pavimentum rubedine infectum, infantes proculcabantur. Tandem quum rapinis, & caedibus essent satiati, urbem igni tradunt, & a fundamentis exurunt, prius inter alias splendidam, & passim celebrem.

Τὰ μὲν κατὰ τὸν πόλεμον τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.
Ἡ τύχη δ' ἐγκοτήσασα καθάπαξ Μενελάῳ,
Ἄλλοις καινοῖς τὸν τάλανα καταπιέζει μόχθοις.
Καὶ πάλιν πλοῦς μακρότερος, ναυστόλησις ἑτέρα,
Καὶ πόνοι διαδέχονται τοὺς παλαιτέρους νέοι,
Καὶ πλοῦν τὸν Ἑλλησπόντιον Αἰγύπτια πελάγη.
Ἀπαίρει πρὸς τὴν Αἴγυπτον, δεινὰς μετρεῖ θαλάσσας.
Καὶ χειμασθεὶς ϗ κυμανθεὶς ἀνέμοις βαρυθρόοις
Μόγις ἀνέῤῥει πρὸς αὐτὴν, ἄνεισι πρὸς Πρωτέα,
Εὐ-

Hoc modo bellum istud est gestum. Ceterum fortuna Menelao semel indignata, novis aliis miserum laboribus opprimit. Rursum navigare coactus est multo remotius; aliae molestiae iam ante infelicem excipiunt, nimirum Hellespontiacam navigationem AEgyptium mare. Nam AEgyptum versus solvit, navigat periculosa per loca, & a tempestatibus, fluctibus, ventisque gravibus iactatus, vix ad eam ad-

Menelai nova profectio.

1 Νάσαυθμον) Scrib. ναύσταθμον.
2 Τὸν Ἀμφιπποδαμείας) Scrib. τὸν ἀφ' Ἱπποδαμείας.

A

3 Ἐκβιβασάντων) Malim, ἐκφοιβασάντων.
4 Ναςαύθμῳ, pro ναυστάθμῳ.

Digitized by Google

adpellit, adscendit ad Proteum; invenit ibi coniugem in urbe Memphitica, hospitioque acceptus honorifice, recipit Helenam; multos denique post labores in patriam revertitur, annum iam post occupationem Troiae octavum agens in oberratione, qua ad Proteum pergebat. Invenit tum fratrem Agamemnonem misere trucidatum sceleratissimae uxoris fraude, quae moecha erat, & vipera. Invenit & Orestem e fratre nepotem, qui AEgysthum occiderat, tori paterni, & generis contaminatorem, quo cum ille matrem etiam impudentem Clytaemnestram peremerat.

Initia Romani Imperii.

Εὑρίσκει ϗ τὴν σύνοικον ἐκεῖ κατὰ τὴν Μέμφιν.
Καὶ ξενιωθεὶς ϗ τιμηθεὶς λαμβάνει τὴν Ἑλένην,
Καὶ μετὰ μόχθους ἱκανοὺς φθάνει πρὸς τὴν πατρίδα,
Μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν ὄγδοον ἔτος τρέχων.
Κατὰ τὴν ἐπιπλάνησιν τὴν ἐπὶ τὸν Πρωτέα
Εὑρίσκει ϗ τὸν σύναιμον ἀθλίως ὀλωλότα
Δόλῳ κακίστης γυναικὸς αἰχίδνης 1 μοιχαλίδος.
Εὑρίσκει τὸν ἀδελφιδοῦν Ὀρέστην ἐφθαρέντα,
Τὸν τοῦ πατρὸς αἰσχύνοντα τὸ γένος ϗ τὸ λέχος,
Καὶ σὺν αὐτῷ τὴν ἀναιδῆ μητέρα Κλυταιμνήστραν.

Hactenus Menelai casus a me commemorati sunto, idque cursim, & perspicue: restat, ut deinceps potentem, ac validam Romanorum felicitatem describamus, unde illi exorsi, terra universa potiti sint.

Ἤδη μοι συντετέλεσται ϗ τὰ κατὰ τὴν Τροίαν
Ἐπιδρομάδην ϗ σαφῶς. ϗ δὴ λοιπὸν γραπτέον
Τὴν σθεναρὰν ϗ κραταιὰν ῥωμαίων εὐποτμίαν,
Ὅθεν ἀρξάμενοι τῆς γῆς ἐκράτησαν ἁπάσης.

Post occupationem Troiae AEneas Anchysae filius fuga elapsus, sive dimissus ab hostibus, cum familia tota se confert in terram Italiam, quam alii tradidere sic adpellatam esse ab Italo, qui partibus Hesperiis imperitaverit; alii de hac caussa nomen hoc habere dixerunt. Magnus Heros ille Hercules Geryonis boves collectos armentatim ex certamine domum ducebat. Ibi quum ex iis unus vitulus ab armento boum (ceu memoriae proditum est) resiliisset, interiecto Maris pelago natatu traiecto, in Italiam magna vi pervenire potuit. Hercule vero quocumque venisset interrogante, num quis vidisset bovem hunc, qui aberraverat; illi, qui linguam Graecam minime intelligerent, quod Graeci damalim, vitulam more gentis adpellabant. Itaque hoc ab animali tota regio Vitulia, quam bos percurrerat, est adpellata.

Unde dicta Italia.

Μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν Αἰνείας παῖς Ἀγχίσου,
Εἴ τε φυγὼν εἴ τε λυθεὶς ἀπὸ τῶν πολεμίων,
Μετανιστεύει πανσυδὶ πρὸς γῆν τῆς Ἰταλίας.
Ἣν ἄλλοι μὲν ἱστόρησαν οὕτως ὀνομασθῆναι
Ἐξ Ἰταλοῦ κατάρξαντος μερῶν τῶν Ἑσπερίων.
Ἡ δ' ἐξ αἰτίας ἔφασαν τοιᾶσδε σχεῖν τὴν κλῆσιν
Ὁ μέγας ἥρως Ἡρακλῆς τὰς Γηρυόνος βόας
Ἀγεληδὸν συναγαγὼν ἦγεν ἐξ ἐρυθείας.
Εἷς οὖν ἐκείνων δάμαλις τῶν ἀπὸ τῆς ἀγέλης
Ἀποσκιρτήσας ὥς φασιν ἀπὸ τοῦ βουκολίου
Τὸ μεταξὺ νηξάμενος πέλαγος τῆς θαλάσσης
Εἰς Ἰταλίαν ἴσχυσε διαπεράσαι τάχει.
Τοῦ δὲ καθὼς ἀφίκοιτο παντὶ πυνθανομένου,
Εἴ τις αὐτῶν ἑώρακε βοῦν ἀποπλανηθέντα,
Ἐκεῖνοι τῆς Ἑλληνικῆς μὴ συνιέντες γλώσσης,
Οὐίτουλον τὸν δάμαλιν ἐκάλουν ἐγχωρίως.
Ἀπὸ τοῦ ζώου τοιγαροῦν οὐϊταλία πᾶσα
Ὅσην ὁ βοῦς ἐπέδραμεν ἐκεῖνος ὠνομάσθη.
Τῷ χρόνῳ δὲ μετέπεσεν εἰς κλῆσιν Ἰταλίας.

Igitur AEneas cum Troianis, qui cum ipso navigabant, acceptis oraculis Italiam navigio petebat. Ea iubebant versus occidentem, ut navigaret, donec tamdem in regionem quamdam pervenissent, in qua mensas ipsi suas ciborum instar devorarent. Hoc quum accidisset, quadrupede uterentur viae duce, atque ibidem urbem exstruerent, ubi animal istuc defatigatum cursu haesurum esset.

AEneas in Italiam navigat.

Αἰνείας οὖν σὺν τοῖς Τρωσὶ τοῖς συνεκπεπλευκόσι
Χρησμοὺς λαβὼν ἀπέπλεε περὶ τὴν Ἰταλίαν.
Οἱ δὲ χρησμοὶ προσέταττον ἐπὶ δυσμῶν ἐκπλέειν,
Μέχρις αὐτοὺς ἐγγένηται καταλαβεῖν χωρίον,
Ἐν ᾧ κατασιτήσονται τὰς ἑαυτῶν τραπέζας.
Ἐπὰν δὲ τοῦτο γένηται τετράποδι χρωμένους
Καθηγεμόνι τῆς ὁδοῦ κτίζειν ἐκεῖσε πόλιν,
Ὅπου τὸ ζῶον αἱρεθῇ καμὸν ἀπὸ τοῦ δρόμου.

His oraculis acceptis, Laurentum perveniunt. Laurentum vero campus est in Italia. Fixis ibi tabernaculis, in pavimento prandebant. Totum autem pavimentum apio constratum erat, quod ipsis mensarum usum explebat. Itaque iam absumtis, quae erant adposita, quidam apium gustare coepit, ac post ipsum alius, inde rursum alius convictor, & vicissim illi proximus. Tum nonnulli exclamarunt: una cum cibis etiam ipsae mensae absumtae sunt. Subsequutus est plausus, quasi iam oraculi dati finis adpetiisset. Hinc sacrificare volentes, aram exstruebant, suemque feminam sacrificandam sistebant; quae gravida, non iam procul a partu aberat. Quumque sacrificii suem petituri mox essent, manibus illa se tenentum elapsa, quemdam ad collem procurrit. Sequebatur suem AEneas lento nonnihil gradu, spatio inter se suemque non magno relicto, data opera; ne contentione vehementiaque cursus illa

Oraculum AEnea datum.

Eventus oraculo respondet.

Τούτους λαβόντες τοὺς χρησμοὺς εἰς Λορεντὸν ἱκνοῦνται.
Πεδίον δὲ τὸ Λορεντόν ἐστι τῆς Ἰταλίας.
Ἐνταῦθα πήξαντες σκηνὰς ἠρίστων ἐν δαπέδῳ.
Σελίνης 2 δὲ τὸ δάπεδον ἦν ἅπαν ἐστρωμένον,
Καὶ ταῦτα χρείας τραπεζῶν ἐκείνοις ἀπεπλήρου.
Ἀναλωθέντων τοίγαρ οὖν τῶν παρατιθεμένων,
Σελίνου τὶς ἐγεύσατο, ϗ μετ' ἐκεῖνον ἄλλος,
Καὶ μετ' αὐτὸν ὁ συσσιτῶν, ϗ μετ' αὐτὸν ὁ πέλας.
Καί τινες ἀνεβόησαν, ἡμῖν σὺν τοῖς σιτίοις
Ἀνάλωνται ϗ τράπεζαι. κρότος οὖν ἐπὶ τούτοις,
Ὡς τοῦ χρησμοῦ τοῦ παρ' αὐτοῖς εἰς τέλος πεφθακότος.
Ἔπειτα θύειν μέλλοντες βωμὸν ἐδημιούργουν,
Καὶ θήλειαν ἐφίστασαν ἐπὶ θυσίᾳ χοῖρον,
Ἐγκύμονα τυγχάνουσαν ϗ πρὸς τὸ τίκτειν οὖσαν.
Μελλόντων δὲ κατάρχεσθαι τῆς χοίρου τῶν θυτήρων,
Ἐκείνη διασείσασα χεῖρας τῶν κατεχόντων
Ἐξέδραμε, ϗ πρός τινα λόφον ὡρμήθη τρέχων,
Αἰνείας δὲ παρείπετο βήμασι σχολαιτέροις
Μικρὸν ὑπολιπόμενος ἐκείνης ἑκουσίως,
Ὡς μὴ τοῦ δρόμου τῷ γοργῷ θορυβηθὲν τὸ ζῶον

Ἀπὸ

---

1 Αἰχίδνης] Scrib. ἐχίδνης.

2 Σελίνης) Scrib. σελίνοις.

Ἀπὸ τῆς κατὰ δαίμονα πορείας ἐκτραπείη.
Συνῆκε γὰρ ὡς ὁ χρησμὸς τοῦτο τετράπουν εἶπεν.
Ἡ μὲν οὖν ἐκαθέζετο δρόμῳ πολλῷ καμοῦσα.
Εἴκοσι γὰρ πρὸς τέσσαρσιν ἀνέδραμε σιαδίους 1.
Αἰνείας δὲ τὰ θέσφατα βλέπων τετελεσμένα,
Τὸ γὰρ χωρίον ἀφυὲς εἰς τὸ συστῆναι πόλιν,
Μετ᾽ ἄλλαις αἰτιάσεσι τοὺς χρήσαντας ὑπῆγεν.
Οὕτω δ᾽ αὐτῷ κακίζοντι καὶ καταμεμφομένῳ
Φωνὴ ποθὲν ἐξ ἀφανοῦς ἠκούσθη προϊοῦσα,
Ἥτις οὐ μονὴν ἔλεγε κἀκεῖ τὴν πόλιν κτίζειν.
Καταγωγὴν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἄρτι γενέσθαι ταύτην.
Ἔπειτα δὲ μετὰ καιρὸν καὶ χρόνους ἰσαρίθμους
Οἷς ἂν ἡ χοῖρος ἀπαλοῖς ἐκτέκῃ δελφακίοις,
Ἄλλην αὐτοῖς γενήσεσθαι μεγαλοπρεπεστέραν.
Ἡ μὲν οὖν χοῖρος ἔτεκεν ὅλην τριακοντάδα,
Καὶ χρόνοις τόσοις ὕστερον πέτρα τοῖς ἐξ Αἰνείου
Ἡ πόλις Ἄλβα γέγονε λαμπρὰ καὶ τρισευδαίμων.
Τότε δ᾽ Αἰνείας τῇ φωνῇ τῇ θείᾳ πεπεισμένος
Ἐκεῖ πολίζειν ἤρξατο πόλιν Λαουϊνίαν.
Καί τι συνέβη θαυμαστὸν ἀξιαφήγητόν τε.
Πρῶτα μὲν πῦρ αὐτόματος τῆς νάπης ἀνεδόθη.
Ἔπειτα λύκος ἐκπηδῶν ποθὲν ἀπὸ δρυμῶνος
Ὕλην ξηρὰν τῷ στόματι λαμβάνων ἐπετίθει.
Ἀετὸς πτερυσσόμενος ὄρνις μεγαλοπτέρυξ
Τοῖς πτέρυξιν ἀνέκαιε τὸ πῦρ ἀναρριπίζων.
Ἀλώπηξ δέ τις δολερὰ τούτοις ἀντιζηλοῦσα,
Καὶ τοῖς ἀνάπτουσι τὸ πῦρ ἀντιπαλαμωμένη
Σβεννύειν ἔσπευδεν αὐτῷ 2 καὶ μαρασμὸν ἐπάγειν
Τὴν κέρκον διαβρέχουσα λιβάσι ποταμίοις.
Καὶ ταύτην διαρένουσα 3 τὴν ξυλοφάγον φλόγα.
Ποτὲ μὲν οὖν οἱ θέλοντες ἀνάπτειν κατεκράτουν,
Ποτὲ δ᾽ ἐκείνων περιῆν ἡ θέλουσα σβεννύειν,
Τέλος οἱ μὲν ἐνίκησαν, ἡ δ᾽ ᾤχετο φυγοῦσα,
Ταῦτ᾽ οὖν Αἰνείας κατιδὼν, ἐπίφθονον τὴν πόλιν
Γενέσθαι προεφοίβασε, πολλάδε κυκηθεῖσαν
Μόλις ποτὲ καὶ σὺν μακροῖς καμάτοις ἐπαλλήλοις
Καθυπερτέραν ἔσεσθαι τῶν ἐπιβουλευόντων.

illa perturbaretur. Animadvertebat enim, de hac quadrupede prolatum illud oraculum fuisse. Quum ergo porca cursum non exiguum absolvisset, nimirum XXIIII. stadia, tamdem consedit, & AEneas ea quidem, quae praedicta fuerant, accidisse videns, locum autem ipsum ad urbem condendam ineptum; auctores oraculi magnopere culpabat. Inter has querelas alicunde vox quaedam ex obscuro loco prodiit, & audita est, quae non subsistere tantum istic iuberet, sed etiam urbem condere. Nam in hoc quidem tempore Troianos istic hospitium habituros, deinceps vero tot annis exactis, quot enixae iam porcae fetibus numero responderent, urbem aliam longe magnificentiorem consequuturos. Peperit autem porca fetus omnino triginta. Totidem anni quum exisent, AEneae posteri civitatem Albanam, sane splendidam, atque opulentam, exstruxerunt. Id vero temporis AEneas divinae voci obtemperans, oppidum istic condere, quod Lavinia vocatum est, cepit. Acciditque mirum quiddam, & commemoratione dignum. Primum sponte sua exortus est ignis in luco; deinde lupus alicunde prosiliens e campo, materiem siccam ore prehensam in ignem coniecit; aquila magnis alis vibratis ignem excitavit; vulpes denique fraudulenta cupide conatibus illorum obstans, & ignem accendentes dolis suis impediens, tota in eo fuit extinguendo, petitis e flumine undis, quibus caudam madefecerat, flammam urentem respergens. Hoc modo fiebat, ut nonnumquam illi superiores evaderent, qui flammam accendere volebant; nonnumquam vulpes vinceret restinguendo. Tamdem illis victoria potitis, haec fuga sibi consuluit. Haec AEneas quum adspexisset, praedixit urbem illam invidiae expositam fore, multisque turbis exagitatam vix aliquando magnis, & continentibus laboribus consequuturam, ut insidiatoribus suis superior evaderet.

Alba condita.

Prodigium sane mirum.

Καὶ ταῦτα μὲν ἐπράχθησαν Αἰνείου περιόντος.
Ἐπεὶ δ᾽ ἐκεῖνος ἔλιπε τὸν ταραχώδη βίον,
Υἱὸς ἐκείνου γνήσιος Ἀσκάνιος τὴν κλῆσιν
Ἀπὸ Κρεούσης γεγονὼς τῆς θυγατρὸς Πριάμου
Τὴν πόλιν Ἄλβαν ᾤκησε σὺν τοῖς περιληφθεῖσι.
Καὶ ταύτης ἐβασίλευσεν Ἀβούλιος 4 μετ᾽ ἄλλων,
Νεμέτορι προσήκοντι τὰ σκῆπτρα προαρπάσας.
Ἦν δ᾽ ἀδελφὸς παλαίτερος Νεμέτωρ Ἀμουλίῳ.
Οὐ παντελῶς βουλόμενος τὸ γένος ἀφανίσαι,
Τὸν μὲν υἱὸν προσαναιρεῖ, τὴν δέ γε θυγατέραν
Ἱέρειαν πεποίηκε ναοῦ τοῦ τῆς ἑστίας.
Νενομοθέτητο δ᾽ ἁγνὰς τὰς ἱερείας μένειν,
Παρθενικὰς, καὶ καθαρὰς, καὶ γάμων ἀπειράστους.
Ταύτην ποτὲ πρὸς Ἄρεος ἄλσος πορευομένην
Φυλάξας τις ἐπέθετο καὶ συμφθαρεὶς τῇ κόρῃ
Ἐγκύμονα πεποίηκε. ὡς δ᾽ ἐπεγνώσθη τοῦτο
Τῷ πατραδέλφῳ βασιλεῖ, τότε μὲν ἐτηρεῖτο
Μέχρις ὠδίνων καὶ καιροῦ τοῦ τῆς βρεφοκτονίας.
Ἐπεὶ δ᾽ ὁ χρόνος ἐφιστὰς ὃν ὥρισεν ἡ φύσις,
Γαστρὸς τὸ βάρος ἔλυσε, δίδυμα δ᾽ ἦν τὰ βρέφη.
Τὴν μὲν καθείρξας ἀσφαλῶς ὁ βασιλεὺς κατεῖχε,
Τῶν δ᾽ ἀρτιτόκων θάνατον κατέγνω βρεφυλλίων.
Καὶ δίδωσι τὰ δύστηνα ῥιφῆναι καθ᾽ ὑδάτων.
Ἔρριπτο δὴ τὰ δυστυχῆ σκάφης ἐντὸς τεθέντα.

Meursii Tom. VII. Ἐν-

Atque haec quidem adhuc AEnea superstite contigerunt. Quum autem ille debitum naturae persolvisset, filius eius, cui nomen erat Ascanii, de Creusa Priami filia natus, urbem Albam cum Troianis superstitibus condidit. In ea praeter alios Amulius quoque regnavit, qui Numitori sceptra eripuerat, fratri suo maiori natu. Quumque gentem ipsius universam abolere vellet, filio fratris interfecto, filiam fani Vestae sacerdotem fecit. Erat autem praescriptum legibus, ut eiusmodi sacerdotes Vestales pudicitiam castitatemque suam conservarent, & virgines Veneris expertes manerent. Igitur accidit aliquando, ut illam ad lucum Martis ambulantem quidam invaderet, vitioque puellae oblato gravidam redderet. Ea re cognita, rex puellae patruus illam custodiri curavit, donec pariendi tempus adpetiisset. Id quum de naturae praescripto adesset, gemellos illa peperit. Quo facto, neptem suam rex inclusam arcta in custodia detinuit, infantibus ad mortem destinatis: mandans, ut in aquas abiecti necarentur. Itaque misselli quamdam in scapham impositi abiiciuntur. Sed divina heic providentia conspecta est,

Ascanius Albae rex.

Amulius & Numitor reges.

Ilia virgo Vestalis.

Remuli Remique nativitas.

1 Στιαδίους) Scrib. σαδίους.
2 Αὐτῷ) Scrib. αὐτό.
3 Ταύτην διαρένουσα) Scrib. ταύτῃ διαραίνουσα.
4 Ἀβούλιος) Scrib. Ἀμούλιος.

Digitized by Google

est, eiusque manus & efficax omnino vis declarata. Nam eversa scapha, pueri quoque fuerunt eiecti. Quumque roderet eos humor & coenum, in quo iacebant: accidit ut alicunde veniens lupa lacte turgens, quae non ita pridem pepererat, ideoque lactis copia gravabatur, ubera infantum oribus admoveret, ipsumque lutum perbenigne ablingeret, quo erant illorum ora deformata & oblita. Forte pastor quidam hac re conspecta, infantum saluti consuluit, ad uxorem eos suam defert, quam aegro adfectam animo reperit, quod infantem mortuum edidisse. Hanc eius calamitatem infantibus hisce oblatis solatur, quos suorum liberum loco educaret. Illa vero materna quadam illos pietate complexa deinceps aluit, quum praeter spem gemellorum facta parens fuisset, quae non multo ante hoc nominis ne in uno quidem consequi potuerat. Alii tradunt, non lupam hos infantes nutrivisse, sed ipsam Faustuli pastoris coniugem: quae propterea, quod corporis sui formam vulgo prostitueret, paterna gentibus illis lingua Lupa fuerit adpellata, qua voce scorta nuncupari censuerint, & lupae similiter, ambigua nimirum significatione. Nonnulli quod feminae petulantiam cognitam habuissent, Lupam uberibus suis infantes hos aluisse prodiderunt. Posteaquam educati nonnihil adolevissent, indita sunt eis Remi Romulique nomina, vitam subulcorum & bubulcorum agrestem agentibus. Quumque per ignorantiam Numitoris caulas adfecisse detrimento, quem iam rumor erat, ipsorum avum maternum esse: in illis larrociniis capti sunt a nonnullis, qui eis insidias struxerant. Ad avum perducti, & ultro citroque cogniti, Amulium non tantum Albano regno spoliant, sed etiam ferro destitutum a satellitibus obtruncant: suoque avo materno sceptra restituunt. Is vero quum magnas eis opes atque pecunias largitus fuisset, instructis cunctis rebus necessariis ad deducendam coloniam ablegat. Quare delatus ad oppidulum quoddam Romulus, cui Palatii nomen esset, ab auctore Palante, figuram urbis ibi delineat; iunctis mare tauro, & iuvenca. Taurus foras campum versus, spectabat: iuvenca vero, sub unum cum eo iugum redacta, respiciebat urbem, qua pictura, ceu notis quibusdam, innuebat optare se Romulus, ut extraneis viri formidabiles essent: feminae vero domi foecundae forent, suis maritis fidae, observatrices aedium, earumque rerum custodes, quae res aedibus exsistunt. Post haec glebam extrinsecus iacentem in manum sumtam in urbem coniecit, voto concepto, ut ex alienis haec respublica incrementum sumeret. Quibus ita peractis, signo tuba dato, nomen urbis edidit, ut Roma nuncuparetur. Quumque de finitimis regionibus hominum turbam, virorum scilicet, mulierum, adolescentium, senum, iuvenumque collegisset: omnes eodem civitatis uti iure permisit, & in coloniam recepit.

Lupa infantes alit.

A pastore servantur.

Alia narratio.

Amulii caedes.

Romuli pictura & votum.

Ἐνταῦθα θεία πρόνοια κατάδηλος ὑπῆρξεν
Ἡ δραστική σου δύναμις τὸ τῆς χειρός σου κράτος.
Ἡ σκάφη περιτρέπεται, ῥιπτεῖται καὶ τὰ βρέφη.
Ἔκειτο δὲ κνιζόμενα καὶ τετελματωμένα.
Φαίνεται λύκαινα ποθὲν σπαργῶσα νεοτόκος [1].
Βαρυνομένη τοὺς μαστοὺς τοῦ γάλακτος τοῖς ῥείθροις,
Καὶ τὰς θηλὰς τοῖς στόμασι τοῖς τῶν βρεφῶν προσῆγε,
Καὶ τὸν πηλὸν ἀπέλειχε τῇ γλώσσῃ φιλανθρώπως.
Ἦσαν γὰρ σφῶν κατάπηλα τὰ κάλλη τῶν προσώπων.
Βλέπει ποιμὴν τὸ γεγονὸς, τὰ βρέφη περισώζει,
Ἀπάγει πρὸς τὴν γαμετὴν, εὑρίσκει δυσθυμοῦσαν
Ὅτι νεκρὸν ἀπέτεκε, παραμυθεῖται τούτοις,
Καὶ δίδωσιν ὡς ἴδια ταῦτα τὰ βρέφη τρέφειν.
Ἔτρεφε ταῦτα μητρικῶς ἐκείνη καὶ γνησίως,
Καὶ παρ' ἐλπίδας μήτηρ ἦν διδύμων βρεφυλλίων,
Ἡ πρὸ μικροῦ μηδ' ἐφ' ἑνὶ τούτῳ συγχωρηθεῖσα.
Ἄλλοι δ' οὐ λύκαινάν φασιν ἐκθρέψαι τὰ παιδία,
Αὐτὴν δὲ τὴν ὁμόλεκτρον Φαιστύλου [2] τοῦ ποιμένος,
Ἥτις κοινὸν τοῦ σώματος τὸ κάλλος ποιουμένη
Λοῦπα κατωνομάζετο τῇ γλώττῃ τῇ πατρίῳ,
Ἤτοι κατὰ διάλεκτον Ἑλληνικὴν ἑταῖρα.
Ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν λύκαιναν σύνηθες Λοῦπαν λέγειν,
Τὴν ὕβριν τὴν τῆς γυναικός τινες ἠγνωηκότες
Λύκαιναν εἶπον τοῖς μαστοῖς τὰ βρέφη διαθρέψαι.
Ὡς δ' ἂν καὶ διετράφησαν τέως εἰς αὔξην ἦλθον,
Καὶ Ῥῶμος ὠνομάσθησαν οἱ παῖδες καὶ Ῥωμύλος.
Καὶ βίον εἶχον συφορβῶν ἀγροίκων καὶ βουκόλων.
Ἀγνοίᾳ δὲ Νεμέτωρος μανδρεύματα κακοῦντες,
Ὃν ἔφη μητροπάτορα τοῦτον [3] εἰπὼν ὁ λόγος,
Ἑάλωσαν λῃστεύοντες τινῶν ἐνεδρευσάντων.
Τῷ πάππῳ προσαχθέντες δὲ καὶ γνόντες καὶ γνωσθέντες,
Τῆς βασιλείας Ἀλβανῶν Ἀμούλιον γυμνοῦσιν,
Καὶ ξίφει δ' ἀποσφάττουσιν ἀφύλακτον εὑρόντες.
Τῷ σφῶν δὲ μητροπάτορι χαρίζονται τὰ σκῆπτρα,
Τούτοις ὁ πάππος δεδωκὼς χρημάτων ἀφθονίαν,
Καὶ πᾶν τὸ συμβαλλόμενον πέμπει πρὸς ἀποικίαν.
Ὁ γοῦν Ῥωμύλος παρελθὼν ἐπί τινα πολίχνην
Ὑπὸ τοῦ κτίστου Πάλαντος παλάντινον κληθεῖσαν
Τὸ σχῆμα τὸ τῆς πόλεως ἐκεῖσε διαγράφει,
Ἄῤῥενα ταῦρον καρτερὸν καὶ δάμαλιν συζεύξας.
Ὧν ὁ μὲν ταῦρος ἔνευεν ἔξω πρὸς τὸ πεδίον,
Ἡ τούτῳ συνοικοῦσα δὲ δάμαλις πρὸς τὴν πόλιν,
Συμβολικῶς δ' ἐπηύχετο Ῥωμύλος διὰ τούτων,
Τοὺς ἄνδρας μὲν τοὺς ἔξωθεν γενέσθαι φρικαλέους,
Τὰς δὲ γυναῖκας ἔσωθεν γονίμους χρηματίζειν,
Πιστὰς μενούσας, οἰκουροὺς, καὶ φύλακας τῶν ἔνδον.
Ἔπειτα βῶλον τῷ χειρὶ λαβὼν ἀπὸ τῶν ἔξω
Ἔνδον ῥίπτει τῆς πόλεως εὐχόμενος ἐπαύξειν
Τὰ πράγματα τῆς πόλεως ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων.
Καὶ ταῦτα διαθέμενος ἐν σάλπιγξι σημαίνει
Τὴν κλῆσιν τὴν τῆς πόλεως, καὶ Ῥώμην ὀνομάζει.
Καὶ πλῆθος συλλεξάμενος ἀπὸ τῆς περιχώρου,
Ἄνδρας, γυναῖκας, μείρακας, τριγέροντας, ἐφήβους,
Ἔσω πολίτας τίθησι, καὶ κατοικίζει πάντας.

Hoc modo primus Romulus rex Romanorum fuit. Ei Numa successit, Numae Tullus, Tullo Marcius, Ancus cognomento, quod curvaturam pedis (quae ancyle Graecis est) mutilatam haberet. Post hunc regnavit quintus a Ro-

Reges Romani post Romulum. Numa. Tullus. Ancus Marcius.

Καὶ πρῶτος οὗτος βασιλεὺς καθίσταται Ῥωμαίων.
Καὶ μετὰ τοῦτον ὁ Νουμᾶς, καὶ μετὰ τοῦτον Τίλλος [4].
Καὶ μετ' αὐτοὺς ὁ Μάρκιος Ἄγκος ὠνομασμένος,
Τὴν ἀγκύλην τοῦ ποδὸς εἶχε πεπηρωμένην.
Καὶ μετ' αὐτὸν Ταρκύνιος πέμπτος ἀπὸ Ῥωμύλου,
Μη-

1 Νεοτόκος) Scrib. νεοτόκους.
2 Φαιστύλου) Scrib. φαυστύλου.
3 Τοῦτον] Scrib. τούτων.
4 Τίλλος) Scrib. Τύλλος.

Digitized by Google

Μηδὲν αὐτῷ προσήκουσαν λαβὼν τὴν βασιλείαν,
Τοῖς γὰρ παισὶν ὠφείλετο Μαρκίου βασιλέως.
Γαμβρὸς τοῦ Ταρκυνίου δὲ Τύλλιος μετ' ἐκεῖνον.
Ὃς ἀπὸ βρέφους, ὥς φασι, κἀκ πρώτης ἡλικίας
Ἐπονομάσθη Σέρβιος, ὡς γεννηθεὶς ἐκ δούλης.
Δύναται γὰρ τὸν Σέρβιον δοῦλον παρὰ Ῥωμαίοις.
Οὗτος συνῆψε τὰς αὐτοῦ πρὸς γάμον θυγατέρας
Τοῖς βασιλέως υἱωνοῖς Λευκίου Ταρκυνίου,
Ὧνπερ μιᾶς ἐπιβουλῇ καὶ τρόπῳ μιαιφόνῳ
Καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀρχῆς ὁ τάλας ἐστερήθη.
Καὶ μετ' αὐτὸν Ταρκύνιος ὁ Σούπερβος κατῆρξεν.
Ὃς προσφερόμενος ὠμῶς καὶ φιλυπερηφάνως
Καὶ τῇ βουλῇ καὶ τῷ κοινῷ Σούπερβος ὠνομάσθη.
Τὸν δ' ἀλαζόνα παρ' αὐτοῖς ἡ λέξις ἑρμηνεύει.
Πρὸς τοῦτον τὸν Ταρκύνιον ἀφίκετο γυνή τις,
Βίβλους ἐννέα φέρουσα χρησμῶν τῶν Σιβυλλείων.
Ἀπεμπολῆσαι δ' ἤθελε τῷ βασιλεῖ τὰς βίβλους.
Ἐπεὶ δὲ τὸ ζητούμενον ἐκεῖνος οὐκ ἐδίδου,
Πυρὶ τὰς τρεῖς κατέφλεξε, καὶ πάλιν προσελθοῦσα
Τιμῆς ἐπώλει τῆς αὐτῆς τὰς καταλελειμμένας.
Ἀλλ' ἔδοξεν ἀσύνετος ἐν τούτῳ τοῖς παροῦσιν,
Καὶ πάλιν τρεῖς πυριφλεγεῖς ἐγένοντο τῶν βίβλων.
Ἦλθεν ἐκ τρίτου πρὸς αὐτὸν, καὶ τῆς τιμῆς τῆς ἴσης
Τὰς τρεῖς ἐδίδου τὰς λοιπάς. θαυμάσας δ' ἐπὶ τούτοις
Ὁ βασιλεὺς, καὶ μάντιων χρησάμενος δοκίμοις,
Ἐκέλευσε τῇ γυναικὶ δοθῆναι τὸ χρυσίον.
Τὴν δὲ λαβοῦσαν τὸ δοθὲν, καὶ μετ' ἐπιμελείας
Τηρεῖν τὰς βίβλους φράσασαν, εἶδεν οὐδεὶς οὐκέτι.
Αἱ βίβλοι δὲ γεγόνασι σωτήριοι τῇ πόλει.
Τούτου ναοῦ οἰκοδομὴν ἐν Ῥώμῃ βουληθέντος,
Βούθρευμα 1 μὲν ὠρύσσετο θεμέθλων ὑπὸ γαίων 2.
Τῆς δ' ὀρυγῆς ἐπὶ πολὺ τὸ βάθος προϊούσης,
Εὑρέθη κάτω κεφαλὴ νεοσφαγοῦς ἀνθρώπου,
Αἷμα θερμὸν καὶ νεαρὸν χεόμενον δακρύουσα,
Καὶ πρόσωπον παρεμφερὲς ἔχουσα τοῖς ἐμπνόοις.
Ὅπερ μαθὸν ὢν Τυῤῥηνοῖς δόκιμος τερασκόπος,
Ἔφη τὴν πόλιν κεφαλὴν πολλῶν ἐθνῶν γενέσθαι,
Πλὴν διὰ ξίφους καὶ σφαγῶν καὶ λιμνασμῶν αἱμάτων.
Ἐντεῦθεν Καπετώλιον ὁ τόπος ὠνομάσθη.
Κάπουα γὰρ ἡ κεφαλὴ κατὰ Ῥωμαίων γλῶσσαν.
Χρόνοις μὲν οὖν ἐφ' ἱκανοῖς ἡ τῶν Ῥωμαίων πόλις
Μόλις ἡ μεγαλόπολις ἦν ὑπὸ βασιλεῦσιν.
Ἐπεὶ δὲ παρενόμησεν ὁ παῖς τοῦ Ταρκυνίου,
Καὶ Λουκριτίαν ἴσχυνε τὴν σωφρονικωτάτην
Τὴν Κολατίνου γαμετὴν ἀνδρὸς εὐγενεστάτου,
Τότε δὴ πάντες εἰς ταυτὸ Ῥωμαῖοι συνελθόντες
Κατάλυσιν ψηφίζονται τοῦ βασιλείου κράτους,
Κυροῦσι δὲ προβάλλεσθαι κατ' ἔτος Κονσιλίους,
Ὅπερ δηλοῖ κατ' Ἕλληνας συμβούλους ἢ προβούλους,
Οὓς Ἕλληνες ὠνόμασαν Ὑπάτους μετὰ ταῦτα,
Τὸ μεγαλεῖον τῆς αὐτῶν ἀξίας καλιδόντες.
Ἀπελαθέντων τοιγαροῦν ἐκ Ῥώμης τῶν τυράννων,
Πρῶτοι τῶν ἄλλων ἔλαβον ὑπατικὴν ἀξίαν,
Ταρκύνιος τε Λεύκιος ἀνὴρ τῆς Λουκριτίας,
Καὶ Λεύκιος Ἰούνιος ὃν Βροῦτον ἀπεκάλουν.

Romulo Tarquinius, potitus Imperio nihil ad se pertinente. Nam Marcii liberis illud debebatur. Tarquinio successit gener Tullius, qui a puero (ceu perhibent) ac prima aetate Servii nomen habuit; tamquam e serva natus, quippe mancipia Servi apud Romanos dicuntur. Filias suas Lucii Tarquinii regis nepotibus nuptum dedit. Earum unius insidiis & cruento consilio miser vitam cum regno amisit. Sequutus est cum Tarquinius Superbus in Imperio, qui cognomentum hoc Superbi tulit ex eo, quod crudeliter, & superbe tam erga Senatum, quam plebem sese gereret. Nam superbi apud Romanos adpellantur, qui sunt arrogantes. Accessit aliquando mulier quaedam, novem libros Sibyllinorum oraculorum adferens, quos regi se vendituram diceret. Quum autem ille pretium ab ea postulatum non daret, igne tribus exustis, rursum rege convento, priori aestimatos pretio reliquos eidem offerebat. Quumque parum mentis compos esse videretur iis, qui aderant: iterum tres ex iis in ignem coniectos absumsit. Hoc modo tertium regem adit, & tres solos reliquos ei pro eodem pretio venum exponit. Ea res quum regi admirationi esset, probatos vates sequutus, aurum adnumerari mulieri iubet. Quo illa recepto, quum monuisset, eos libros diligenter adservandos esse: deinceps a nemine mortalium conspecta est. Libri autem isti salutares urbi fuerunt. Idem Tarquinius quum exstruere templum Romae vellet, iamque pro subterraneis fundamentis magnam ad profunditatem fodiendo perventum foret: sub terra caput hominis recens interfecti repertum est, in quo calidus iamque primum effusus sanguis conspiceretur, & facies vivae similis. Hoc quum prodigiator apud Tyrrhenos celebris accepisset, urbem Romam caput multarum gentium futuram praedixit, sed non nisi per gladios, caedes, & sanguinis effusiones. Hinc factum, ut collis, qui antea Tarpeius dicebatur, ab illo capite deinceps Capitolium vocaretur. Fuit autem ingens haec Romanorum urbs longo tempore sub regum dominatu. Posteaquam vero Tarquinii filius improbe se gessit, & castissimam illam Lucretiam, Collatini, nobilissimi viri, coniugem violavit: Romani coactis omnium ordinum hominibus, regibus suam potestatem abrogarunt, decreto facto, ut in annos singulos Consules ab eo tempore designarentur. Ea vox tantum valet, ac si consultores vel provisores dicas. Graeci quidem illos deinceps Hypatos, hoc est, supremos vocarunt, amplitudine dignitatis eorum considerata. Pulsis igitur ex urbe tyrannis, primi consularem dignitatem consequuti sunt, Lucius Tarquinius, Lucretiae maritus, & Lucius Iunius, cognomento Brutus: de quo mihi quaedam commemoranda sunt.

Tarquinius. *Servius Tullius.* *Tarquinius Superbus.* *Libri Sibyllinorum oraculorum exusti.* *Prodigium capitis humani.* *Regibus abrogatur potestas.* *Consules unde dicti.* *Primi Consules.*

Ἀλλὰ διηγητέον μοι καὶ τὰ περὶ τοῦ Βρούτου.
Μάρκιος ἦν τις εὐγενὴς ἀνὴρ παρὰ Ῥωμαίοις,
Καὶ πλούτῳ βρίθων περιττῷ, καὶ τῇ τιμῇ προέχων.
Τούτῳ βασκαίνων ὁ δεινὸς Ταρκύνιος τοῦ πλούτου,
Αὐτὸν μὲν ξίφει δίδωσι, καὶ σὺν αὐτῷ τὸν παῖδα,
Γενναῖον ὄντα καὶ καλὸν καὶ ζηλωτὸν ἐν πᾶσιν,
Καὶ φαίνοντα παράσημα ψυχῆς ἀνδροκαρδίου,

Marcius quidam Romae vir nobilis erat, tam opibus quam dignitate praestans. Ei quum acer ille Tarquinius ob facultatum amplitudinem invideret, hominem una cum filio perimit iuvene generoso, pulcro, apud omnes amabili, iamque fortitudinis animi certa quaedam indicia de se praebente: quae ipsa res ei mortem attulerat, metuente Tarquinio,

1 Βούθρευμα) Scrib. βόθρευμα. 2 ὑπὸ γαίων) Scrib. ὑπογαίων.

ne, ſi ſuperſtes relinqueretur, haudquaquam ſibi temperaret, quo minus ſe de patris interfectoribus ulciſceretur. Hoc pacto quum Marcium Tarquinius e medio ſubſtuliſſet, opes eius in aedes regias transfert. Habebat autem Marcius alterum quoque filium Brutum, qui caede patris iniuſtiſſima conſiderata, ſimulque ſapienter animadverſo, futurum ut idem cum patre ac fratre mortis periculum adiret, conſilium longe pulcerrimum capit. Nam ſtultitia veſaniaque ſimulata, quod imminebat malum, evadit. Hinc apud ignaros Brutus adpellabatur, quae vox ſtultum & amentem ſignificat.

Bruti calliditas, amentiam ſimulantis.

Eum Tarquinius in regiam ad ſe tranſtulit, ſimulans quidem ſe Bruti curam gerere, cuius ipſum miſereſceret, ob generis propinquitatem; (erant enim eodem orti ſanguine) reapſe vero cupiebat cum filiis ſuis colluſorem dare, de cuius conſuetudine voluptatem caperent. Itaque verſabatur inter liberos regios, eiſque ludendi & rudendi materiem ſuppeditabat. Quum autem aliquando filii Tarquinii Delphos ablegarentur a patre, ſciſcitatum Apollinis oraculum de morbo peſtilente, qui tum graſſabatur; etiam Brutus eis adiunctus eſt, qui ridiculis ipſos exhilararet. Illi Delphos ingreſſi, muneribus Apollinem ſibi conciliabant. Brutus autem ligneo baculo perforato, virgam in eo prorſus auream tibiae in modum abdebat, eamque Phoebo tamquam donarium dicabat & offerebat. Aſtutam hanc callidamque Bruti ſapientiam, ſolidi plenam ingenii, quum illi nequaquam animadverterent, hominem irridebant, inſectabantur, exagitabant, ſubſannabant: qui munus eiuſmodi oraculorum auctori obtuliſſet. Inde iam e templo Delphico diſceſſuri, Apollinem interrogabant, quiſnam ex iis Romanorum Imperio potiturus eſſet. Ad ea reſpondebat Apollo perſpicue, futurum ut hoc illi contingeret, qui prior matrem complexus fuiſſet. Mox Brutus animadvertit, quid hoc oraculum ſibi vellet: illis rem totam ignorantibus. Quumque placuiſſet, ut aequa poteſtate Imperium adminiſtrarent; decreverunt omnes ſimul matrem amplecti, ſicut etiam fecerunt. At Brutus, ubi primum e navi fuiſſet egreſſus, pronus in terram cecidit, & eam exoſculatus eſt.

Bruti donarium.

Oraculum Tarquiniis datum.

Tarquinios Brutus antevertit.

Hoc modo Brutus data opera ſtultus erat. Verum poſteaquam de eo rumor fuiſſet diditus, quod acciderat Lucretiae: primus rempublicam capeſſebat, populum excitabat, convocabat, perorando armabat, efficere denique poterat, ut imperium tyrannis, Tarquinio nimirum, eiuſque liberis, abrogaretur.

Poſt hanc abrogationem, primi apud Romanos Conſules creati ſunt Brutus atque Collatinus. Eos alii ſequuti ſunt omnis generis, Caſſii, Cicerones, Luculli, Catuli, Catones, Scipiones, Pompeii, Scauri. At tanta ſane potentia tantumque Imperium CCCCLXIV. annis hoc pacto adminiſtratum eſt, ad Caium uſque Caeſarem: qui conſulatum in regnum dominatumque peculiarem convertit. Quod ſi aliquando rerum inſtabilitas, & iniquitas fortunae ſic poſtularet; conveniente Senatu & Conſulibus, Dictator unus ſumma cum poteſtate creabatur, qua quidem voce ſignificatur Imperium rationi-

Quamdiu conſulum adminiſtratio durarit.

Dictatoris poteſtas.

Κἂν ἐν τῷ βίῳ περιῆν οὐκ ἂν ὑπομένοντα
Μὴ τιμωρῆσαι τῷ πατρὶ κατὰ τῶν ἀνελόντων.
Αὐτὸν μὲν οὖν τὸν Μάρκιον Ταρκύνιος κτιννύει.
Τὸν δ' ὄλβον μετατίθησιν ἐν δόμοις βασιλείοις.
Ὁ Βροῦτος οὗτος τοιγαροῦν παῖς ὑπάρχων Μαρκίου,
Καὶ κατιδὼν τὴν τοῦ πατρὸς σφαγὴν ἀδικωτάτην,
Καὶ συνιδὼν ὡς νουνεχὴς ὅτι συγκινδυνεύσει
Σὺν τῷ πατρὶ καὶ τ' ἀδελφῷ, καὶ συναποθανεῖται,
Βουλὴν βουλεύεται καλὴν, πλάττεται γὰρ μωρίαν,
Καὶ σκέπτεται παράνοιαν, κἀντεῦθεν ἀποφεύγει
Τῷ προσδοκώμενον κακὸν τὸν ἐκ τοῦ ξίφους πότμον.
Ἐντεῦθε κατωνόμαστο τοῖς ἀγνοοῦσι Βροῦτος.
Δηλοῖ δ' ἡ λέξις τῶν μωρὸν καὶ φρένας βεβλαμμένον.
Μετάγει δ' οὖν Ταρκύνιος τοῦτον ἐν ἀνακτόροις
Κήδεσθαι μὲν καὶ συγγενοῦς κἀκ τῶν αὐτῶν αἱμάτων,
Τοῦ Βρούτου προσποιούμενος καὶ δῆθεν κατοικτεῖραι,
Τὸ δ' ἀληθὲς βουλόμενος συμπέστορα 1 τοῖς τέκνοις
Τοῖς ἑαυτοῦ χαρίζεσθαι ψυχαγωγίας χάριν,
Οἷς καὶ συνὼν γελοιασμοὺς καὶ παιδιὰς προὐξένει.
Ἀποσταλέντων δέ ποτε τῶν παίδων Ταρκυνίου
Ἐπὶ Δελφοὺς ὡς πεύσαιντο περὶ λοιμώδους νόσου.
Καὶ Βροῦτος συνεπέμπετο τέρψων αὐτὸς 2 παιγνίοις.
Οἱ μὲν οὖν τὸν Ἀπόλλωνα δώροις ἐδεξιοῦντο.
Ὁ Βροῦτος βακτηρίαν δὲ ξυλίνην διατρήσας
Ὅλην δι' ὅλης εἰς αὐτὸν χρυσέαν κρύπτει ῥάβδον,
Καὶ ταύτην ὡς ἀνάθημα κεχάριστο τῷ Φοίβῳ.
Ἀλλ' οὗτοι τὴν ἀμήχανον σοφίαν τὴν τοῦ Βρούτου
Καὶ τὸ στερρὸν καὶ συνετὸν μηδ' ὅλως ἐπιγνόντες
Κατέπαιζον, ἐτώθαζον, ὕβριζον, ἐμωκῶντο,
Τοιοῦτον ἐπιφέροντα τῷ χρησμοδότῃ δῶρον.
Μέλλοντες δὲ τοῦ Δελφικοῦ τεμένους μεταβαίνειν
Ἠρώτων τὸν Ἀπόλλωνα τίς τῶν Ῥωμαίων ἄρξει.
Ὁ δ' ἀπεφοίβασε τρανῶς, ὁ πρῶτος τὴν μητέρα
Φθάσει περιπτυξάμενος. συνῆκεν οὖν ὁ Βροῦτος.
Ἐκεῖνοι δ' οὐκ ἐπέγνωσαν τί τῷ χρησμῷ δηλοῦται.
Κοινῇ δὲ σχεῖν βουλόμενος τὸ κράτος καὶ τὸ σίφος 3,
Ἅμα συνέθεντο τὴν σφῶν προσπτύξασθαι μητέρα.
Καὶ μέν τοι προσεπτύξαντο. Βροῦτος δ' ἐκβὰς τοῦ σκάφους,
Πρηνὴς πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκείνην κατεφίλει.

Εἶχε μὲν οὖν προσποίητον ὁ Βροῦτος τὴν μωρίαν.
Ὡς δ' ἐφημίσθη τὸ συμβὰν περὶ τὴν Λουκριτίαν,
Τὸ πᾶν ἐδημοσίευσε, καὶ πρῶτος ἐφορμήσας,
Καὶ συγκαλέσας τὴν πληθὺν καὶ λόγοις ἐφοπλίσας,
Κατάλυσιν ἐπενεγκεῖν ἴσχυσε τοῖς τυράννοις.
Τῷ Ταρκυνίῳ δέ φημι καὶ τοῖς ἐκείνου τέκνοις.

Μετὰ γοῦν τὴν κατάλυσιν ὕπατοι πάντων πρῶτοι
Ῥωμαίοις κατεστάθησαν Βροῦτος καὶ Κολατῖνος.
Καὶ μετ' ἐκείνους ἕτεροι, καὶ μετ' αὐτοὺς παντοῖοι.
Κάσιοι, καὶ Κικέρωνες, καὶ Λεύκολοι, καὶ Κάτλοι,
Κάτωνες, καὶ Σκηπίωνες, Πομπήϊοι, καὶ Σκαῦροι.
Ἡ τηλικαύτη γοῦν ἰσχὺς καὶ τὸ τοσοῦτον κράτος
Ἐν ἔτεσιν ἑξήκοντα πρὸς τοῖς τετρακοσίοις
Καὶ πρὸς ἑτέροις τέσσαρσιν οὕτως ἐκυβερνᾶτο
Μέχρις Γαΐου Καίσαρος, ὅστις τὴν ὑπατείαν
Εἰς βασιλείαν ἤμειψε καὶ καταδυναστείαν.
Εἰ δέ ποτε κατήπειξε πραγμάτων ἀστασία,
Καὶ τὸ πολύστροφον αὐτῶν καὶ τύχης δυσκληρία,
Συνερχομένης τῆς βουλῆς ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπάτων,

Δι-

1 Συμπέστωρα) Scrib. Συμπαίστωρα.
2 Αὐτὸς) Scrib. αὐτοῖς.
3 Στίφος) Scrib. στέφος.

Δικτάτωρ εἷς ἐγένετο πάνταρχος αὐτοκράτωρ.
Τὴν δ' ἀνυπεύθυνον ἀρχὴν ἡ λέξις ἑρμηνεύει,
Καὶ τὴν αὐτοκρατορικὴν πάντων οἰκονομίαν.
Τῆς ζάλης τῶν πραγμάτων δὲ κατεστορεννυμένης,
Τὸ κράτος ἀπετίθετο τῆς αὐτοκρατορίας.
Γάϊος δὲ γενόμενος Δικτάτωρ αὐτοκράτωρ,
Καὶ κατατροπωσάμενος μυρίας ἐθναρχίας,
Καὶ τῶν Ῥωμαίων τὴν ἰσχὺν αὐρὶς 1 αὐτῶν Γαδείρων
Καὶ μέχρι καὶ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα πλατύνας,
Μετὰ τὰς νίκας φθονηθεὶς καὶ τὰς τροπαιουχίας,
Καὶ πρός τινων ἀναμαθὼν οἷα τυρεύεις φθόνε,
Ὡς κατ' αὐτοῦ κεκύρωται ψῆφος ἀδικωτάτη,
Πρὸς τῶν πραγμάτων βιασθεὶς χωρεῖ πρὸς τυραννίδα.
Καὶ συμπλακεὶς τῆς 2 κατ' αὐτοῦ γενναίως ἐπιοῦσι,
Καὶ καταγωνισάμενος καὶ πάντων κυριεύσας,
Τὸ κράτος περιζώννυται τῆς αὐτοκρατορίας.
Οὗτος ὁ Καῖσαρ παιδικὴν ἄγων τὴν ἡλικίαν,
Καθ' ὕπνους ἔδοξεν ἰδεῖν πρᾶγμα δηλοῦν τὸ μέλλον,
Ὡς τῇ μητρὶ μιγνύοιτο καὶ συναχημονοίη.
Ἐτέχθη δὲ κἀν τοῖς αὐτοῦ τέρας ἱπποφορβίοις,
Ἵππος βοείαις ἐν χηλαῖς τοὺς πόδας ὡπλισμένος,
Μόνον δ' αὐτὸν ἐδέχετο Γάϊον ἀναβάτην,
Καθάπερ τὸν Ἀλέξανδρον ἵππος ὁ Βουκεφάλος.
Τούτῳ τῷ Καίσαρι καινὸν τοιοῦτόν τι συνέβη.
Γυνή τις ἐπαφρόδιτος συνέζευκτο γαμέτῃ,
Νέρων ἐκείνης ἦν ἀνὴρ, ἐκείνη δ' Ἰουλία.
Ταύτην τικοῦσαν Νέρωνι τῷ συνοικοῦντι παῖδα,
Καὶ πάλιν κύσασαν ἐν γαστρὶ καὶ τὴν νηδὺν πλησθεῖσαν,
Καὶ τῆς ἐγκυμονήσεως ἄγουσαν ἕκτον μῆνα,
Ὁ Καῖσαρ ἤθελε λαβεῖν εἰς γάμου κοινωνίαν,
Καὶ Νέρωνα κατήπειγεν αὐτῷ κατεγγυῆσαι.
Τὴν γαμετὴν, καὶ πατρικῶς ταύτην νυμφοστολῆσαι.
Πάθεται Νέρων, οὐχ ἑκὼν δίδωσι τὴν γυναῖκα.
Ἡ δ' ἐπιστάντος τοῦ καιροῦ τίκτει βρεφίον ἄῤῥεν.
Κἀντεῦθεν ἐξενήνεκτο δημώδης παροιμία.
Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ λαμπροῖς καὶ τρίμηνα παιδία.
Τῶν γοῦν κατὰ τὸν Καίσαρα τοῦτον ἱστορηθέντων,
Λοιπὸν διηγητέον μοι πόθεν ἐκλήθη Καῖσαρ.
Οἱ μὲν φασιν ὡς τῆς μητρὸς κατὰ γαστρὸς ἐχούσης,
Καὶ μὴ φθασάσης ἐκτεκεῖν, ἀλλὰ προαπελθούσης,
Ἀνέτεμον οἱ προσγενεῖς ἐκείνης τὴν γαστέρα,
Καὶ ζῶν ἐκεῖνον ἔμβρυον καὶ πνέον ἐξελόντες
Καίσαρα κατωνόμασαν καὶ ἀνατετμημένον.
Ἄλλοι δὲ πάλιν λέγουσι τῆς κεφαλῆς τὴν κόμην
Ῥωμαίους λέγειν Καισάριν. Καῖσαρ γοῦν ἐπεκλήθη
Γάϊος ὡς εὐπλόκαμος, ἢ μᾶλλον ὡς δασύθριξ.
Ἕτεροι δὲ Ῥωμαϊκὰς γράφοντες ἱστορίας
Φασὶν ὡς τούτου προσγενεῖς 3 τοῦ Καίσαρος Γαΐου
Τρισαριστεὺς ἀναφανεὶς, ὅτε Καρχηδονίοις
Ῥωμαῖοι συνεπλέκοντο, καὶ δόρατι καιρίως
Βαλὼν τὸν ἀνταγωνιστὴν καὶ κατατραυματίσας
Ἐλέφαντος ὀχούμενος ἄνωθεν εὐρυστέρνου
Αὐτῷ πρὸς γῆν κατήνεγκεν ἐλέφαντι. κἀντεῦθεν
Ἔσχεν ἀρχὴν τοῦ Καίσαρος λαμπρὰν προσωνυμίαν.
Καίσαρες γὰρ ἐλέφαντες τοῖς Φοίνιξι καλοῦνται.
Ἐκ τοῦ προγόνου τοιγαροῦν τοῦ προηριστευκότος
Καίσαρες ἀπεκλήθησαν οἱ προσγενεῖς ἐκείνῳ,
Τιμὴν μεγίστην ἑαυτοῖς ἐντεῦθεν προξενοῦντες.
Περὶ μὲν τούτων ἱκανῶς. ἡμῖν δ' ἐπανιτέον
Ἐπὶ τοῦ λόγου τὸν εἱρμόν. μέλλοντος γὰρ ἐκθνήσκειν
Τοῦ Καλλινίκου Καίσαρος τοῦ τολμηροκαρδίου,
Ἔδοξε βλέπειν ἡ γυνὴ τούτῳ κατὰ τοὺς ὕπνους
Κατὰ τῆς τούτου κεφαλῆς πεσοῦσαν τὴν οἰκίαν,
Τὸν ἄνδρα δὲ κατάῤῥυτον αἵμασι γεγονότα

Οἰ-

nibus reddendis haud obnoxium, & administratio rerum omnium Imperatoria. Deinde hac tempestate sedata, Dictator se magistratu abdicabat. Caius autem Caesar, quum Dictator creatus, summam hanc potestatem accepisset, de sexcentis nationibus victis trophaea statuisset, Romanorum potentiam ad ipsa usque Gadira Solemque orientem prolatasset: post tot victorias & trophaea petitus invidia, sententiam longe iniquissimam contra se latam: rebus ipsis ita cogentibus ad tyrannidem occupandam animum adiecit. Quumque manum cum iis conseruisset, qui magnis freti viribus eum invadebant, omnesque devictos in potestatem redegisset: dominatum Imperatorium in se translatum usurpavit. Quo tempore puerilem adhuc aetatem agebat, visus est sibi per quietem aliquid videre, quo sequuturus hic eventus indicaretur: nimirum se citra pudorem ullum matris amplexibus usum fuisse. Praeterea natum est in eius equili prodigium, videlicet, equus, cuius pedes ungulae bubulae munirent, & qui solum Caesarem vectorem acciperet: quemadmodum Bucephalus solum Alexandrum admittebat. Eidem Caesari novum quiddam huiusmodi accidit. Erat venusta mulier * Iulia cum marito Nerone nupta, cui posteaquam liberos aliquos peperisset, ac rursus uterum sexto iam mense ferret: Caesar eam sibi coniugem poscebat, & Neronem urgebat, ut uxorem suam ipsi, tamquam si pater esset, desponderet. Paret invitus Caesari Nero, coniugem ei suam tradit: quae ubi pariendi tempus adpetiisset, filium marem edidit. Vnde vulgo tritum illud proverbium natum est: Nobilibus & splendidis etiam mense tertio liberi nascuntur.

Somnium Caesaris pueri.

Equus Caesaris.

Haec ad Augustum referri debent.

* *Livia.*

Proverbium.

Licet autem his de Caesare proditis illud etiam adiungere, unde Caesaris nomen habuerit. Sunt qui tradant, eius matrem gravidam eniti non potuisse, sed fuisse ante partum extinctam: quo factum sit, ut eius propinqui iuberent uterum aperiri: de quo quum foetus vivus prodiisset, Caesarem dixere, tamquam excisum. Alii volunt comam capitis apud Romanos caesariem adpellari, Caiumque Caesaris nomen habuisse, quod pulcra densaque caesarie praeditus esset. Denique nonnulli sunt rerum Romanarum scriptores, qui memoriae prodiderunt, fuisse quemdam Caii Caesaris gentilem, qui praeclaris facinoribus editis eo tempore, quo Romani & Carthaginienses bellum inter se gerebant, etiam lethali hastae vulnere adversarium elephanto insidentem una cum ipsa bellua in terram prostraverit: indeque gloriosum Caesaris cognomentum acceperit. Nam eo vocabulo Poenis elephantos adpellari. Ab hoc igitur ceteros gentiles atque posteros ipsius Caesares fuisse dictos, honoris ab eodem non parum consequutos. Ac de his quidem dictum satis: nunc ad orationis seriem redeamus. Quum morti vicinus esset victoriosus ille fortisque Caesar, uxor eius per quietem videre visa est gladium, in caput ipsius delabentem: maritum vero sanguine perfusum in sinum uxoris miser-

Caesaris nomen unde.

Caesar et elephantus lingua Punica.

Somnium Calpurniae de caede Caesaris.

rime

1 Αὐρὶς) Scrib. ἄχρις.
2 Τῆς) Scrib. τοῖς.
3 Προσγενεῖς) Scrib. προσγενής.

rime se demittentem. Secundum haec in medio foro miserabiliter caesus est, insidiis a Cassio Brutoque structis.

Caesar Augustus Octavianus Imp.

Enimvero laudes, quibus haec urbs imperatrix sese iactat, alterius loci, & temporis fuerit enumerare; nunc ad institutam mihi narrationem revertendum erit. Quum ergo serenissimus ille Constantinus pulverem corporis depositurus, ac tabernaculi figulinum vas terrae, quae mutuum dederat, redditurus esset, postquam regnasset annos duodecim; alterum ex filiis Constantinum totius Orientis Imperatorem designat, reliquis duobus, quorum erant nomina Constans, & Constantinus, Romam, Gallias, ceterasque versus Occidentem sitas provincias tradit. Atque hi quidem ante tempus decessere, bello civili contra se invicem excitato, quum alter Imperium alterius rapere conaretur; ad solum autem Constantinum universa potestas devenit. Is primo Caesaris dignitatem Gallo concessit, patrueli suo, Constantis filio. Verum ubi comperiisset, hunc regnum adfectare, ad tyrannidem proruere, nihil non moliri, quo voti compos fieret; omni conatu eius anteverso, caput ei praecidi curavit. Deinde Galli fratrem, porcum illum foetidum, Iulianum corona Caesarea cohonestavit. Quo factum est, ut desertor ille fidei urbanum quiddam proferre volens, purpurea veste sua commonstrata, tritum illud vulgo verbum ad adstantes enuntiaret; purpurea mors, & fatum occupavit. Significare volens, Gallum etiam in veste purpurea extinctum fuisse. Non autem multo post tam a Deo, quam ab Imperatore deficit: eiurat religionem, & cultum, quo creatorem suum adfecerat: sceleratissimis se geniis adglutinat: sanguine (proh impium facinus!) lava-

Constans I. Constantius & Constantinus Imp.

Gallus Caesar.

Iulianus Caesar, deinde Imp.

Iuliani defectio.

Ἐν οἷς προσῆγον Ἕλληνες δαίμοσι τὰς θυσίας,
Καὶ τῶν αἰσχρῶν ἐναγισμῶν καὶ ῥυπαρῶν ὀργίων
Σχολὴν κατεψηφίσατο καὶ βδελυρίας.
Καὶ γέγονε περίτρανος σάλπιγξ ἀργυροσάλπιγξ,
Ἀπ' ἄκρων γῆς εἰς ἄκρα γῆς ἠχοῦσα καὶ βοῶσα,
Καὶ πανταχῆ σαλπίζουσα τὴν εἰς τὸν κτίστην πίστιν.
Πόλιν ὡς δὲ βουλόμενος δομήτωρ χρηματίσαι,
Τὴν τῶν τυφλῶν κατέλαβε Χαλκηδονίων πόλιν.
Καὶ κτίζειν καταρξάμενος πρᾶγμα κατεῖδε ξένον.
Καὶ γὰρ μεγαλοπτέρυγες ὄρνιθες ἐπιπτάντες
Τοὺς λίθους ἀφαρπάσαντες μετήνεγκαν ἐκεῖθε
Ἐπὶ τὴν πόλιν Βύζαντος τὴν περικαλλεστάτην.
Ὁ τοίνυν θεοφόρητος αὐτάναξ Κωνσταντῖνος
Οὐκ ἀπὸ τύχης ἐγνωκὼς, ἀλλ' οὐδ' ἐκ ταυτομάτου
Συμβῆναι τὸ γινόμενον τοῦτο περὶ τοὺς λίθους,
Ἐκεῖθεν μεταθέμενος στρέφει τὴν γνώμην ὅλην
Ἐπὶ τὴν πανευδαίμονα πόλιν τὴν Βυζαντίαν.
Καὶ πόλιν ὀλβιόπολιν αὐτῇ προσανεγείρει.
Πόλιν τὴν μεγαλόπολιν, πόλιν τὴν νέαν Ῥώμην,
Ῥώμην τὴν ἀρυτίδωτον τὴν μήποτε γηρῶσαν,
Ῥώμην ἀεὶ νεάζουσαν, ἀεὶ καινιζομένην,
Ῥώμην ἀφ' ἧς προχέονται χαρίτων αἱ συρμάδες,
Ἣν ἤπειρος προσπτύσσεται, θάλασσα δεξιοῦται,
Ἠπίως ἀγκαλίζονται παλάμης τῆς Εὐρώπης,
Ἀντιφιλεῖ δ' ἑτέρωθεν τὸ τῆς Ἀσίας στόμα.

Ἀλλὰ τὰ μὲν αὐχήματα ταύτης τῆς βασιλίδος
Ἑτέρου λόγου καὶ καιροῦ καταριθμεῖν καὶ γράφειν.
Ἐπὶ δὲ τὴν διήγησιν πάλιν ἐπανιτέον.
Ὁ γάρ τοι γαληνότατος ἔμελλε Κωνσταντῖνος
Τὸν χοῦν ἀποφορτίζεσθαι, καὶ τῷ πηλῷ διδόναι
Τὴν δανεισθεῖσαν παρ' αὐτῆς τοῦ σκήνους κεραμίαν.
Ἔτεσι μὲν ἐκράτησε δέκα σὺν ἄλλοις δύο
Τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ δὶς δέκα Βυζαντίδος.
Ὡς δ' ἔμελλεν ὡς ἄνθρωπος ἐκ γῆς γεγεννημένος
Εἰς τὴν αὐτὴν εἰσδράμοι δὲ 1 τὸν πάντας ἐκδαμάζων 2,
Κωνστάντιον τὸν δεύτερον υἱὸν ἀναγορεύει
Πάσης ἑῴας κράτορα, τοῖς δὲ παισὶ τοῖς ἄλλοις.
Ἦσαν δ' αὐτοῖς ὀνόματα Κώνστας, καὶ Κωνσταντῖνος.
Χαρίζει τὰ προσέσπερα, καὶ Ῥώμην, καὶ Γαλλίας.
Ἀλλ' οὗτοι μὲν κατέβησαν τάχιον καὶ πρὸ χρόνων,
Πόλεμον μὲν εἰς ἔμφυλον ἀλλήλοις καταστάντες,
Καὶ τὰς ἀλλήλων θέλοντες ἁρπάσαι κρατορίας.
Εἰς μόνον δὲ Κωνστάντιον τὸ πᾶν ἀπέβη κράτος,
Ὃς τὰ μὲν πρῶτα Καίσαρα τετίμηκε τὸν Γάλλον
Τὸν αὐτανεψιὸν αὐτοῦ τὸν Κωνσταντίου παῖδα.
Βασιλειῶντα δὲ μαθὼν καὶ τυραννεῖν ὁρμῶντα,
Καὶ πάντα μηχανώμενον ὥς τε τυχεῖν τοῦ πόθου,
Τὴν κεφαλὴν ἀφείλετο πᾶσαν ὁρμὴν προφθάσας.
Τὸν ἀδελφὸν τοῦ Γάλλου δὲ τὸν χοῖρον τὸν δυσώδη
Ἰουλιανὸν τῷ Καίσαρος ἐκόσμησε στεφάνῳ.
Ἐφ' οἷς ἀστειζόμενος δῆθεν ὁ παραβάτης,
Καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν αὐτοῦ δεικνὺς τὴν ἐκ πορφύρου,
Ἐκεῖνο τὸ θρυλλούμενον ἐπέλεγε τοῖς πέλας.
Πορφύρεος τε θάνατος 3 κατέλαβε καὶ μοῖρα.
Ὡς ἐν χλαμύδι πορφυρᾷ καὶ Γάλλου τεθνηκότος.
Μετὰ μικρὸν δ' ἀποστατεῖ θεοῦ καὶ βασιλέως.
Ἐξόμνυται τὸν σεβασμὸν ὃν ἔσχεν εἰς τὸν κτίστην,
Καὶ προσκολλᾷ τοῖς δαίμοσι τοῖς τρισαλιτηρίοις,
Αἵμασιν ἀποπλύνεται φεῦ τοῦ λουτροῦ τοῦ θείου 4.
Ὅπλα κινεῖ καὶ πόλεμον κατὰ τοῦ σεσωκότος,
Ὅπλα

1 Εἰσδράμοι δὲ) Scrib. εἰσδραμεῖν.
2 Ἐκ δαμάζων) Scrib. ἐκ δαμάζουσαν.
3 Πορφύρεος τε θάνατος) Notus Homeri versus Iliad. ε.

A Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.
Huc respexit.
4 Τοῦ λουτροῦ τοῦ θείου) Scrib. quarto casu, τὸ λουτρὸν τὸ θεῖον.

Digitized by Google

Καὶ περιτίθησιν αὐτῷ τὴν αὐτοκρατορίαν.
Ὅπερ μαθὼν Κωνστάντιος, καὶ τῷ θυμῷ καχλάσας,
Νόσῳ πιέζεται ὀξυῇ, καὶ μετ' ὀλίγον θνήσκει,
Κατάρξας τὸ βασίλειον εἴκοσι κράτος ἔτη.
Ταῦτα τὰ τρία πονηρὰ τὰ παρ' αὐτοῦ πραχθέντα
Ἀνακλαιόμενος πικρῶς καὶ φέρων ἐπὶ γλώττης,
Τὴν Γάλλου τὴν ἀναίρεσιν ἀτίμως γεγονυῖαν,
Πίστεως τὴν παρατροπὴν καὶ τὴν καινοτομίαν,
Καὶ τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ τοῦ θεομισεστάτου
Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐνύσταξεν ἐπὶ μικρὸν 1 ἡ δίκη,
Οὐδ' ὁ παντόπτης ὀφθαλμὸς ἐκάμμυσεν εἰς πλέον,
Ἀλλ' ἤγειρε τὸ βλέφαρον, εἶδε τὸν ἀποστάτην.
Κατεῖδε τοὺς ἐναγισμοὺς, καὶ τὰς ζωοφαγίας 2,
Τοὺς τῶν αἱμάτων ποταμοὺς, τὰς ἀνθρωποκτονίας,
Καὶ πᾶν αἰσχρὸν καὶ μυσαρὸν καὶ πλῆρες δυσσεβείας,
Τὸ παρ' αὐτοῦ τελούμενον, καὶ μυσαχθεὶς τὴν λύσσαν,
Τοῖς Πέρσαις παραδέδωκεν ὡς λέουσιν ἀγρίοις
Τὸν χοῖρον τὸν πηλόφυρτον πικρῶς διασπαράξαι.
Καὶ πίπτει μὲν ὁ δυσσεβὴς ἔργον φανεὶς μαχαίρας,
Μῆνας ἑπτὰ τὸ εὐκλεὲς κράτος τῆς βασιλείας
Σὺν ἔτη δύο δυσσεβῶς ταράξας καὶ κυκήσας.
Ἡ γῆ δ' οὐ παρεδέχετο τὸ σκῆνος τοῦ βεβήλου,
Ἀλλ' ἐν σεισμῷ καὶ τιναγμῷ κάτωθεν ἀποπτύει
Τὸν ἀσεβείας συσσεισμῷ δονήσαντα τὴν κτίσιν.
Καὶ πάλιν λάμπει φαιδρωπὸν τῆς πίστεως ἡ χάρις
Τὸ στέφος Ἰωβιανοῦ τοῦ κράτους δεξαμένου.
Ἀλλὰ καὶ τούτου πρὸς μικρὸν τῆς τύχης γευσαμένου,
Καὶ παρελθόντος τάχιον καὶ γῆθεν μεταστάντος,
Μῆνας ὀκτὼ γὰρ τῆς ἀρχῆς ἐκράτησε Ῥωμαίων.
Εἰς Οὐαλεντινιανὸν τὰ σκῆπτρα μεταβαίνει.
Ὃς ἀδελφὸς Οὐάλεντος 3 τὸ στέφος περιβάλλει,
Καὶ τῆς ἑῴας κράτορα τοῦτον ἀναδεικνύει.
Τὸν δὲ καλὸν Γρατιανὸν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης,
Τὸν ἐκ Σεβήρας γαμετῆς αὐτῷ γεγεννημένον.
Οὐάλης ὢν ὁ δυσσεβὴς προσθέμενος Ἀρείῳ.
Τῷ κατὰ τοῦ δεσπότου μου κακῶς φρυαξαμένῳ,
Καὶ τὸν λαὸν τὸν εὐσεβῆ πικράνας καὶ συνθλίψας,
Πυρὸς τροφὴ μετ' οὐ πολὺ γίνεται τοῦ παμφάγου,
Ἀχυρμιὰν καθυποδὺς ἐν τῷ τοὺς Σκύθας φεύγειν,
Δέκα πρὸς τέσσαρσιν ἀρχῆς κρατήσας τῆς ἑῴας.
Ὁ δὲ καλὸς Γρατιανὸς Οὐάλεντος πεσόντος,
Καὶ πάσης ἤδη τῆς ἀρχῆς εἰς τοῦτον μεταστάσης,
Καὶ γὰρ Οὐαλεντινιανὸς ἔφθη δῦναι τὸ χρέος,
Ὁ τῆς παρόδου τῆς εἰς φῶς αἴτιος φανεὶς τούτῳ,
Χρηστὸς ἀνὴρ, θεοσεβὴς, ἄλκιμος τὰ πρὸς μάχην,
Τὸν πρῶτον Θεοδόσιον ἄρχειν τῆς ἕω πέμπει,
Ἄνδρα βριθὺν, ἀρεϊκὸν, ἐξ Ἱσπανίας φύντα,
Οὐ χαρισάμενος αὐτῷ τὸ κράτος ἀλογίστως.
Δοὺς δὲ τῆς νίκης ἔπαθλον ἥνπερ κατὰ βαρβάρων
Ὑπερβαινόντων ψάμαθον τὴν παραιγιαλῖτιν
Ὑπὸ θεοῦ φρουρούμενος ἤνυσεν ὁ γεννάδας.
Ὁ κράτωρ δὲ Γρατιανὸς ἐκεῖνος βασιλεύσας,
Καὶ τοῖς ἑῴοις γένεσι μονάρχην ἐπιστήσας,
Τὰ μέρη τὰ προσέσπερα καὶ Ῥώμην οἰκειοῦται.
Οὗτός φασιν ὁ βασιλεὺς γυναίου προσελθόντος,
Καὶ κατειπόντος πρὸς αὐτὸν τοῦ συνομοζυγοῦντος,
Ὅτι πληγὰς καὶ ῥαβδισμοὺς αὐτῇ συχνῶς ἐπάγει,
Οὐδὲν, ὦ γύναι, πρὸς ἐμὲ τοῦτ' ἔφεσεν εὐστόχως.
Ἐκείνης δὲ τῆς γυναικὸς αὖθις προσεπιπτούσης,
Καὶ κατ' αὐτοῦ βουλεύεσθαι Γρατιανοῦ τὸν ἄνδρα,
Πάλιν ἀνταπεκρίνατο, τί σοι πρὸς τοῦτο γύναι,
Εὐστό-

lavacrum illud divinum eluit, bellum adversus eum concitat, a quo servatus fuerat, imperium denique sibi usurpat. Quo cognito Constantinus excanduit, ac morbo gravi correptus, paulo post rebus humanis excessit, quum quidem tria mala per se facta deploraret, ac in lingua continenter haberet; primo, quod genere sibi propinquos iniuste sustulisset e medio; deinde, quod fidem Christianam adulterasset, ac in ea quaedam innovasset; tertio, quod impiissimum hunc Iulianum Caesarem designasset. Enimvero non longum ad tempus iustitia dormitavit, nec inspector ille cunctorum oculus diu connixit; sed palpebram sustulit, desertorem intuitus est, vidit piacula, mactationes victimarum, sanguinis rivos, hominum caedes, omnem denique turpitudinem, abominationem, impietatis plena facinora, quae designabat, & furorem hominis exsecratus, Persis veluti saevis leonibus volutatum in luto suem immaniter dilacerandum tradidit. Hoc modo quum vir impius gladio vulneratus occubuisset, ne ipsa quidem terra corpus hominis profani admittere voluit, sed successione, ac motu quodam exspuit eum, qui concussione impietatis universam creaturam turbaverat. Hinc iam rursus hilari vultu fidei gratia splenduit, posteaquam Iovianus Imperator designatus fuisset. At ubi etiam ille fortuna exiguum ad tempus degustata rebus terrenis excessisset, Valentiniano Imperium delatum est. Is Valentem fratrem imposita corona collegam adscivit, ac Orientis quidem illum Imperatorem renunciavit: egregium vero Gratianum veteri Romae praefecit, ex Severa coniuge natum. Ex his Valens, vir impius, addictus Ario, qui contra Dominum nostrum superbe insurrexit, populumque religiosae pietatis studiosum acerbe vexavit, & afflixit, non longo post tempore ab edaci consumtus est igne, quum Scythas fugiens, in tugurium paleis refertum se recepisset. At praeclarus ille Gratianus, Valente sublato, iam consequutus universum imperium (quippe Valentinianus etiam naturae debitum persolverat, Gratiani pater, vir probus, religiosus erga Deum, in praeliis animosus, ac fortis [a]) Theodosium primum ad Orientis gubernationem ablegat, virum gravem, mavortium, ex Hispania oriundum, non abs re hoc ipsi largitus imperium. Quippe debitum ei concessit victoriae praemium, quam de barbaris vir magnanimus, & qui divinitus defendebatur, adeptus fuerat. Ipse autem Gratianus, hoc nationibus Orientalibus praefecto, sibi provincias Occidentales cum urbe Roma retinuit. Memoriae proditum de Gratiano accepimus, cum muliere quadam accedente, ac maritum deferente, quod frequenter eam plagis, & verberibus multaret, apte respondisse: nihil hoc ad me mu-

Constantini querela.

Iovinianus Imp.

Valentinianus, Valens, & Gratianus Imp.

Theodosius I. Imp. annis XVI.

Scitum Gratiani responsum.

---

1 Μικρὸν] Scrib. μακρόν.
2 Ζωοφαγίας] Scrib. ζωοσφαγίας.
3 Ὃς ἀδελφὸς Οὐάλεντος) Scrib. ὃς ἀδελφὸν Οὐάλεντα. Ita Historia iubet.

(a) Post illa verba de Valentiniano, *In praeliis animosus, & fortis*, sequitur in quibusdam, *quum duodecim annos imperasset*. Leunclav.

Digitized by Google

mulier. At quum illa subiecisset, maritum suum ipsi quoque Gratiano insidiari, rursus illum respondisse: quid hoc ad te mulier?

Εὐστόχως δ' οὕτω τοί φασι Γρατιανὸν τοξεύειν,
Ὡς φρένας λέγειν ἔχεσθαι 1 Γρατιανοῦ τὰ βέλη.

Tradunt etiam Gratianum adeo peritum sagittandi fuisse, ut eius tela mentem habere perhiberentur.

Valentinianus II. Imp.

Interfecto autem Gratiano miserabiliter admodum a quodam barbaro, Theodosius Imperator Romam profectus est, ac parricidam ultus, Romae Imperium Valentiniano iuniori, Gratiani fratri, tradidit (a). Hinc rursus alia turba, rursus alia gravis, & horrida tempestas Imperium demergere conata est. Quippe tyrannidem Eugenius quidam usurpavit, & Valentinianus Imperator strangulatus, misere vitam amisit. Rursum ergo Theodosius militem adversus parricidam educit, tyrannus vivus in potestatem redigitur, compedibus ligatur, audaciae suae flagitiorumque designatorum poenas luit, simul denique vitam, & Imperium amittit. Secundum haec Honorius a patre Romae veteris Imperator renuntiatur, e Placilla Theodosii coniuge natus. Quumque Theodosius etiam ipse vitam hanc reliquisset, Orientis Imperium Arcadio cessit, ex iisdem cum Honorio parentibus orto.

Honorius Imp.

Arcadius Imp. an. XIII.

Τούτου σφαγέντος οἴκτιστα παρά τινος τυράννου,
Ὁ κράτωρ Θεοδόσιος Ῥώμην καταλαμβάνει,
Καὶ τὸν φονέα τίννυται, καὶ τὸ τῆς Ῥώμης κράτος
Εἰς τὸν Οὐαλεντινιανὸν τὸν νέον μεταφέρει,
Τὸν ἀδελφὸν Γρατιανοῦ τοῦ βεβασιλευκότος.
Καὶ πάλιν ἄλλος τάραχος, πάλιν βαρύθρους κλύδων,
Τὸ τῆς ἀρχῆς φιλονεικῶν καταποντίσαι σκάφος.
Εὐγένιος τις τυραννεῖ καὶ βασιλεὺς ἀγχόνῃ
Χρησάμενος ὀδυνηρῶς τὸν βίον καταστρέφει.
Καὶ πάλιν Θεοδόσιος κατὰ τοῦ παλαμναίου.
Ζωγρεῖται γοῦν ὁ τύραννος, δεσμεῖται χρυσοπέδαις,
Τοῦ θράσους δίκας τίννυσι, καὶ τῶν τετολμημένων,
Καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀρχῆς ἐλεεινῶς ἐκπίπτει.
Καὶ βασιλεὺς Ὁνώριος τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης
Καὶ κράτωρ ἀναδείκνυται πρὸς τοῦ πατρὸς αὐτάναξ.
Ὃς ἐκ Πλακίλλης γέγονεν υἱὸς Θεοδοσίῳ.
Θεοδοσίου δὲ λοιπὸν τὸν βίον λελοιπότος,
Ἐν ἔτεσιν ἰθύναντος δέκα ἑπτὰ τὸ κράτος,
Ἀρκάδιος χειρίζεται τοὺς οἴακας τῆς ἕω,
Ἐκ τῶν αὐτῶν ἀναφυεὶς σπερμάτων Ὁνωρίῳ.

Gothi Romam invadunt.

Id temporis contemto principe Occidentis, tamquam effeminato, Gothi sanguinolenti, natio bellicosa, superatu difficilis, caedibus gaudens, in Romae veteris limites excurrunt, eorumque Rex Alarichus imperatoriis opibus potitus, & ipsa Imperatoris sorore Placidia, quae mox de barbarorum manibus elapsa, celeriter ad Honorium fratrem se contulit, qui Ravennam, urbem munitam, profugerat. Est autem in matrimonium collocata Constantio, per quem servata fuerat; deque his Valentinianus iunior procreatus est, qui secundum haec Romae Imperium consequutus fuit.

Τότε καταφρονήσαντες ὡς μαλακοκαρδίου
Τοῦ τῆς ἑσπέρας ἄρχοντος αἱματοῤῥόφοι Γότθοι,
Φίλοπλον ἔθνος, δύσμαχον, χαῖρον ἀνδροκτασίαις,
Τῶν ὅρων κατατρέχουσι τῆς παλαιτέρας Ῥώμης,
Καὶ πλοῦτον τὸν βασίλειον Ἀλάριχος λαμβάνει.
Καὶ Πλακιδίαν ἀδελφὴν οὖσαν τοῦ βασιλέως,
Ἥτις φυγοῦσα παρευθὺ τὰς χεῖρας τῶν βαρβάρων
Σπουδῇ πρὸς τὸν Ὁνώριον τὸν ἀδελφὸν ἐκτρέχει
Εἰς Ῥάβενναν στεῤῥόπυργον πόλιν προσπεφυγότα,
Καὶ Κωνσταντίῳ ζεύγνυται τῷ ταύτην σεσωκότι.
Ἐξ ὧν Οὐαλεντινιανὸς ὁ νέος ἀπετέχθη,
Ὁ μετὰ ταῦτα βασιλεὺς ἀναδειχθεὶς τῆς Ῥώμης.

Theodosius II. Imp. an. XXXIII

Valentinianus III. Imper. qui perierit.

Posteaquam Arcadius terrenam corporis molem deposuerat, Theodosius in Orientalis Imperii solium collocatur, quem Arcadius ex Eudoxia coniuge genuerat. Is filiam suam Valentiniano ad coniugii societatem misit, quem iuvenem voluptatum amor, & insanum studium explendi libidines carnis, quod nullis inhiberi vinculis poterat, non Imperio tantum, sed etiam vita spoliavit, ipsamque vitae sociam iniuriae alterius exposuit, quae res quo pacto gesta fuerit, breviter exponetur.

Ὡς δὲ τὸν χοῦν Ἀρκάδιος ἀπέθετο τοῦ σκήνους,
Ἔτεσι δέκα πρὸς τρισὶν αἰσίως βασιλεύσας,
Τῆς ἕω Θεοδόσιος ἐγκάθηται τοῖς θρόνοις,
Ὃν βασιλεὺς Ἀρκάδιος ἔσχεν ἐξ Εὐδοξίας.
Ὁ τοίνυν Θεοδόσιος ἰδίαν θυγατέρα
Πέμπει Οὐαλεντινιανῷ πρὸς γάμου κοινωνίαν.
Ἀλλὰ γὰρ τὸ φιλήδονον τοῦ δὲ τοῦ νεανίου,
Καὶ λύττησις ἀκάθεκτος ἡ τῆς φιλοσαρκίας,
Ζωῆς αὐτὸν ἐστέρησε καὶ κράτους βασιλείου.
Καὶ τὴν τοῦ λέχους κοινωνὸν κατήγαγεν εἰς ὕβριν.
Ὅπως δὲ τοῦτο γέγονεν εἰρήσεται συντόμως.

Maximi uxor stupratus.

Erat in urbe Roma vir consularis Maximus, facile princeps inter ceteros. Habebat is uxorem eleganti praeditam facie, quaeque propter venustatem formae quidam velut hortus pulcritudinis esse videretur, & ornabat eamdem multo etiam magis castitas, atque pudicitia. Quum hanc vidisset Imperator, amore captus est, omnesque nervos in id intendit, ut voto potiri posset. Igitur aliquanto cum Maximo, marito mulieris, alea ludens, ubi vicisset, nec aurum Maximus numeraret; aureum eius anulum accipit, quasi pro debitis oppigneratum. Hinc anulum ipsius uxori mittit signi loco, de quo illa intelligeret, in aulam sibi eundum esse. Mulier signo cognito, fidem iis, quae mandabantur, habet; adeo-

Μάξιμος ἦν ὑπατικὸς ἐν Ῥώμῃ πρωτιστεύων.
Τούτῳ συνῴκει γύναιον ἐπέραστον τὴν ὄψιν,
Κάλλος ἀμήχανον αὐχοῦν, κῆπος ἄντικρυς κάλλους.
Ἐκόσμει δὲ τὸ γύναιον ἡ σωφροσύνη πλέον.
Ὅπερ ἰδὼν ὁ βασιλεὺς ἁλίσκεται τῷ κάλλει,
Καὶ πάντα κάλων συνωθεῖ πρὸς τὸ τυχεῖν τοῦ πόθου.
Τῷ γοῦν ἀνδρὶ τῆς γυναικὸς Μαξίμῳ συγκυβεύων,
Καὶ καθυπέρτερος φανεὶς, μὴ φέροντος χρυσίον,
Λαμβάνει τὸ δακτύλιον τὸν χρύσεον ἐκείνου,
Φερέγγυον ἐσόμενον τῶν ἐποφειλομένων.
Ἐκπέμπει τὸν δακτύλιον τῇ γυναικὶ σημεῖον,
Τὴν ἄφιξιν ἐνδόσοντα τὴν πρὸς τὴν βασιλίδα.
Πιστεύει τούτοις ἡ γυνὴ, γινώσκει τὸ σημεῖον.
Φθάνει πρὸς τὰ βασίλεια τινὰ τὰ μετὰ τοῦτο.
Ὁ βασιλεὺς ἀπολαβὼν ταύτην αἰσχύνει βίᾳ.

Μαν-

---

1 Λέγειν ἔχεσθαι] Scrib. ἔχειν λέγεσθαι. Commutavit fines verborum supine festinans librarius.

(a) Post *Gratiani fratri tradidit*, addendum ex aliis: *qui tribus tantum annis Romae veteri praefuerat*. Leunclav.

Digitized by Google

Μανθάνει ταῦτα Μάξιμος, πιμπρᾶται τὴν καρδίαν,
Εἰς ἄμυναν ὁπλίζεται, δόλους παντοίους ῥάπτει,
Καὶ τελευταῖον θανατοῖ ξίφει τὸν βασιλέα,
Φρουρᾶν ἀρίστων στρατηγῶν πρῶτον αὐτῶν στερήσας,
Αἰσχύνει καὶ τὴν γαμετὴν τούτου τὴν εὐδοξίαν.

Ἡ βασιλὶς δεινοπαθεῖ, τὴν ὕβριν ἀνασένει,
Καὶ πέμπει πρὸς γιζέριχον τῶν Οὐανδήλων ῥῆγα,
Κατὰ τῆς ῥώμης ἐπελθεῖν ἐκεῖνον παρορμῶσα.
Ἐπῆλθεν ὁ γεζέριχος, ἐκράτησε τῆς ῥώμης,
Ἠνδραποδίσατο πικρῶς, δορυαλώτους ἔσχεν,
Αὐτήν τε τὴν βασίλισσαν καὶ τὰς ἐκείνης κόρας.
Ἡ μὲν οὖν ῥώμη πρὸς μικρὸν ἔτι βασιλευθεῖσα
Τὸ κράτος τὸ βασίλειον εἰς τέλος ἀφῃρέθη,
Καὶ τῶν βαρβάρων τοῖς ῥηξὶν εἶξε καὶ τοῖς ἐθνάρχοις,
Καὶ ταῖς παλάμαις δυστυχῶς τούτων ἐταπεινώθη.
Ἦρξε μὲν οὖν ὁ Μάξιμος ὁ τότε τυραννήσας,
Καὶ μετ' αὐτὸν Ἀνθέμιος Ὀλύμβριος ὁ πάνυ,
Μετὰ δὲ τὸν ὀλύμβριον ἐκράτησε μαΐωρ,
Καὶ μετ' αὐτὸν Γλυκέριος, καὶ μετὰ τοῦτον πάλιν
Νεπωτιανὸς, ὀρέστης τε, καὶ μετὰ τὸν Ὀρέστην
Ὁ παῖς Ῥωμύλου τῆς ἀρχῆς ἥψατο τελευταῖος.
Καὶ πόλις μεγαλώνυμος ἡ τῶν ῥωμαίων πόλις
Ῥωμύλον σχοῦσα κατ' ἀρχὰς ἔννομον βασιλέα,
Καὶ πάλιν περιστήσασα τὸ κράτος εἰς Ῥωμύλον,
Οὐκέτι τὴν κυβέρνησιν ἔσχεν ἐκ βασιλέων.
Βαρβάροις δ' ὑποκύψασα καὶ χωροβατηθεῖσα,
Καὶ τούτοις δυστυχήσασα δορύληπτος γενέσθαι,
Ῥῆγας κατεῖδεν ἄρχοντας χωράρχας σατραπάρχας,
Καὶ στερηθεῖσα δυσκλεῶς ὑπάτων καὶ κρατόρων,
Καὶ δικτατόρων, καὶ βουλῆς, ἀλλὰ καὶ πατρικίων,
Ἐπωμαδίαν ἤνεγκε ζεύγλην τὴν τῶν βαρβάρων.
Καὶ πρώην χρηματίζουσα βοῦς ἀγελαῖος ἄζυξ
Ὑπήκοος ἐγένετο δυνάσταις ἀροτρεῦσι,
Καὶ γῆς τοῖς αὐλακίσμασι τρύχεσθαι κατεκρίθη.

adeoque celeriter in regiam se confert. Quid inde factum? Imperator eam nactus, vi stuprat. Maximus his cognitis ardere animo, ad ultionem se armare, fraudes omnis generis nectere, tamdem gladio Imperatorem occidere, spoliatum prius fidissimis satellitibus.

Hoc facto, coniugem quoque Valentiniani Eudoxiam stuprat, quae iniuriam hanc aegerrimo ferens animo, suos ad Gizerichum Vandalorum Regem mittit, oratum, ut Romam cum copiis invaderet. Fecit hoc Gizerichus, Romam occupavit, eaque miserum in morem spoliata, Imperatricem cum filiabus captiva abduxit. Ac Roma quidem exiguum ad tempus adhuc ab Imperatoribus administrata, tamdem Imperium omne prorsus amisit, in potestatem Regum Principumque barbarorum redacta, quorum manibus misere prostrata fuit. Tunc temporis autem Maximus occupata tyrannide regnavit, quem sequuti sunt Anthemius, Olybrius vir praestantissimus, Maior *, Glycerius, Nepotianus, Orestes, post quem Orestem puer Romulus omnium postremus Imperium usurpavit. Hoc modo celeberrima Romanorum urbe, quum ab initio Romulum Regem legitimum habuisset, ac vicissim eius Imperium ad Romulum pervenisset, deinceps ab Imperatoribus gubernari desiit. Barbaris autem sese submittens, ab iisque calcata, perque summam infelicitatem capta, Regibus eorum, nationumque Principibus, & Satrapis paruit; planeque spoliata Consulibus, Imperatoribus, Dictatoribus, Senatu, patriciis iugum barbarorum suis humeris tulit; quae denique prius erat indomita, & expers iugi vacca, principibus aratoribus obediens facta est, & condemnata, ut eius solum aratro inverteretur.

Eudoxia stupratur.

Gizerichus Romam capit.

Ultimi Romae Imperatores Latini.

* al. Maioranus item Maiorinus.

Καὶ ταῦτα μὲν συμβέβηκε τῇ πρεσβυτέρᾳ ῥώμῃ.
Ἡ δ' ἡμετέρα τέθηλεν, αὔξει, κρατεῖ, νεάζει.
Καὶ μέχρι τέλους αὔξοιτο. ναὶ βασιλεῦ παντάναξ.
Τοιοῦτον σχοῦσα τηλαυγῆ φωσφόρον βασιλέα,
Μέγιστον αὐτάνακτα τὸν μυριονικηφόρον,
Κομνηνιάδην Μανουὴλ πορφύρας χρυσοῦν ῥόδον,
Οὗπερ τὸ κράτος ἥλιοι μετρήσαιεν μυρίοι.

Et haec quidem Romae veteri acciderunt. At illa nostra floret, augescit, imperio fruitur, iuvenescit; utque perpetuum augescat, te Rex omnium maxime precor; praesertim quum modo talem, ac tantum Imperatorem habeat, Luciferum late radiis suis splendentem, Regem Ausonum maximum, victoriis sexcentis potitum, Manuelem Comneniadem, aureum Purpurae * rosam, cuius Imperium infiniti soles metiantur.

Constantinus Manasses sub Manuele Comneno vixit.

Ἀλλὰ γὰρ πάλιν εἰς ὁδὸν ὁ λόγος ἀναγέσθω,
Καὶ τερματούτω τὸ λοιπὸν δρόμον τῆς ἱστορίας.
Τὸν νέον Θεοδόσιον ἔτι παιδίσκον ὄντα,
Ἄγοντα τε τὴν ἁπαλὴν καὶ πρώτην ἡλικίαν,
Ἀρκάδιος ἐνίδρυσε τοῖς βασιλείοις θρόνοις,
Καὶ φύλακας ἐπέστησεν αὐτῷ τῆς βασιλείας,
Τοὺς τῆς συγκλήτου προὔχοντας καὶ τοὺς ἀγχινουστέρους,
Καὶ σὺν αὐτοῖς τὸν ἄρχοντα περσίδος Ἰσδηγέρδην.
Ὃς καὶ μαθὼν ἐπιβουλὴν κατὰ Θεοδοσίου
Τυρευομένην ἔκ τινων ἀνδρῶν φιλοτυράννων,
Ἠπείλησεν ἐπιδρομὰς ἄχρι καὶ Βυζαντίου
Σὺν μυριάσι μαχητῶν Ἀλκίμων ὁπλοφόρων.
Οἱ τοίνυν βουλευσάμενοι κατὰ τοῦ βασιλέως,
Κατασφαλθέντες τὰς ψυχὰς φόβῳ τῷ τοῦ περσάρχου,
Τὸ δύσνουν ἀπεβάλοντο καὶ τὴν κακοτροπίαν,
Καὶ τῆς βουλῆς ἀπέσχοντο καὶ τῶν ἐγχειρημάτων.
Ὡς ἄρα τὸ χρηστότροπον ἐστὶ κἂν τοῖς βαρβάροις,
Καὶ τὴν φιλίαν ἄτρωτον καὶ τὴν φιλαλληλίαν
Οἶδεν ἀνὴρ ἀλλόγλωσσος ἀθόλωτον φυλάσσειν.
Τὸ γὰρ καλὸν ἐκ φύσεως ἅπασιν ἐνεστάρη.

Sed enim oratio nostra in viam revocetur, & historiae cursus ad finem perducatur.

Iuniorem Theodosium, quum adhuc puer esset, ac teneram primamque aetatem ageret, Arcadius pater in thronum imperatorium collocavit, simulque constituit ei custodes Imperii Principes quosdam Senatus, itemque genere proximos, una cum Isdigerde Persarum Rege, qui deinceps, ubi de insidiis accepisset, quas Theodosio quidam tyrannidis usurpandae cupidi struerent, suos ablegavit, ut ad ipsum usque Byzantium cum infinitis prope pugnatorum copiis excurrerent. Hoc modo perculsis insidiatorum animis formidine barbari, omni odio malevolentiaque deposita, consilium prius intermissum cum ipsis conatibus fuit. De quo intelligere licet, in ipsis etiam barbaris virtutem, ac indolem bonam exsistere, hominesque linguis diversos nihilominus amicitiam, & amorem mutuum illaesum conservare candide posse. Nam virtus, & honestum a natura cunctis insitum est.

* Loci nomen, in quo pariebant Imperatrices, ut liberos ederent purpurigenas.

Rex Persarum pacem conservat.

Digitized by Google

De Pulcheria Theodosii sorore.

Ceterum Imperatori Theodosio soror erat, castis praedita moribus, vitae gravis, ac pudicae, nomine Pulcheria. Fulgebat ea venusti corporis elegantia, simulque dotibus internae pulcritudinis relucebat. Quumque virginitatem suam retinere, & castitatis campum illibatum tueri decrevisset; prorsus a virorum consuetudine semet abstinebat, ac purae modestaeque vitae studio dedita, fervorem animi erga quaevis facta praeclara insignem demonstrabat. Neque tantum exornandae vitae suae intenta erat, verumetiam fratrem omnigenis rationibus, iisque solerter excogitatis, ad virtutem probosque mores informabat. Coniunxit & fratri Matrimonio Eudociam, omni venustatis genere splendentem. Ea quum esset vultu praedita formosissimo, Athenis illis celeberrimis, ubi nata fuerat, Byzantium profecta, suos ut fratres accusaret, qui paternarum facultatum partem ei se daturos pernegarent, obiter quiddam longe fructuosius reperit. Libet autem breviter exponere, quo pacto haec evenerint.

Eudocia Theodosii coniux.

De Leontio Philosopho Atheniensi.

Fuit Athenis quidam Leontius, vir accurate peritus omnis Philosophiae, ac logicarum, naturalium, astronomicarum disciplinarum. Huic ex una coniuge tres erant nati liberi, duo mares, una filia, formae puella praestantis, & ceteroquin etiam elegantissima, cui pater Athenaidis nomen dederat. Quum autem rebus humanis iamiam excessurus esset, testamento de voluntate sua postrema condito, filiis quidem maribus facultates omnes legavit, quidquid nimirum habebat vestium, auri, aedium, pecoris instrumenti, ac supellectilis, mancipiorum (quippe locuples, & opulentus erat) filiam vero, quam etiam unice diligebat, sola centum aureorum sorte contentam esse iussit, quod hanc fortunam sufficere diceret, qua cuncta mulieres felicitate superaret. His ille verbis prolatis naturae debitum persolvit. Puellae fratres, qui homines essent improbi, paternas facultates universas sibi vindicabant, sorore prorsus ab aditione hereditatis exclusa. Quam rem Athenais aegerrimo ferens animo, materteram adit, casus ei suos exponit, calamitatem deplorat, & multis cum gemitibus dolenter amplificat. Illa puellae commiseratione tangi, ac neptis nomine commota, Constantinopolim cum ea proficisci, urbem urbium Principem, & imperii sedem. Hinc Pulcheriam multis ornatam dotibus convenire, opem & auxilium eius implorare, rogare denique subveniret puellae suis rebus per iniuriam spoliatae. Pulcheria iuvenculae formam admirari, ad radiantes vultus dotes obstupescere, magnanimitatem plane conspicuam plurimi facere; simul interrogare, num florem virginitatis adhuc illibatum haberet. Intellecto, puellam adhuc expertem esse coniugii, castitatisque bonum hactenus integrum servasse; religioso eam lavacro curat ablui, nomen immutat, Eudociam adpellat, fratri Matrimonio copulat, non parum adiuvante Paulino, viro inter amicos Impera-

Ἦν δ᾽ ἀδελφὴ τῷ βασιλεῖ τούτῳ Θεοδοσίῳ,
Σεμνότροπος, σεμνόβιος, τὴν κλῆσιν Πουλχερία,
Καὶ κάλλει διαλάμπουσα σώματος εὐπροσώπου,
Καὶ στίλβουσα ταῖς χάρισι τῆς ἔνδον εὐπρεπείας.
Ἥτις παρθένον συντηρεῖν αὐτὴν προελομένη,
Καὶ τῆς ἁγνείας ἄσυλον φυλάττειν τὸν λειμῶνα,
Ἀῤῥένων μὲν ἀπέχετο καθάπαξ ὁμιλίας,
Τῷ καθαρῷ δ᾽ ἐπέχαιρε, καὶ τῷ κοσμίῳ βίῳ,
Καὶ ζέσιν ἐπεδείκνυτο πρὸς πᾶσαν χρηστουργίαν.
Οὐ μόνον δὲ τὸν ἑαυτῆς οὕτως ἐκόσμει βίον,
Ἀλλά γε καὶ τὸν ἀδελφὸν παντοίαις ἐπινοίαις
Εἰς ἀρετὴν ἐρύθμιζεν καὶ τρόπους φιλοκάλους.
Ἣ καὶ συνῴκησεν αὐτῷ πρὸς γάμου κοινωνίαν
Τὴν κάλλεσιν ἀστράπτουσαν παντοίοις Εὐδοκίαν,
Ἥτις λειμῶνα φέρουσα κάλλους ἐν τῷ προσώπῳ
Ὡρμᾶτο μὲν ἐξ Ἀθηνῶν τῶν περιλαλουμένων.
Πρὸς δὲ τὴν Βύζαντος λαμπρὰν ἀφικομένη πόλιν,
Ἐφ᾽ ᾧ κατηγορήσειεν ὁδίων ὁμογνίων,
Ὡς τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς αὐτῇ μὴ μεταδόντων,
Πολλῷ κερδαλεώτερον τὸ πάρεργον εὑρίσκει.
Τὸ δ᾽ ὅπως τοῦτο γέγονε λόγῳ συντόμῳ φράσω.

Ἦν ἐν Ἀθήναις τις ἀνήρ, Λεόντιος τὴν κλῆσιν,
Εἰς ἄκρον ἀφικόμενος πάσης φιλοσοφίας
Καὶ λογικῆς καὶ φυσικῆς καὶ τῆς ἀστεροσκόπου.
Τούτῳ μιᾶς ἐκ γαμετῆς τρεῖς ἐτέχθησαν παῖδες.
Δύο μὲν ἦσαν ἄῤῥενες, τριτάτη δὲ θυγάτηρ.
Θυγάτηρ ἀγλαόμορφος ἐπιχαριτωτάτη.
Ἀθηναῒς ὠνόμαστο πρὸς τοῦ πατρὸς ἡ κόρη.
Ὡς οὖν τὸν βίον ἔμελλε λείπειν ὁ ταύτην σπείρας,
Ἐπιθανάτιον συνθεὶς καὶ τελευταῖον γράμμα,
Τοῖς μὲν παισὶ κατέλιπε τοῖς ἄῤῥεσι τὸν βίον,
Ὁπόσος ἐν ἱματισμοῖς, ὁπόσος ἐν χρυσίῳ,
Ἐν οἴκοις, ἐν βοσκήμασιν, ἐν σκεύεσιν, ἐν δούλοις.
Ἦν γάρ τοι μεγαλόπλουτος καὶ τῶν βαθυκτημόνων.
Τῇ θυγατρὶ δ᾽ ἐκέλευσε καὶ ταῦτα φιλουμένῃ
Μόνους χρυσίνους ἑκατὸν παρασχεθῆναι κλῆρον,
Τὴν τύχην τὴν περίλαμπρον ἀρκεῖν ἐκείνῃ φράσας
Ἁπάσης ὑπερφέρουσαν γυναίων εὐποτμίας.
Ὃ μὲν εἰπὼν ἐξέπιε τὸν τοῦ θανάτου σκύφον.
Οἱ δὲ τῆς κόρης ἀδελφοὶ φαυλότροποι φανέντες
Πᾶσαν ἐσφετερίσαντο τὴν πατρικὴν οὐσίαν,
Καὶ παντελῶς ἀπόκληρον ἔθεντο τὴν νεάνιν.
Ἐφ᾽ οἷς ὑπερπαθήσασα καὶ τὴν ψυχὴν πληγεῖσα
Τῇ μητραδέλφῃ πρόσεισιν Ἀθηναῒς ἡ κόρη.
Κοινοῦνται τὰ καθ᾽ ἑαυτήν, τὴν συμφορὰν δεικνύει,
Περιπαθέσι στεναγμοῖς ἐκτραγῳδεῖ τὸ πάθος.
Οἰκτείρει τὸ κοράσιον θρηνοῦν ἡ μητραδέλφη,
Ὑπὲρ τῆς ἀδελφόπαιδος πιμπρᾶται τὴν καρδίαν,
Καὶ σὺν αὐτῇ καὶ μετ᾽ αὐτῆς ὡς εἶχεν ἀφικνεῖται
Πρὸς πόλιν τὴν πρωτόπολιν πρὸς πόλιν τὴν τοῦ κράτους,
Τῇ Πουλχερίᾳ πρόσεισι τῇ χαριτοκοσμήτῳ,
Ἐπικουρίαν ἐξαιτεῖ, δεῖται βοηθηθῆναι
Τὴν κόρην τὴν τῶν ἑαυτῆς ἀδίκως στερουμένην.
Θαυμάζει τῆς νεάνιδος ἡ βασιλὶς τὸ κάλλος.
Ἐκπλήττεται τὰς φεραυγεῖς χάριτας τοῦ προσώπου.
Θαυμάζει τὴν εὐσύνετον μεγαλογνωμοσύνην.
Πυνθάνεται εἰ τὴν αὐτῆς ἔφθαρται παρθενίαν.
Καὶ γνοῦσα κοίτης ἄπειρον τὴν κόρην χρηματίζειν,
Καὶ τὸ καλὸν ἀκίβδηλον φυλάττει 1 τῆς ἁγνείας,
Λουτρῷ καθαίρει τῷ σεπτῷ, τὴν κλῆσιν μεταμείβει,
Μετονομάζει τὴν καλὴν νεάνιν Εὐδοκίαν,
Συνάπτει τε τῷ βασιλεῖ καὶ ζεύγνυσιν εἰς λέχος,
Συναραμένου τὰ πολλὰ πρὸς τοῦτο καὶ Παυλίνου,

Ὃς

1 φυλάττει] Scrib. φυλάττειν.

Digitized by Google

Ὃς ἐν τοῖς πρώτοις τέτακτο τοῦ βασιλέως φίλων.
Ἐκ ταύτης Θεοδόσιος ἔτεκεν Εὐδοξίαν,
Ἣν Οὐαλεντινιανῷ σκηπτοκρατοῦντι Ῥώμης
Τῆς πρεσβυτέρας ἔπεμψεν εἰς γάμου κοινωνίαν.
Ἀλλ' ἦν οὐδὲν, ὡς ἔοικεν, εὐτύχημα τοῦ βίου
Ζάλης καὶ λύπης ἀμιγὲς, οὐδέ τις ἀποτμία 1
Μὴ συναναφυόμενον ἔχουσα καὶ τὸ κνίζον.
Καὶ γὰρ καὶ ῥόδον εὔοσμον φρίσσει πυκνὰς ἀκάνθας,
Ἡλίου τε τὸ βλέφαρον σκοτίζουσι νεφέλαι,
Καὶ φθόνος ἐπιφύεται τοῖς τὸ καλὸν ἀσκοῦσι,
Καὶ πᾶν εὐτύχημα λαμπρὸν καὶ πᾶν σεμνὸν τοῦ βίου
Φέρει καὶ τὸ δυστύχημα συνανακεκραμένον.

peratoris Principem locum obtinente. Procreavit autem ex hac Theodosius Eudoxiam, quam Valentiniano in urbe Roma vetere imperanti ad vitae societatem misit. Sed enim nulla vitae felicitas tempestatis, ac doloris expers est, nec prosperitas esse potest ulla, cum qua non exsistat etiam aliquid, quod hominem mordeat. Etenim ipsa quoque rosa, licet fragrans sit, crebris tamen spinis horret; itemque vultum Solis nubes interdum caligine quadam obvelant. Consimili modo invidia comitatur, & insectatur eos, qui virtutem colunt, omnisque sancta prosperitas, & vita splendens in hominum oculis, admixtam quamdam infelicitatem secum trahit.

Ἀλλὰ γὰρ τί μοι βούλεται τὸ πρόασμα τοῦ λόγου;
Ἡ βασιλὶς ἐπέπλει τὴν ἅλμην τοῦ βίου,
Εὐδιεινοῖς καὶ γαληνοῖς πνεύμασι φερομένη.
Ἀτάραχον διήνυε τὸν πλοῦν τῆς εὐποτμίας,
Ὥσπερ εἰς πλοῖον φορτηγὸν ὡς ἐξ οὐρίας πλέει.
Ἀλλ' αἴφνης ἐξεφύσησεν ὡς καταιγὶς ὁ φθόνος,
Καὶ λαίλαψ συνετάραξε τὴν θάλασσαν καὶ κλύδων
Νέφος ἐῤῥάγη θολερὸν, κατήγαγε χειμῶνα,
Συνέσεισεν ἐδόνησε τὴν σκάφην ὡς φυλλάδα,
Καὶ φλοίσβους ἤγειρε δεινοὺς καὶ τάραχον βαρύθρουν.
Καὶ τὴν μὲν οὖν συνέτριψε, τῇ δὲ ναυστολουμένῃ.
Στόμα δεινὸν ὑπήνοιξε χάσματος δυσαλήκτου.
Ἐντεῦθεν ἡ βασίλισσα πικρίας ἐνεπλήσθη,
Καὶ πειρασμοῖς ἐπάλαισε βαρυσυμφορωτάτοις.
Τί δ' ἦν αὐτῇ τὸ συμπεσὸν ὁ λόγος ἱστορήσει.

Quid autem hoc sibi vult orationis praeludium? Nimirum & haec Imperatrix in huius vitae mari navigabat, & serenis, placidisque ventis acta, felicitatis cursum absque perturbatione conficiebat, non aliter, atque si navis oneraria vento secundo feratur; verum invidia subito, tempestatis cuiusdam instar flare coepit: turbo cum procella mare commovit, nubes impetuosa exorta tempestatem excitavit; adeoque succussit, & agitavit scapham instar folii, commoto ingenti strepitu, gravique turba, ut navem confringeret, ac ipsi naufragium facienti terribiliter ore adaperto minaretur, quasi vellet ei plane dehiscere. Ab eo tempore casus acerbos Imperatrix complures experta fuit, & aerumnosissimis cum tentationibus colluctata. Lubet autem commemorare, quid illi acciderit.

Θεοδοσίῳ βασιλεῖ τῷ συζυγοῦντι ταύτῃ
Μῆλον καλὸν εὐμέγεθες πένης προσήνεγκέ τις.
Ὁ δὲ, τὸ καλλιπρόσωπον θαυμάσας τῆς ὀπώρας,
Καὶ τῆς εὐχροίας ἀγασθεὶς ἀλλὰ δὲ τοῦ μεγέθους,
Ὥς τι καινὸν τὸ δώρημα τῇ βασιλίδι πέμπει,
Ὅπερ μεγάλων γέγονεν ἀρχὴ πειρατηρίων,
Οὐχ ἧττον ἢ τῆς Ἔριδος τῆς φθονερᾶς τὸ μῆλον,
Ὅπερ ἐπεισεκώμασεν ἐπὶ κακῷ τοῖς τότε
Θύουσι γαμοδαίσια Θέτιδος καὶ Πηλέως,
Οἷα καὶ γὰρ συμβέβηκε διὰ τὸ μῆλον τοῦτο.

Quidam fortunae tenuis Imperatori Theodosio, Eudociae marito, pomum eximiae tam pulcritudinis, quam magnitudinis obtulerat. Eius ille speciem longe venustissimam, colorem, magnitudinem admiratus, pomum ipsum insusitati cuiusdam muneris loco Imperatrici miserat, quae sane res non minus maximorum incommodorum origo exstitit, atque olim pomum illud Eridis invidae, quod nocendi caussa iis obtulit, qui Thetidis, atque Pelei nuptiis intererant. Nam qualia quaeso consequuta sunt?

Occasio dissidiorum inter coniuges.

Ἐθαύμασεν ἡ βασιλὶς τὴν ὥραν τῆς ὀπώρας,
Ὑπερφυὲς ἡγήσατο τὸ χρῆμα τὸ τοῦ μήλου,
Καὶ φιλοτίμως ἔχουσα πρὸς τὸν καλὸν Παυλῖνον
Ὡς συναράμενον αὐτῇ πρὸς ὕψος βασιλείας,
Τῷ μήλῳ τῷ πικροποιῷ τὸν ἄνδρα δεξιοῦται.
Ἐκεῖνος δὲ τῷ βασιλεῖ τὸ δῶρον ἀντιπέμπει,
Μὴ κατειδὼς, ὡς ἔοικεν, ὅθεν παρεισεφθάρη,
Ἔτυχε γὰρ τῷ βασιλεῖ μὴ συμπαρὼν ὁ τάλας
Ἡνίκα Θεοδόσιος ἐδέχετο τὸ μῆλον.
Ἅδου πικρὰν ἂν εἴποι τις ὀπώραν θανασίμην,
Ἧς κηπευτὴς ὁ θάνατος καὶ φυτοκόμος ᾅδης.
Ὁρᾷ τὸ μῆλον ὁ κρατῶν, γνωρίζει τὴν ὀπώραν,
Κρύπτει τὸ μῆλον παρ' αὐτῷ, σιγῇ παρακατέχει,
Πυνθάνεται τῆς γαμετῆς ὅπη τὸ μῆλον εἴη.
Εἰπούσαν ὅτι βέβρωκεν ὅρκοις καταλαμβάνει.
Ἡ δὲ, τῆς τύχης τῆς πικρᾶς, ὡς ἔοικε, σφαλούσης
Ἀντόμνυσι καταφαγεῖν. τίνα τὰ μετὰ τοῦτο.
Εἰς ὑπονοίας ὁ κρατῶν οὐκ ἀγαθὰς ἐμπίπτει,
Δείκνυσι τὸ κρυπτόμενον, ἐλέγχει ψευδομένην
Θυμοῦται, μαίνεται, μισεῖ, στυγεῖ τὴν βασιλίδα.
Ἐντεῦθεν ἐπεμόρμυρε τῶν πειρασμῶν τὸ κῦμα.
Ὁ μὲν Παυλῖνος θάνατον ἐτρύγησεν ἐκεῖθεν,

Imperatrix pulcritudinem fructus admirari, eumque arbitrari naturae modum excedere. Et quoniam Paulinum propterea venerabatur, quod valde eam iuvisset in consequenda dignitate Imperatoria; virum hoc infelici pomo donat. Is vero vicissim munus Imperatori mittit, ignorans (uti quidem videtur) unde profectus fuisset. Non enim adfuerat id temporis Imperatori miser, quo pomum acceperat, quod nuncupare quis possit letalem orci fructum, ab ipsa morte Plutoneque consitum. Imperator oblatum intueri, mox adgnoscere, clam apud se occultare, ac retinere, coniugem interrogare, ubinam pomum ab se datum haberet; illa respondere: manducatum ab se esse. Rursus Imperator ei deferre iusiurandum; illa per summam infelicitatem sacramento confirmare, pomum ab se manducatum esse. Quid hinc factum? Imperator suspicionibus malis indulgere, pomum absconditum proferre, coniugem mendacii convincere, excandescere, furere, Imperatricem odio perse-

Eudocia periurium.

1 Ἀποτμία) Scrib. εὐποτμία.

persequi. Atque hinc iam fluctus ille tentationum, mare calamitatum, tempestas malorum exundavit, hinc facinus indignum Sol conspexit. Nam Paulinus ob hanc caussam interfectus est, & Imperatrix odio mariti perspecto celeriter Ierosolymam proficiscitur, atque ibi exacto reliquo vitae tempore, tamdem naturae debitum persolvit.

Paulini caedes.

Καὶ ξίφος αἱματόχαρτον ἐμέθυσε τῷ φόνῳ.
Ἡ βασιλὶς τὸ μῖσος δὲ γνοῦσα τοῦ βασιλέως,
Εἰς πόλιν Ἱερουσαλὴμ ὡς τάχος ἀφικνεῖται,
Κἀκεῖσε τὸ λειπόμενον ἀνύσασα τοῦ βίου,
Τῆς φύσεως τὸ γηραιὸς ἐκτίννυσι τὸ χρέος.

Erat ceteroqui Theodosius comis, facetus, liberalis, semper lectitandis libris occupatus; verum inter has virtutes etiam mala quaedam herba succrescebat, ut sunt res humanae. Nam si quis ei chartam offerret, rubris in litteris nomen Imperatorium subscribebat, non inspectis prius iis, quae essent in ea perscripta. Nimirum in humana natura nihil est, quod omnino sit labis expers, & ab omni absurditate alienum. Quamobrem divinis exornata dotibus Pulcheria fratrem ab hoc vitio revocare studens, singulari diligentia Imperatorem monebat. Postea vero, quam variis, & continuis admonitionibus usa, prudentibusque verbis castigato fratre, nihil se proficere cerneret, huiusmodi quiddam instituit, ac molita est. Excogitatis ingeniose rationibus fratrem circumvenit, litteras fingit, in quibus perscriptum foret, Imperatorem Pulcheriae sorori coniugem suam veluti mancipium quoddam donasse. Hanc chartam fratri offert, rogat, hanc scripturam litteris Imperatoriis munire, ac subsignare velit. Imperator precibus sororis adnuit, mox calamum praehendit manu, & exaratis purpurei coloris litteris, chartam confirmat. Pulcheria litteras manu fratris subscriptas insignis lucri loco accipit, & Imperatricem instar coemti pretio mancipii secum abducit. Quum Theodosius a sorore iniuria se diceret adfici gravissima, litteras Imperatoris illa vicissim proferre, seque dicere fretam his, optimo iure quod facere. Tum vero rem Imperator intelligere, pudore suffundi, ab eiusmodi stultitia deinceps sibi cavere, factum ipsum denique praeclarum ad finem tendere. Nimirum in magna felicitatis parte collocandum est, si quis inter homines benevolos, vitae purae studiosos, amorem mutuum labe nulla contaminantes degat.

Theodosii temeritas in subscriptionibus.

Οὗτος ὁ Θεοδόσιος τἆλλα μὲν ἦν ἀστεῖος,
Χαρίεις, μεγαλόδωρος, βίβλοις ἀεὶ σχολάζων,
Ἀλλὰ τοῖς προτερήμασιν ἔσχε συναναβαῖνον
Καὶ τὶ κακὸν ζιζάνιον οἷα τοῦ βίου κῆρα,
Ἂν γάρ τις οἷον δήποτε τούτῳ προσῆξε χάρτην,
Ἐν ἐρυθρώοις γράμμασιν αὑτὸν ἐσημειοῦτο,
Μὴ συσκοπήσας μὴ μαθὼν οἷα τὰ γεγραμμένα.
Οὕτως οὐδὲν ἀκέραιον ἐν ἀνθρωπίνῃ φύσει,
Οὐδὲν τῆς λώβης ἀμιγὲς τῆς τῶν ἀπὸ πτωμάτων.
Ἡ τοίνυν χαριτόστεπτος καὶ θεία Πουλχερία
Πολλὴν ἐδείκνυ τὴν σπουδὴν περὶ τὸν βασιλέα,
Ἀπαλλαγῆναι θέλουσα τοῦτον τῆς ἁμαρτάδος.
Ὡς δὲ πολλὰς καὶ συνεχεῖς πλέξασα παραινέσεις,
Καὶ λόγοις συνετίσασα τοῖς σωφρονιστηρίοις,
Πλέον ἐπέραινεν οὐδὲν, τεχνᾶταί τι τοιοῦτον,
Θηρεύει τε τὸν ἀδελφὸν ἀστείαις ἐπινοίαις.
Πλάττεται χάρτην ὡς αὐτοῦ δῆθεν τοῦ βασιλέως
Οἰκέτιν χαριζόμενον αὐτῇ τὴν βασιλίδα.
Δίδωσι ταύτην ἀδελφῷ, δεῖται τοῦ βασιλέως
Ἐνσημανθῆναι τὴν γραφὴν γράμμασι βασιλείοις.
Ὁ μὲν ἐπένευσεν αὐτῇ δῆθεν λιταζομένῃ,
Καὶ καλαμὶς ἐν τοῖς χερσὶν εὐθὺς τοῦ βασιλέως,
Καὶ πορφυρόβαπτος γραφὶς τὴν χάρτην ἐπιστᾶτο.
Ἡ δὲ τὸ γράμμα σημανθὲν ὡς ἕρμαιον λαβοῦσα,
Ὡς δούλην ἀργυρώνητον εἷλκε τὴν βασιλίδα.
Τοῦ δὲ περιϋβρίζεσθαι φήσαντος ἐπὶ τούτῳ,
Ἐκείνη τὸ βασιλεῖον προὔφερε γραμματεῖον,
Κἀκεῖθεν ἔλεγεν αὐτὴν εἰς τοῦτο δικαιοῦσθαι.
Συνῆκε γοῦν ὁ βασιλεὺς, ᾐδέσθη, κατῃσχύνθη,
Ἀπέσχετό τε τοῦ λοιποῦ ταύτης τῆς ἀφροσύνης.
Καὶ τοῦτο μὲν εἰς ἀγαθὸν κατέληξε τὸ τέλος.
Ὡς ἄρα γε τρισεύδαιμον καὶ μέρος εὐποτμίας
Εὔνοις ἀνθρώποις συνοικεῖν καὶ καθαρῶς φιλοῦσι,
Καὶ μὴ καταρυπαίνουσι τὰ τῆς φιλαλληλίας.

Ceterum Imperatore Theodosio rerum potiente, septem illi iuvenes, martyres tolerantissimi, de somno longissimo experrecti, ac vulgo conspecti sunt. Nam ut Decii furorem evitarent, in nativam specum haud procul ab Ephesina urbe sitam sese contulerant, ibique gravi, & prolixo somno, consopiti quieverant. Hoc autem excitati tempore, ac a fidelibus agniti, simulque tam ab ipsis, quam Imperatore magno in honore habiti, rursus inexcitabili postremoque sopore correpti fuerunt. Eodem imperante quum continui terraemotus omnia passim funditus succuterent, unaque mortalium animos percellerent, accidit, ut religiosa multitudine precibus Deum placante, puer quidam subito ad ipsum usque caelum adreptus, hymnum illum sanctissimum ab Angelis concini audiret. Deinde relatus in terram (proh vim roburque stupendum) in medio mortalium coetu clarissima voce docuit, quo pacto hymnum illum cani oporteat. Quippe non ita pridem in eo peccatum fuerat.

De septem dormientib.

Ἔτι σκηπτοκρατοῦντος δὲ τούτου τοῦ βασιλέως,
Ἀφυπνισθέντες ἄφθη ὤφθησαν ἐξ ὕπνου μακρολέκτρου
Ἑπτὰ καρτερικώτατοι μάρτυρες νεανίαι.
Τὴν λύσσαν γὰρ ἐκφεύγοντες τοῦ δυσσεβοῦς Δεκίου,
Εἰς σπήλαιον αὐτόροφον ὁμοῦ συνεισελθόντες
Τοῖς ὅροις παρακείμενον πόλεως Ἐφεσίων,
Βαθὺ καὶ μακροκοίμητον ἦσαν ὑπνοῦντες ὕπνον.
Ἀφυπνισθέντες τότε δὲ καὶ τοῖς πιστοῖς γνωσθέντες,
Καὶ τιμηθέντες παρ' αὐτῶν καὶ παρὰ βασιλέως,
Τὸν νήγρετον κατέδαρθον καὶ τελευταῖον ὕπνον.
Σεισμῶν ἀλλεπαλλήλων δὲ γῆν κινούντων ῥιζόθεν,
Καὶ συσσειόντων τὰς ψυχὰς ἀνθρώπων καὶ δονούντων,
Καὶ πλῆθος τοῦ φιλευσεβοῦς Θεὸν ἱλεουμένου,
Αἴφνη παιδίον ἁρπαγὲν μέχρις αἰθέρος ἄνω
Τὸν ὕμνον τὸν τρισάγιον ἤκουσεν ὑπ' ἀγγέλων.
Ἔμπαλιν δὲ κατενεχθὲν, βαβαὶ φρικτῆς ἰσχύος.
Ἐν μέσοις ἐξεβόησε πῶς χρὴ τὸν ὕμνον πλέκειν.
Ἦσαν καὶ γὰρ οὐ πρὸ πολλοῦ πρὸς τοῦτον ἐσφαλμένοι.

Hic Theodosius a Chrysaphio deceptus, & adversus Pulcheriam exacerbatus, saepenumero multis tentationum spinis ornatam omni vir-

Οὗτος ὁ Θεοδόσιος παρὰ τοῦ Χρυσαφίου
Ἀπατηθεὶς, καὶ πικρανθεὶς κατὰ τῆς Πουλχερίας,
Πολλαῖς πολλάκις πειρασμῶν κατέκνισεν ἀκάνθαις.
Τὴν

Digitized by Google

Τὴν πάσαις κατακόσμητον τῶν ἀρετῶν ἰδέαις.
Εὐνοῦχος δ' ἦν Χρυσάφιος, ἀλάστωρ, κακοήθης,
Ἐξάγιστος, καὶ φόνιος, καὶ βδελυρὸς τοὺς τρόπους.
Οὗ τὴν κακίαν ὁ κρατῶν ὡς ὕστερον ἐπέγνω,
Δημεύσας τὸν κατάρατον, καὶ πένητα ποιήσας,
Ὑπερορίᾳ χαλεπῇ παρέμεμψεν ἐνδίκως.
Ἤδη δὲ χρέος τὸ κοινὸν τοῦ Θεοδοσίου δόντος,
Καὶ τὴν τοῦ σώματος πηλὸν εἰς γῆν ἀποθεμένου,
Κρατήσαντος ἐν ἔτησι τριάκοντα τρισί τε,
Εἰς Πουλχερίαν τὴν καλὴν τὸ κράτος μεταβαίνει.
Ἥτις σοφῶς καὶ συνετῶς ἄγαν βουλευσαμένη,
Καὶ βασιλέως χρῄζουσι τὰ πράγματα ῥωμαίων,
Μετακαλεῖται τὸν χρηστὸν Μαρκιανὸν αὐτίκα,
Ἄνδρα σεμνοῖς ἐμπρέποντα καὶ φιλοθέοις τρόποις.
Καὶ καταδήσασα φρικτοῖς καὶ βαρυτάτοις ὅρκοις
Ἀδιαλώβητον αὐτῆς τηρῆσαι τὴν ἁγνείαν,
Καὶ συγκατατιθέμενον εὑροῦσα καὶ τὸν ἄνδρα,
Τὸ στέφος περιτίθησιν αὐτῷ τῆς βασιλείας,
Τὸν δὲ Χρυσάφιον πικρῷ θανάτῳ καθυπάγει.

Πάντως δ' οὐκ ἄκαιρόν ἐστιν, οὐδὲ τῆς τέχνης πόρρω,
Εἰπεῖν περὶ Μαρκιανοῦ πόθεν καὶ τίς ὑπῆρχε.
Πένης μὲν ἦν καὶ ταπεινὸς ἀλλὰ χρηστὸς τοὺς τρόπους
Οὐκ ὢν δὲ γένους εὐκλεοῦς, οὐδὲ τῶν ἐπισήμων,
Ταῖς τάξεσι συνειλεκτο ταῖς τῶν στρατευομένων.
Ἄρτι δὲ νέφους ἰσχυρᾶς μάχης ἀναῤῥαγέντος,
Καὶ πέρσαις τοῖς ὑπέρφροσι ἐπάγοντος ῥωμαίους,
Νόσῳ ληφθεὶς Μαρκιανὸς θάνατον ἀπειλούσῃ,
Ἔν τινι κώμῃ τῆς λαμπρᾶς Λυκίων ἐπαρχίας
Κατέμενε σωματικῶς 1 χάριν νοσοκομίας.
Ἔνθα φιλίαν ἐσχηκὼς πρός τινας αὐθομαίμους,
Συνῆν καὶ συνδιέτριβεν ὡς φίλος παρὰ φίλοις,
Καὶ τῆς δεούσης παρ' αὐτῶν πορείας ἠξιοῦτο.
Τούτοις πρὸς κυνηγέσιον ποτὲ πορευομένοις
Μαρκιανὸς συνείπετο τῆς θήρας κοινωνήσων.
Ὡς οὖν διάβροχοι πολλοῖς γεγόνασιν ἱδρῶσι,
Πρὸς λόφους ἀνατρέχοντες δυσβάτους θηροτρόφους,
Καὶ λόχμας ὑποτρέχοντες, καὶ πολὺ πραγμονοῦντες,
Κατακλειθέντες 2 ἐπὶ γῆς νήδυμον ὕπνον ὕπνουν.
Ἕτερος δὲ τῶν ἀδελφῶν ἀφυπνισθεὶς ταχέως
Ὁρᾷ καταδαρθάνοντα Μαρκιανὸν εἰσέτι,
Καὶ φέροντα βαθύτατον ὕπνον ἐν τοῖς βλεφάροις,
Ὄρνιν δὲ τανυσίπτερον ὀρνεοκράτιν ὄρνιν
Ἀεροπόρους πτέρυγας ἰδίας ἡπλωκότα,
Καὶ χαριζόμενον σκιᾶς αὐτῷ ψυχαγωγίαν.
Οὕτω τὶ μέγα καὶ σεμνὸν ἡ βασιλεία χρῆμα,
Αὐτοῖς ἀξιοτίμητον τοῖς ζώοις τοῖς ἀλόγοις,
Οὕτως αἰδεσιμώτατος ὀρνέοις σαρκοβόροις
Ὁ ταύτην ἀναζώσεσθαι θεῷ προωρισμένος.
Βλέπει, θαυμάζει τὸ συμβὰν, τὸν ἀδελφὸν ἐγείρει,
Δείκνυσι τὸ τεράστιον, ἀμφότεροι θαμβοῦνται,
Καὶ νήψαντι Μαρκιανῷ μετὰ μικρὸν ἐξ ὕπνου
Τὸ σκῆπτρον προαγγέλλουσι τῆς σκηπτοκρατορίας,
Καὶ σφῶν ἐπιμνησθήσεσθαι λιτάζονται τὸν ἄνδρα.
Ὁ ἐπινεύει, καὶ χρηστὰ καθυπισχνεῖται τούτοις.
Καὶ δὴ χρησίον 3 ἱκανὸν ἐκείνων δεδωκότων,
Ἀπάρας πρὸς τὴν Βύζαντος εὐκλεεστάτην πόλιν,
Ἀρδαβουρέῳ πρόσεισι τῷ πολυχρυσωτάτῳ.
Ἦν δ' ἄρχων Ἀρδαβούριος ἁπάντων τῶν ταγμάτων,
Συστρατηγὸν τὸν Ἄσπαρα καὶ συστρατάρχην ἔχων,
Μεθ' οὗ καὶ συναπέπλευσε κατὰ τοῦ Γιζερίχου,
Ἦν δ' ἄρχων ὁ Γιζέριχος Λιβύων Ὑανδάλων.

Οὗ

virtutis genere mulierem pungebat. Erat autem ille Chryſaphius eunuchus, communis hominum pernicies, improbus, impuris, ſanguinariis, exſecrandis moribus, cuius nequitiam ubi deinceps Imperator cognoviſſet, publicatis bonis hominem ad paupertatem redactum aequiſſima lata ſententia ſolum vertere iuſſit. Quum autem commune debitum naturae Theodoſius perſolviſſet, iamque pulverem corporis in terram depoſuiſſet: ad egregiam illam Pulcheriam Imperium pervenit. Ea vero ſapienter admodum re deliberata, & animadverſo, rem Romanam Imperatoris egere; mox bonum illum Marcianum arceſſit, virum gravibus, ac religioſis moribus illuſtrem, cumque ſacramentis horrendis obſtrictum, quibus ſe caſtitatem Pulcheriae minime contaminaturum polliceretur (in quo ſane Marcianum promtum, & adſentientem reperit) Imperatoria corona exornat. Chryſaphium vero peracerba morte de medio tollit.

Chryſaphius eunuchum infeſtus Pulcheriae. *Chryſaphii exſilium.* *Pulcheria Imperatrix.* *Marcianus Imp. an. vi.* *Interitus Chryſaphii.*

Atque hoc loco non intempeſtive fecerimus, ſi de Marciano memoriae prodiderimus, unde prognatus, & quis fuerit. Nimirum pauper erat, & humili quidem ortus loco; ſed indole, moribuſque bonis praeditus. Et quamquam ex celebri, & illuſtri familia non eſſet, tamen conſequutus fuerat, ut militum ordinibus adſcriberetur. Forte accidit, ut bello inter Romanos, & ſuperbos Perſas exorto, Marcianus gravi correptus morbo, qui mortem ei minitaretur, quadam in urbe illuſtris Lydorum * provinciae propter debilitatem corporis ſubſiſteret. Ibi amicitia cum fratribus quibusdam inita, familiariter apud eos vivebat, ſuppeditantes ipſi, quae ad vitam ſuſtinendam pertinerent. Quum autem aliquando venatum exirent, eiſque Marcianus ſe comitem venationis adiungeret, ac iam propter ſudores maderent, dum hinc inde curſu conſcenderent difficiles aditu colles, ferarumque luſtra curioſe perveſtigarent: evenit tamdem, ut in terram reclinatis corporibus, cum voluptate ſomnum caperent. Tum fratrum alter citius experrectus, Marcianum quidem adhuc dormientem conſpicit, volucrum vero Reginam explicatis alis umbram ei praebentem. Adeo magnum, & auguſtum quiddam eſt Imperium, ut ipſa quoque bruta honorem ei deferant; adeo volucres etiam crudivorae venerantur hominem, cui divinitus eſt conceſſum, ut Imperio potiatur. Cernens igitur ille, quid accideret, obſtupeſcit, fratrem excitat, prodigium ei monſtrat, utrique res admirationi eſt. Neque multo poſt experrecto Marciano Imperium pollicentur, ſimul orantes, ut ipſorum aliquando recordaretur. Adnuit ille precibus, ac viciſſim utrique ſe benefacturum promittit. Tamdem auro, quantum ſatis eſſet ab eis accepto, Byzantium proficiſcitur, atque ibi Ardaburium, hominem longe opulentiſſimum, accedit. Erat autem hic Ardaburius omnium copiarum Imperator, & in commune-

** al. Lyciorum.* *Portentum.* *Ardaburius & Aſpar.*

1 Σωματικῶς] Scrib. σωματικοῖς.
2 Κατακλειθέντες] Scrib. κατακλινθέντες.
3 Χρησίον) Scrib. χρυσίον.

Digitized by Google

munere collegam Asparem habebat: quo cum Marcianus militatum abiit, adversus Gizerichum Africanorum Vandilorum Regem. Eum quum Aspar oppugnaret terra, & mari, peditum, equitumque copiis, & accideret quodam tempore, ut Afri gravissimo cum impetu hostem invaderent, ac Romana phalanx fugae se mandaret; forte Marcianus cum multis aliis vivus in hostium potestatem venit. Itaque cum commilitonibus in Gizerichi domum perductus, carceri mancipatur. Quum autem Gizerichus aliquando captivos spectare vellet, eaque de caussa in sublimi regiae parte consisteret; incredibile quiddam cernit, dormientem scilicet Marcianum, cui suis alis umbram aquila suppeditaret. Ad eam rem obstupescit, divinum hominem esse Marcianum colligit, imperioque Romano dignum. Quamobrem immaniter se facturum statuit, si virum talem occideret, cui caelitus Imperium destinaretur. Nimirum hominem, quem robustae Dei manus custodiunt, quis mortalium possit ante diem e medio tollere? Si fortissima Dei manus te protegat, ferrum non metues, gladium non formidabis, non ignem, non barbaros, & sanguinarios animos. Itaque Gizerichus arcessitum ad se Marcianum sacramentis obstringit, quibus se polliceretur, si quidem aliquando Romanum ad Imperium perveniret, Afros bello nequaquam vexaturum. Sic & barbarus Imperium reveretur, indolesque ferina colit homines divinitus ornatos, eosque perhumaniter intuetur. Hoc modo dimissus a Gizericho, Constantinopolim revertitur; quumque terras Theodosius reliquisset, de iudicio, & sententia Pulcheriae Imperator renuntiatur. Erat autem vir bonus, prudens, civilis, modestus; adeoque velut arbor ab ipsis Gratiis consita, & virtutum probitatisque quoddam quasi nemus [a]. Posteaquam vivendi finem fecisset. Senatus una cum Aspare patricio Leoni tradit Imperium. qui Asparis rationes, atque negotia procurabat; quum quidem promisisset Aspari, se utrumque filium eius Caesaris dignitate cohonestaturum. Quippe fieri nullo modo poterat, ut Aspar Imperio potiretur, quod exsecrabilis Arii furori addictus esset. Sic lucrum nonnumquam homines submissos efficit; sic spes mortalium animos fingunt. Apud hunc Leonem, qui de veritate religionis recte sentiebat, quidam aliquando delatus per calumniam fuit, quasi ethnicis superstitionibus addictus esset: quum reapse foret doctrinae ac sapientiae quidam quasi thesaurus. Erat ei nomen Isocasius, & iam ad honorem quaesturae pervenerat. Igitur reus dignitate ac facultatibus spoliatus, coram urbano praetore iudicio sistitur: quumque nudus ad illum deduceretur, instar servi verberonis, aut latronis conligati: iudex calamitati eius insultans, exclamat in haec verba: iam ne adgnoscis, Iso-

Gizerichus Romanos vincit.

Alterum prodigium.

Marciano Gizerichus parcit.

Leo I Imp. an. XIII.

Isocasius sapiente responso se ab iniuria vindicat.

Οὗ πολεμοῦντος Ἄσπαρος ἐκ γῆς, ἀπὸ θαλάττης,
Ἐξ ἱπποτῶν, ἀπὸ πεζῶν, ἀπὸ θαλασσοπλόων,
Καὶ κρατερᾶς τῆς προσβολῆς λιβύων γινομένης,
Καὶ τῆς ῥωμαίων φάλαγγος ἐπὶ φυγὴν βλεψάσης,
Ζωγρεῖται καὶ Μαρκιανὸς σὺν ἄλλοις οὐκ ὀλίγοις,
Κατείργνυταί τε σὺν αὐτοῖς ἐν δόμοις Γιζερίχου.
Θελήσας οὖν Γιζέριχος ἰδεῖν τοὺς δορυκτήτους,
Ἄνωθεν στὰς ἐφ' ὑψηλοῦ τοὺς ἄνδρας ἐπεσκόπει,
Καὶ βλέπει πρᾶγμα δύσπιστον Μαρκιανὸν ὑπνοῦντα,
Καὶ δυσμηχάνητον αὐτῷ σκιὰν σκευαζομένην
Ὑπὸ πτερύγων ἀετοῦ. τοῦτο θαμβεῖται βλέψας.
Θεῖόν τινα λογίζεται τὸν ἄνδρα χρηματίζειν,
Καὶ τῆς ἀρχῆς κατάξιον ῥωμαίων καὶ τοῦ κράτους.
Κτεῖναι μὲν οὖν ἀπάνθρωπον ἄνδρα τοιοῦτον κρίνει
Προβεβλημένον ἄνωθεν εἰς βασιλείας ὕψος.
Τὸν γὰρ θεοῦ ταῖς κραταιαῖς φρουρούμενον παλάμαις
Τίς ἂν ἰσχύσειε θνητῶν ὀλέσαι πρὸ τῆς ὥρας;
Ἂν ἡ θεοῦ μεγαλαλκὴς χείρ σε περιφρουροίη,
Οὐ δειλιάσῃς σίδηρον, οὐ ξίφος ὑποτρέσῃς,
Οὐ πῦρ, οὐ θυμοβάρβαρον, οὐ μιαιφόνον ἦθος.
Μεταστειλάμενος δ' αὐτὸν ὅρκοις καταλαμβάνει,
Ἂν τῶν ῥωμαίων [1] ἄρξειεν, ἂν τεύξεται τοῦ κράτους,
Οὕτω καὶ βάρβαρος ἀνὴρ αἰδεῖται βασιλείαν,
Καὶ τοὺς θεόθεν τιμητοὺς, καὶ θεριῶδες ἦθος
Σεβάζεται φιλάνθροπον αὐτοῖς ἐπεντρανίζων.
Ἐκεῖθεν ἐν ἀπολυθεὶς ἀπὸ τοῦ Γιζερίχου
Πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν αὖθις ἐπανατρέχει.
Καὶ γῆθεν μεταλλάξαντος ἤδη Θεοδοσίου,
Ἄναξ ἀναγορεύεται κρίσει τῆς Πουλχερίας,
Καὶ τῶν Ῥωμαίων ἀρχηγὸς καὶ κράτωρ αὐτοκράτωρ.
Ἦν δ' ἀγαθὸς, καὶ συνετὸς, ἀστεῖος, φιλοσώφρων,
Δένδρον χαριτοφύτευτον, ἄλσος χρηστοτροπίας.
Ἓξ δὲ καλῶς ἐν ἔτεσι τὰ σκῆπτρα διϊθύνας,
Χοῒ τὸν χοῦν παρέδωκε, τὸ πνεῦμα τῷ κυρίῳ.
Ὡς δὴ τὸν χοῦν ἀπῄτησεν ἡ φύσις ἀπὸ τούτου,
Καὶ μνήματι κατέκλεισε τὸ γηγενὲς σαρκίον,
Ἡ σύγκλητος σὺν ἄσπαρι τῷ τότε πατρικίῳ
Εἰς λέοντα κατάγουσι τὴν σκηπτοκρατορίαν,
Τὸν φροντιστὴν τὸν λογιστὴν τῶν Ἄσπαρος πραγμάτων,
Καθυποσχόμενον αὐτῷ θάτερον τῶν υἱέων
Τῷ στέφει τῷ τοῦ Καίσαρος τὴν κεφαλὴν κοσμῆσαι.
Οὐδὲ γὰρ ἦν τὸν ἄσπαρα κράτους ἐπιλαβέσθαι
Τῇ λύσσῃ κατεχόμενον Ἀρείου τοῦ βεβήλου.
Οὕτω πολλάκις ταπεινοὺς ἐργάζεται τὸ κέρδος.
Οὕτως ἐλπίδες πλάττουσι τὰς τῶν ἀνθρώπων φρένας.
Τούτῳ ποτὲ τῷ Λέοντι καλῶς φιλευσεβοῦντι,
Ἀνὴρ σοφίας θησαυρὸς Ἑλλήνων διεβλήθη,
Τὴν κλῆσιν ἰσοκάσιος, κοιαίστωρ τὴν ἀξίαν.
Κἀντεῦθεν ἀπογυμνωθεὶς τιμῆς τε καὶ χρημάτων
Ἐπάρχῳ τῷ τῆς πόλεος ἐκδίδοται πρὸς κρίσιν.
Ὡς οὖν εἰσήγετο γυμνὸς ὡς δοῦλος μαστιγίας,
Ὡς χειροδέσμητος λῃστὴς, περιηγκωνισμένος,
Ὁ δικαστὴς ἀνέκραγεν, ἐπαγγελῶν [2] τῷ πάθει
Γινώσκεις ἰσοκάσιε, πόθεν ἐξεκυλίσθης,
Καὶ ποῦ σε νῦν κατήγαγεν ὁ κύβος ὁ τῆς τύχης;
Ὁ δὲ, σὺν παραστήματι καρδίας ἐλευθέρῳ
num imperii quintum, Irene coniuge, Constantinoque filio, quem ex ea susceperat, successoribus in imperio longe optimis designatis. Nam hi religiosorum & gubernatorum divinitus hominum coetu coacto, spinas oppugnationis imaginum, quae pias mentes iamdudum punxerant, radicitus evulserunt, & in arvis animorum luxuriantibus rectae veritatis doctrinae semina consevêrunt. Administrabant autem coniunctis operis imperium tam mater, quam filius, satis longo tempore: quum quidem mater (uti Davides loquitur) ex filio voluptatem caperet. Sed ubi filius imperator adolevisset, iamque lanugo malas eius vestire cepisset, amisso prima in pueritia patre: sceleratis quibusdam adsentatoribus in eius amicitiam se insinuantibus, & adulando cor adolescentis exedentibus, quemadmodum tineae dulcis arbores succi corrodere solent, non solum matrem imperatricem iactabundus prae se contemnebat: verumetiam rerum se gubernationi iam idoneum satis arbitratus, & regia matrem Irenen (hoc est, pacem) una cum pace mundi totius eiiciebat. Deinde ad nefanda quaedam facinora exorbitat, coniugi modestissimae pudicissimaeque capillos radit, & a priori matrimonio secundas ad nuptias transit. Nimirum gutta continuo stillans durum etiam saxum excavat: & arborum folia erucae absumunt: & adsentatores ad extremum homines pusillis praeditos animis exedunt. Vicissim tamen ex hoc amore sui nimio resipiscit, extremis se malis inclusum teneri deprachendit, matrem imperatricem exorat, ut ad gubernationem se rursus accingat. Irene filii verbis flectitur, ad eum revertitur, oneris in gubernatione partem in se transfert: quod etiam a natura sic comparata foret, ut imperium adfectaret, ac mirifice dominari cuperet. Verum is, qui susurros in aures Evae ingessit, mali venenum in eius animum evomuit, ut ligni pulcerrimi fructum gustaret persuasit, mortem pro aeterna vita substituit, voluptatem cum amarore mero commutavit, cum bile dulcedinem, cum dolore delectationem, quique deinceps Evam illam miserrimam in mare tentationum calamitatumque demersit: is igitur sententiam hoc tempore non tam consiliarius, quam insidiator Irenae factus, ubi cor eius demulsisset amore dominatus, quo sola frueretur, denique persuadet, ut adversus imperatorem adolescentem crudele consilium, & heu longe immanissimum iniret, quod ne quidem tigropardalis, nec rugiens leo, nec iracundus ursus, nec crudivorus draco caperet. Quum enim filium quodam modo vitam indecoram agere, proque animi sui arbitratu cuncta gerere videret, ipsa parum admodum efficere valente: reperta scilicet opportuna (ceu dici solet) occasione, quae speciem aliquam aequitatis & rationis haberet, quasi praeter ius atque fas imperator suis patruis oculos eruisset: cum suis immane consilium communicat, & quidem omnes obtemperandi cupidos reperit, adversantem neminem. Quid enim cubiculorum custodes eunuchi, foedis animis praediti, cunctorum malorum perpetratores, non facerent? Igitur insidias filio carissimo per speciem, quasi male se gereret, struit: quem ca-

Irenes & Constantini VI. imperium, ann. XVII.

Matris & filii dissidia.

In adulatores.

Irene mulier ambitiosa.

Irenae crudelitas in filium.

---

1 Ἄλλοις) Scrib. ἄλλης.

conatum huiusmodi quaedam consequuta sunt. Forte somnum capiebat imperator, peracerbum ipsi profecto, post quem non iam solis pulcritudinem amplius visurus esset. Tum illi corvorum in morem, oculos eruentium, imperatoris in conclave irrumpunt, & lumen oculorum eius (proh foedum facinus) extinguunt. Mox pupillae oculorum delabi, stillae sanguineae peplos inquinare, cruor in morem grandinis conglobari, imperator ipse calamitosissimus ad terram proiectus animo deficere, spectaculum (eheu) miserabile, quod ipsis lapidibus dolorem excuteret. Et quidem eo ipso in loco visum oculis effossis amisit, quo in loco primum omnium radios solis adspexerat. Solent autem domum illam nuncupare Porphyram, hoc est, purpuram. Quis umquam tantum furorem fando audivit, quem mater in filium evomuisset? Hei dominandi libidinem! Non sic pardalis suos adversus catulos furit, non ita saevit in sobolem tigris, non aper, non canis furiosus. Solam Medeam suis liberis insidiatam perhibent, & quidem ex immanitate Scythica. Solum thynnum audio, piscem marinum, si esuriat, sobolem propriam deglutire; nec ullum aliud animal esse, vel aquatile, vel terrestre, quod eiusmodi quiddam perpetret. Quippe parturigines ipsae ad efficiendam in matribus reverentiam erga sobolem, efficacitatem singularem habent. Tunc & solis splendor extinctus est, & luna defecit, & compluribus diebus ingens caligo fuit. Nimirum ipsa elementa Constantini calamitatem deplorabant. Heu facinus inanimis etiam rebus miserabile. Tam atroci flagitio designato, sola deinceps Irene regnat, quod unum sane quaesiverat, sola sibi usurpat imperium. Id temporis etiam illustrissimae Romae veteri quiddam accidit, dignum quod litterarum monumentis memoriae prodatur. Erat in ea sacrorum antistes Leo, reliquorum sacerdotum primus, quem Romana lingua Papam vocant. Huic quum acerbe Romani quidam, propinqui Hadriani eius, qui non ita pridem Papa fuerat, inviderent; seditione concitata non throno tantum hominem deiiciunt, sed etiam ab urbe pulsum cogunt solum vertere. Tum ille re tota mox Constantinopoli nuntiata, opem sibi ferri postulat. Vbi frustra se omnia moliri & agere animadvertit, & in aqua (ceu proverbio dicitur) litteras exarare: re ab omni parte desperata, ad Carulum confugit. Erat is Francorum nationis princeps, quem lingua sua Franci Regem nuncupare consueverunt. Huius manum potentissimam implorat, ut auxilium sibi ferret adversus eos, qui laeserant. Carulus Leonem benigne accipit (ut qui ab avis & atavis usque Christianus esset, Christique leges coleret) sacerdotem supplicem reveretur, auxiliarem ei manum porrigit, solio pariter & urbi restituit. Tum vero vicem Carulo referens Leo, Romae veteris eum imperatorem renuntiat, neque tantum corona caput eius more Romano cingit, verum etiam legibus Iudaeorum usus, a capite ad pedes oleo totum perungit. Quod sane posterius quibus ex caussis ac rationibus factum fuerit, equidem scire nequeo. Sic pristinum illud harum urbium vinculum ruptum fuit, sic matrem a filia gladius divisit ac resecuit: Romam dico recentiorem, formosam illam iuvenculam, ab altera rugosa planeque vetusta.

Constantinus a matre caecatur.

Ab ea domo Porphyrogeniti dicuntur.

Thynnus sobolem propriam devorat.

Prodigia sequuta calamitatem imp.

Quo pacto Roma fuerit a Constantinopoli avulsa.

Papa destitutus a Graecis ad Francos se convertit.

Carulus Romae imp. coronatur & ungitur.

Ceterum Imperatrix Irena, quum magno stu-

Ὕπνον μεθ' ὃν οὐκ ἔμελλε κάλλος ἡλίου βλέπειν.
Οἱ δ' εἰσπηδῶσι κόρακες ὥσπερ ὀφθαλμορύκται,
Καὶ τῶν ὀμμάτων, φεῦ! αὐτοῦ τὸ σέλας ἀμαυροῦσι.
Καὶ γλῆναι μὲν κατέῤῥεον ἐκ τῶν αὐτοῦ βλεφάρων,
Καὶ σταλαγμὸς αἱματηρὸς ἐμόλυνε τοὺς πέπλους,
Καὶ χάλαζα κατέβαινεν ἐκ φόνου σφαιρουμένη.
Αὐτὸς δ' ὁ τληπαθέστατος ἔκειτο σφακελίζων,
Θέαμα, φεῦ! ἐλεεινὸν πένθος πενθεῖν καὶ λίθους.
Ἐκεῖ τὰς ὄψεις ἐκκοπεὶς, ἐκεῖ σβεσθεὶς τὰς κόρας,
Ὅπου τὸ πρῶτον ἔβλεψεν ἡλίου τὰς λαμπάδας,
Πορφύραν ὀνομάζουσιν ἐκεῖνον τὸν οἰκίσκον.
Τὶς τηλικαύτην ἤκουσε βαρύθυμον μανίαν;
Μητρὸς μανίαν εἰς υἱὸν, αἲ πάθους φιλαρχίας!
Οὐ πάρδαλις ἐκμαίνεται κατὰ τῶν σκύμνων οὕτως.
Οὐχ οὕτως ἀγριαίνεται κατὰ τῶν σκυλακίων
Οὐ τίγρις, οὐδὲ κάρχαρος οὐδὲ λυσσώδης κύων.
Μήδειαν μόνην λέγουσιν τέκνοις ἐπιβουλεῦσαι,
Καὶ ταύτην ἀπὸ σκυθικῆς ἀγριογνωμοσύνης.
Μόνον ἀκούω τὸν ἰχθῦν τὸν πελαγίτην θύννον
Πεινάσαντα καταῤῥοφεῖν τὸν γόνον τὸν οἰκεῖον,
Ἄλλο δ' οὐδὲν οὐδ' ἔνυγρον, ἀλλ' οὐδὲ χερσοπόρον.
Αἱ γὰρ εἰλήθυιαι δειναὶ μητέρας δυσωποῦσι.
Ἔσβη τὰ σελαγήσματα τότε τὰ τοῦ φωσφόρου.
Φῶς οὐκ ἐδίδου λαμπραυγὲς ὁ παντοφανὴς λύχνος,
Ἐπέμυε τὸ βλέφαρον ἡ φωτοφόρος κόρη.
Ζόφος δ' ἐφήπλωτο βαθὺς, ἐπὶ συχναῖς ἡμέραις.
Καὶ τὰ στοιχεῖα γὰρ αὐτὰ τὴν συμφορὰν ἐπένθουν.
Αἲ πάθος ἐλεούμενον οἰκτρῶς καὶ τοῖς ἀψύχοις;
Οὕτω δὲ τοῦτο δράσασα τὸ πάντολμον ἐκεῖνο
Ἀρχηγετεῖ καὶ μοναρχεῖ, τοῦτο καὶ γὰρ ἐπόθει.
Καὶ μόνη περιζώννυται τὴν αὐτοκρατορίαν.
Τότε καὶ Ῥώμῃ τῇ λαμπρᾷ τῇ γεραλέᾳ Ῥώμῃ
Λόγου καὶ μνήμης ἄξιον πρᾶγμα τι συνηνέχθη.
Ἦν ἁγιστεύων ἐν αὐτῇ τὰς ἱερὰς θυσίας
Τῶν ἄλλων τε πρωτάαρχος ἱερατόλων Λέων.
Πάπας κατονομάζεται τῇ τῶν Ῥωμαίων γλώσσῃ.
Τοῦτο πικρῶς βασκήναντες ἄνδρές τινες ἐκ Ῥώμης
Οἱ προσγενεῖς Ἀδριανῷ τῷ πρὸ βραχέως Πάπα,
Καὶ στάσεως κλυδώνιον κυμάνατες θαρύθρουν,
Τοῦ θρόνου καὶ τῆς πόλεως ἐλαύνουσι φυγάδα.
Ὁ δὲ σημάνας ἐν γραφῇ ταῦτα τῇ βασιλίδι,
Ἐπικουρίας τε τυχεῖν ἐκ ταύτης ἱκετεύσας,
Ὡς ἔγνω πάντα μάταια τεχνώμενος καὶ πράττων,
Καὶ γράφειν τὸ λεγόμενον ἐπὶ χειρῶν εἰς ὕδωρ.
Καὶ πανταχόθεν ἀπογνοὺς προσφεύγει τῷ Καρούλλῳ.
Ἦν δὲ τῷ Φράγγων φύλαρχος ὁ Κάρουλλος ἐκεῖνος.
Ῥῆγας τοὺς σφῶν καταρχόντας οἴδασι Φράγγοι λέγειν.
Καὶ δεῖται τούτου τῆς χειρὸς ὡς μεγαλοδυνάμου,
Ὡς ἐπαρκέσειεν αὐτῷ κατὰ τῶν ἀδικούντων.
Δέχεται τοῦτον Κάρουλλος, ἦν γὰρ καππωπατρόθεν
Ὑπὸ Χριστοῦ καλούμενος καὶ σέβων Χριστοῦ νόμους,
Αἰδεῖται λιταζόμενον τὸν ἱεροθυτοῦντα,
Δίδωσι τούτῳ σύμμαχον μεγασθενῆ παλάμην,
Καὶ πάλιν ἐγκαθίστησι τῇ πόλει καὶ τῷ θρόνῳ.
Ἐντεῦθεν ἀμειβόμενος τὸς Κάρουλλον ὁ Λέων
Ἀναγορεύει κράτορα τῆς παλαιτέρας Ῥώμης,
Καὶ στέφος περιτίθησιν ὡς οἱ Ῥωμαίων νόμοι.
Οὐ μὴν ἀλλὰ χρησάμενος καὶ νόμοις Ἰουδαίων
Ἐκ κεφαλῆς μέχρι ποδῶν ἐλαίῳ τοῦτον χρίει,
Οὐκ οἶδα τίσι λογισμοῖς ἢ ποίαις ἐπινοίαις.
Οὗτος ὁ πρώην σύνδεσμος τῶν πόλεων ἐῤῥάγη.
Οὕτω μητρὸς καὶ θυγατρὸς μέσον ἐπέπτη σπάθη,
Διχάζουσα καὶ τέμνουσα μετὰ θυμοῦ ῥομφαία
Νεάνιν τὴν εὐπρόσωπον τὴν νεωτέραν Ῥώμην
Ἐκ τῆς ῥυσσῆς καὶ παλαιᾶς καὶ τριπεμπέλου Ῥώμης.

Καὶ ταῦτα μὲν τετύχηκε τοιουτοτρόπου τέλους

Ἡ βα-

Digitized by Google

Η' βασιλὶς Εἰρήνη ἡ πολλὰ προθυμεμένη.
Μανίαν τὴν τριβάρβαρον ἐκείνlω ἀφανίσαι,
Καὶ μῖσ☉ ὅπερ δέδρακεν ἐις τὸν υἱὸν ἐκπλύναι,
Χρημάτων ὅλες θεσαυρὲς ἐκένωσε τῇ πόλ{,
Καὶ τον χειμῶνα τῶν χρεῶν ἔτρεψεν ἐις εὐδίαν,
Ε"αρ χρυσεν ἐκχέασα τῆς μεγαλοδωρίας.
Πλὴν ἀλλ' ὁ βλεπων τὰ κρυπ7ὰ, ϗ συνιὲις ἐις πάν7α,
Ο' παντεπόπ7ης ὀφθαλμὸς, ὁ τὰς καρδίας κρίνων
Προσέσχεν, εἶδεν, ἔβλεψεν, ἐζήλωσεν, ἠχθέσθη.
Καὶ πρὸς βραχὺ τῆς ἡδονῆς τῦ κράτες γευσαμένη
Α'ψινθιάζοντα πικρὸν ἐκέρασε κρατῆρα,
Καὶ τὸν τρυγίαν τῆς ὀργῆς τῇ παρανομησάσῃ.
Ε'πανασάντ☉ γὰρ αὐτῇ τινος τῶν τῆς συγκλέτε
Τῶν περιλάμπρον ϗ γνωςῶν τὔνομα Νικηφόρε,
Ε'κβάλλε7αι τῦ τῆς ἀρχῆς ἀγλαοδένδρε κήπε.
Α'ντὶ τρυφῆς καρτίζεται τὲς δακνοκάρδες πόνες,
Πόνες ὐ πόνες, τοκετῦ τῶν συμφορῶν ἡ κέντρα
Α"λμlω τε πίνει θλίψεως ὡς πένισσα 1 χερνῆτις

studio furorem illum barbarissimum, & ingens piaculum, quod in filium commiserat, eluere delereque cuperet: totos pecuniarum thesauros in urbis usum exhauriebat, & vexatorem obaeratos tempestatem in serenitatem commutabat, munificentia sua quoddam velut aureum ver effundens. Verum oculis ille, qui occulta perspicit, omnia intelligit: corda iudicat, ad Irenam se convertit, eam adspexit, fervore quodam accensus est, graviter molesteque facinus eius tulit; quumque perexiguum ad tempus imperii voluptatem illa degustasset, amarum flagitio pollutae craterem, suae videlicet irae faeces miscuit. Quippe concitata seditione per quemdam ordinis senatorii virum illustrem, & clarum, cui nomen Nicephorus, imperio deiecta est, pro voluptate molestias cor exedentes consequuta, molestias inquam non tam adpellandas molestias, quam calamitatum filii stimulos. Quare deinceps mare adflictionum hauriebat, tamquam paupercula mulier, & nendo victum quaerans.

Irenae propositio.

Irena deiicitur.

Οὕτως ἀνταποδίδωσι θεὸς τοῖς ἀδικῦσι.
Μόνη μὲν ὖν τετύχηκεν ἐπὶ μακρὸν 2 τῦ κράτες,
Σὺν Κωνςαντίνῳ ἡ υἱῷ χρόνοις ἑπ7ὰ πρὸς δέκα.

Eiusmodi efficere vitae mortalis inconstantia consuevit, & hoc modo Deus iniuriarum auctoribus mercedem tribuit. Contigit autem ipsi longo tempore tam soli, quam cum filio Constantino Imperio frui, nimirum ad decem & septem annos.

Τῦ κράτες τοίνυν ὁ τροχὸς ἐξ ἄλλων ἐις ἑτέρους
Κυλινδηθεὶς ϗ συςραφὲις ἐν χρόνοις ἀνωμάλοις
Φθάν{ ποτὲ μετέωρον ἔαρ εἰς Νικηφόρον,
Α"νθρωπον φονικώτατον, δύςροπον, κακοήθη,
Δῦλον χρυσῦ χρυσομανῆ, κυμβικοσμικρολόγον,
Α"ντικρυς μίδαν τὸν ποτὲ κατάρξαντα Φρυγίας,
Ο'ς τὰς ἀρχάς τῶν πόλεων ὠνίες ἐποιεῖτο,
Οὐκ ἀριςίδlω τὰς τιμὰς ἀλλὰ πλετίδlω νέμων.
Εἶχε χρυσόν ἐν χείλεσι, βῦν ἐπὶ γλώτ7ης εἶχε.
Χρυσῦς ἐπιτραπέζιον χρυσὸν ὠνειροπόλ{.
Καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις σκυθρωπὸς ϗ κατηφὴς ἐώκει,
Α"ν ἡ χρυσῦ τις ἔφερεν ὁλκὴν ἐπικολπίαν,
Τότε δή τε τὸ προσlωὲς τὸ βλέφαρον ἐδείκνυ,
Καὶ σκυθρωπότητ☉ ἀχλὺς ὐκ ἦν ἐν τοῖς προσώποις.
Ε'ντεῦθεν πάσας μηχανὰς ὑπώρυτ7ε ϗ τρόπες,
Καὶ πάντας ὑπετρόπευεν εὑρεσικάκες δόλες,
Ω'ς εἴπε παρευρίσκετο χρυσίον κενωθείη,
Καὶ πρὸς αὐτὸν μετενεχθῇ τὸν φιλοχρηματίαν.
Οὗτ☉ ἐπέθηκε βαρὺ τοῖς Βυζαντίοις ἄχθ☉,
Οὐ κῦφον ὐδ' εὐάγκαλον ὐδ' ἐλαφρὸν βαςάσαι,
Α'νανεώσεως τειχῶν χάριν τῶν γηρασάντων,
Ο" λέγεσι δικέρατον οἱ τύτε τελωνάρχαι.
Σφίγ7ων ἡ πάντα τοῖς κλεισὶ, ϗ θύραζε μὴ φέρων
Οὐκ ἄργυρον, ὐδὲ χρυσὸν, ὐκ εὐϋφάντες πέπλες.
Καὶ τῦτο τὸ λεγόμϟον ἐν μύθοις αἰσωπείοις,
Πλεῖςα μὲν ἴχνια δεικνὺς χρημάτων εἰσϊόντων,
Ε'ξερχομένων δ' ὐδαμῶς ὐδ' ἀποκενεμένων.
Υ'ςέρησε ϗ τὸν ςρατὸν τῶν ἐποφειλομένων.
Ε'ντεῦθε θρῦς δυσκέλαδ☉, ϗ ςάσις ὀλεθρία,
Καὶ λαλαγὴ κακόχαρτ☉, ϗ δυσφημῦσα γλῶσσα.
Καὶ συνδραμόντες ἐις ταὐτὸ μϟ κραυγῆς ἀσήμε,
Αὐτάνακ7α Βαρδάνιον τὸν τότε ςρατηγῦντα
Γενέσθ3 καθικέτευον προσφέροντες ϗ βίαν.
Ο' δ' ὐ γινώσκων τὴν ῥοπὴν τ ταλαντάτε τύχης,
Καὶ τὴν ἀμφίῤῥοπον αὐτῆς θέλησιν ὑποτρέσας,
Α'νθρώπῳ θείῳ προσφοιτᾷ ϗ θεοφορεμένῳ,
Ε'ν ταῖς τῦ πνεύματ☉ αὐγαῖς πλεσίαις πυρσεμένῳ,
Ε'κφαίνει τὸ κρυπ7όμϟον, ἅπαντα καταλέγει,
Τὴν ςάσιν, ϗ τὸν τάραχον, ϗ τῦ λαῦ τὴν βίαν.

Igitur imperii rota, quum ab aliis ad alios volutata conversaque foret inaequalibus sane cursibus, nunc tamdem Nicephorum in sublime sustulit, hominem sanguinarium, moribus perversis, improbum, auri mancipium, sordidum, Midae Phrygum quondam Regi per omnia similem. Magistratus urbium vaenales habebat, neque dignitates ex virtutis, sed opum respectu conferebat. Aurum habebat in labris, bovem in lingua gerebat, de auro loquebatur in mensa, per quietem aurum somniabat. Et erat erga ceteros quidem severo tristique vultu, verum si quis auri pondus sinu ferret, eum blande intuebatur, nec ullum tristitiae vestigium in vultu restare patiebatur. Hinc fiebat, ut quidvis auri conquirendi caussa moliretur, eoque nomine fraudes astutissimas universis clanculum strueret. Byzantiis onus gravissimum imposuit, veterum murorum reficiendorum caussa, quod tributorum exactores Diceratum vocant. Quumque clavibus occluderet omnia, nec foras quidquam prodire fineret vel argenti, vel auri, textarum vestium, & plurima quidem (velut est in AEsopicis fabulis) vestigia pecuniarum introeuntium adparerent, exeuntium vero & expensarum nulla: milites etiam debitis stipendiis spoliabat, quo facto murmur infaustum, noxia seditio, voces insolentes, linguae maledicae passim excitabantur. Adeoque concursu facto cum clamore inarticulato Bardanium milites, qui copiarum id temporis dux erat, ut imperium ab se oblatum acciperet, non tantum precibus, sed etiam vi adhibita cogebant. At ille non adgnoscens initium hoc adversissimae fortunae, & tamen voluntatem eius instabilem veritus, divinum quemdam ad hominem sese confert, arcanum sui cordis aperit, indicat omnia, seditionem, tumultum militarem, vim

Nicephorus generalis logothetes Imp. an. IX.

Diceratum Byzantiis impositum.

Bardanio imperium offertur.

A'κύει

1 Πήνισσα) Scrib. πένησσα.

2 Μακρὸν) Scrib. μικρόν.

vim populi, quam sibi adhibebat. Audit haec canus ille tam capillis, quam animo, cygnus spiritualis, divina carmina concinens, ne militibus obtemperet edicit, a rebus, ut novis abstineat hortatur, ne forte iacturam oculorum faciat. His dictis, Bardanium senex perturbatum animo videt, simulque conspicit eos, qui equum eius fraeno ducebant. Quapropter revocato Duce; tu quidem, ait, illustrissime, potentissimeque Dux, imperium non consequeris, etiamsi labores infinitos suscipias. At subditi quidam tui eo potientur. Vides heic tres illos tuos satellites: Leonem, Thomam, & Michaelum. Ex his primus Leo principatum adipiscetur, & post ipsum Imperium perveniet ad Michaelum, tertius Thomas toto quidem is pectore discruciabitur, & imperatorium nomen ad se pertrahet; verum obtinere tamdem id, quod adfectabit, nullo modo poterit, sed in hoc conatu oculos amittet. Atque haec deinceps ita suis temporibus evenere, quemadmodum vir ille sacro adflatus spiritu praedixerat. Ceterum sordidissimus Imperator Nicephorus gravi proelio contra Bulgaros Istro vicinos inito, caesus est; filioque Stauricio * possessionem imperii reliquit. Verum & Stauracius in eo proelio vulneratus hasta, nimia vi sanguinis profusa, celeriter extinctus est. Quapropter imperium Michaelo Rangabae delatum fuit, quo cum Procopia Nicephori filia nupta erat. Diem id temporis liberum urbs Constantinopolitana vidit, & immunem a caedibus, iugulationibus, direptionibus violentis, expertem malorum, & turbarum; vidit & solem urbs Constantinopolitana beneficium, & bonorum scintillas, & radios munerum. Nam Michaelus omnigenis virtutibus collucebat, vir libertatis amans, placidus, mitis, non caedibus, & sanguinis profusione gaudens, sed lucus quasi quidam divinitus consitus, gratiarum campus, Paradisus rivis caelitus manantibus irriguus. Enimvero haec etiam rosa plane ante tempus emarcuit, inque morem graminis a rore nutriti contabuit, atque periit: quum ad annos quatuor, & novem mensem floruisset. Eius in locum acherdus enata est, frequentibus horrens spinis, & rhamnus adsperrime corda pungens, atque vulnerans. Nam infausti nominis Leo prosiliit ad imperium, fera carnivora, Christi ovibus immitis. Ac Michaelus quidem Imperator audita tyranni ferocia, impetu, defectione; suamet sponte throno imperiali cessit, hoc ipso facto divinis Christi iussis satisfacient, & erga persequutorem non aliter sese gerens, atque castor, sive fiber facere consuevit. Legimus enim in priscis illis monumentis eorum, qui de animalibus scripsere, fibrum animal esse, quod in utroque vivat elemento, & testes habeat arcendis quibusdam morbis sane gravibus conducibiles. Quod quum plerique venatores norint, animal canibus longe velocissimis insectantur. Huius pugnae caussam quum ipse fiber etiam cognitam habeat, perhibent eum morsu resectos testes abiicere, atque

Senis de Bardanio & aliis vaticinium.

** al. Stauracio.*

Stauracius Imper. ad menses II.

Michaelus I. Rangabes Imp. an. IV. mens. IX.

Laudes Imp.

Qui fibrum Michaelus sit imitatus.

Ἀκούει ταῦτ᾽ ὁ πολιὸς τὰς φρένας καὶ τὰς τρίχας,
Ὁ κύκνος ὁ τοῦ πνεύματος ὁ κελαδῶν τὰ θεῖα,
Ἀπαγορεύει, νουθετεῖ μηδὲν νεωτερίζειν,
Μὴ καὶ τὰς κόρας κεντηθῇς, φησὶ, τὰς τῶν ὀμμάτων,
Καὶ πάντα προσαποβολεῖς πάντα προσαπολέσεις.
Βλέπει βαρυθυμήσαντα Βαρδάνιον ὁ γήρων,
Βλέπει τοὺς ἕλκοντας αὐτοῦ τὸν ἵππον τῷ ῥυτῆρι.
Καὶ μετακαλεσάμενος αὖθις τὸν στρατηγέτην,
Σὺ μὲν λαμπρότατέ, φησι, τρισμέγιστε στρατάρχα
Οὐκ ἐπιτεύξῃ τῆς ἀρχῆς εἰ καὶ μυρία κάμῃς.
Τῶν ταττομένων δέ τινες ὑπὸ τὴν σὴν παλάμην
Τὴν ζώνην ἀναζώσονται τὴν τῆς ἡγεμονίας.
Ὁρᾷς τοὺς σοὺς ὑπασπιστὰς ἐκείνους τοὺς τρεῖς ἄνδρας,
Λέων Θωμᾶς, καὶ Μιχαὴλ αἱ κλήσεις τοῖς ἀνδράσι.
Τούτων ὁ Λέων 1 τῶν ἀνδρῶν πρῶτος ἀρχηγετήσει.
Ὁ δὲ Θωμᾶς ὁ τρίστατος σφαδάσει μὲν ἐκθύμως,
Καὶ βασιλείας ὄνομα πρὸς ἑαυτὸν εἱλκύσει,
Πλὴν οὐκ εἰς τέλος ἐνεγκεῖν τὸ θελητὸν ἰσχύσει,
Τῶν ὀφθαλμῶν δὲ τὰς αὐγὰς ἐξεσβεσμένας ἕξει.
Καὶ ταῦτα μὲν ἀπέβησεν ἐν χρόνοις τοῖς ἰδίοις,
Ὡς ἡ πνευματοκίνητος ἐθεσπιώδει σάλπιγξ.
Ὁ δὲ σμικρολογώτατος αὐτάναξ Νικηφόρος
Βουλγάροις ἰστρογείτοσι μάχην στεῤῥὰν συνάψας
Ἔργον μαχαίρας γίνεται, βρωματισμὸς ῥομφαίας,
Τῷ σταυρακίῳ τῷ παιδὶ καταλιπὼν τὰ σκῆπτρα,
Ἀλλὰ γὰρ καὶ Σταυράκιος τάχιον ἀποφθίνει
Ἐν ταύτῃ δορατότρωτος ἀναφανεὶς τῇ μάχῃ,
Καταβελής τε γεγονὼς, ἔξαιμος, τραυματίας.
Τῷ Μιχαὴλ δὲ προσγελᾷ τῷ Ῥαγγαβὲ τὸ κράτος,
Τῆς Νικηφόρου θυγατρὸς γαμέτῃ προκοπίας.
Ἔβλεψε τότε Βυζαντὶς ἡμέραν ἐλευθέραν.
Ἄτερ αἱμάτων καὶ σφαγμῶν, βιαίων ἁρπαγμάτων,
Ἀσκότωτον, ἀθόλωτον, οὐκ ἐξαμαυρουμένην
Ἀνδροκτασίας ζοφερῷ καὶ ταραχώδει νέφει.
Ἔβλεψε τότε Βυζαντὶς ἡλίους εὐποιΐας,
Καὶ στιλβηδόνας ἀγαθῶν, καὶ δωρεῶν ἀκτῖνας.
Ἦν γὰρ καλὸς ὁ Μιχαὴλ παντοίοις ὑπαστράπτων,
Καὶ φιλελεύθερος ἀνὴρ, καὶ γαληνὸς, καὶ πρᾶος.
Οὐχ αἵματι τερπόμενος, οὐκ ἐπιχαίρων φόνοις.
Ἀλλ᾽ ἄλσος θεοφύτευτος, ἀλλὰ λειμὼν χαρίτων,
Παράδεισος κηπεύσιμος νάμασι θεοβρύτοις.
Ἀλλὰ καὶ πάλιν ἔῤῥευσε τὸ ῥόδον πρὸ τῆς ὥρας.
Ὡς ἄγρωστις δροσότροφος ἐψέγε καὶ παρῆλθεν,
Ὡς ἄνθος, ὥς φασι, λευκὸν, ὡσεὶ καπνὸς, ὡς ὄναρ,
Ἀνθήσαν ἐπὶ τέσσαρσιν χρόνοις μῆνας ἐννέα,
Ἀπέβη δ᾽ ἄχερδος πυκναῖς φρίσσουσα ταῖς ἀκάνθαις,
Καὶ ῥάμνος ἀγριόκεντρος αἱμάσσουσα καρδίας.
Ὁ Λέων ὁ δυσώνυμος ἐπιπηδᾷ τῷ κράτει,
Ὁ κρεωβόρος ὁ δεινὸς τῷ τοῦ Χριστοῦ προβάτῳ.
Ὁ τοίνυν κράτωρ Μιχαὴλ τὴν τόλμαν τοῦ τυράννου
Καὶ τὴν ὁρμὴν ἀναμαθὼν καὶ τὴν ἀποστασίαν,
Αὐτὸς ἕκων ἐξίσταται τοῦ πολυζήλου θρόνου.
Πληρῶν κἀν τούτῳ τοῦ Χριστοῦ τοὺς νόμους τοὺς ἐνθέους,
Καὶ τῷ διώκτῃ πεφηνὼς ἄντικρυς ἄλλος Κάστωρ.
Λέγουσι γὰρ αἱ παλαιαὶ τῶν ζωογράφων βίβλοι,
Ὡς ἐστὶ ζῶον χέρσυδρον κάστωρ ὠνομασμένον,
Καὶ τούτου χρησιμεύουσιν οἱ κύλινδροι τοῦ γόνου
Πρὸς ἀποσόβησιν οἰκτρῶν παθῶν δυσαπαλλάκτων,
Ὅπερ εἰδότες οἱ πολλοὶ τῶν θηροδιωκτούντων
Τὸ ζῶον μεταθέουσι δικτύοις λινοπλόκοις,
Καὶ τοῖς κυσὶ τοῖς δρομικοῖς χρώμενοι συνεργάταις.
Ὁ κάστωρ τοίνυν συνιδὼν τῆς μάχης τὴν αἰτίαν,
Καὶ κατιδὼν ὡς ἄφυκτοι τῶν θηρατῶν αἱ πάγαι,
Τοὺς σπερμογόνους ἐνδακὼν καὶ παιδουργοὺς κυλίνδρους
Χαρίζεται τοῖς θέλουσιν, ὁ δ᾽ ἀποτρέχει φεύγων,
Κἂν-

1 τούτων ὁ λέων) deest versus, qui hunc sequebatur, de Michaele.

Κἀντεῦθεν πάντα περιττὰ, καὶ δρόμοι, καὶ διώξεις,
Καὶ τῶν δικτύων αἱ πλοκαὶ, καὶ τῶν κυνῶν τὸ τάχος.
Οὕτως ἑκὼν καὶ Μιχαὴλ παραχωρεῖ τοῦ στέφους
Τῷ θηροτρόπῳ λέοντι τῷ δυσωνυμουμένῳ,
Ὃς ἦν βλαστὸς κακόβλαστος ἐξ ὅρων Ἀρμενίων.
Πάλιν ἀνέζησε πικρὰ ῥίζα τῆς πρὶν ἀκάνθης.
Πάλιν ἐξήνεγκε βλαστὸς τῶν πρὶν κεντρωδεστέρους.
Καὶ τὸ χρυσοῦν γεώργιον ἠπείλησε συμπνίξαι,
Καὶ πάλιν τὸ τοῦ δράκοντος οὐραῖον ἐκινήθη.
Ἡ βδελλυρότης δέ φημι τῆς εἰκονομαχίας,
Ὡς δράκων μέγας ἄμπυσε φρικώδης χασματίας,
Ἐῤῥοίζησε καταπιεῖν πάλιν τὴν Ἐκκλησίαν,
Ὡς ὀρταλίχους νεοσσοὺς στρουθίου σμικροτέρου.
Αἱ τῶν ἁγίων καὶ Χριστοῦ μορφώσεις ἠσβολοῦντο,
Τιτάνῳ κατεχρίοντο, πυρὶ κατεμπιμπρῶντο,
Ἀνηρευνῶντο σπήλαια καταγωγαὶ σεμνείων,
Καὶ φροντιστήρια ψυχῶν αἱ κατ' ἀγγέλους ἔζων
Καὶ πᾶς ἠλαύνετο σεπτῶν προσκυνητῶν εἰκόνων.
Ἐπένθει τότε καὶ Σιὼν ἡ τοῦ Θεοῦ θυγάτηρ,
Καὶ δάκρυον σταλάττουσα πένθους ἐφόρει σάκκον,
Ἀμφὶ στολῆς δὲ νυμφικῆς χηρίας χιτωνίσκον.
Ἐπένθει τότε καὶ χορὸς ἀστέρων οὐρανίων,
Καὶ πρὸς τὴν γῆν ἠντράνησεν ἐν σκοτεινοῖς βλεφάροις.
Οὗτος τὸ γένος Μιχαὴλ φιλονεικῶν ἐκτρίψαι,
Τὰ παιδογόνα τοῦ παιδὸς ἐξέτεμε νικήτα,
Μήπως τεκνώσειε ποτὲ, καὶ τοῦτον ἀμυνεῖται.

que ita currentem saluti suae consulere; quo facto, venatores feram persequi desinant. Sic nimirum Michaelus quoque volens imperium resignavit Leoni, belluinis moribus, & indole ferina praedito, qui oriundus erat ex Armenia. Tum vero rursum enasci prioris spinae radix acerba, rursum germina proferre, magis pungentia, quam priora, aureaeque segeti suffocationem minitari; rursum moveri draconis illa cauda, simulacrorum, inquam, oppugnationis abominatio, quae iam instar magni, horribilis, hiantisque draconis serpebat, & cum sibilo stridebat, devoratura rursus ecclesiam, velut implumes exiguis alis praeditos passeris pullos. Christi & divorum imagines in favillas redigebantur, calce viva perungebantur, igne concremabantur. Speluncae perquirebantur, itemque sacrarum aedium hospitia, loca exercitationibus animorum dicata, qui quoquo modo vitam angelicam redolebant. Adoratores venerandarum imaginum expellebantur. Lugebat hoc tempore Sion, Christi filia, lacrimasque profundens, saccum lugubrem gestabant. Lugebat hoc tempore siderum caelestium coetus, & tenebricosis palpebris terram adspiciebat. Vt autem Imperator Leo praeter cetera genus etiam Michaeli extingueret, Nicetae Michaeli filio membra destinata procreationi exsecuit, ne liberos gigneret, qui paternam & avitam iniuriam ulciscerentur.

Leo IIII. Armenius Imp.

Nicetas Michaeli F. castratur.

Ὁ τοίνυν παῖς τοῦ Μιχαὴλ τομίας χρηματίσας,
Ὃς ὕστερον ἀρχϊερεὺς Ῥώμης τῆς νέας ὤφθη,
Μετακληθεὶς Ἰγνάτιος ἐν μεταθέσει βίου.

Hic Michaeli filius, quem castratum fuisse diximus, deinceps novae Romae Pontifex factus est, cum vitae genere mutato etiam nomine prisco, & Ignatii adsumto.

Οὗτος ὁ θὴρ ὁ χαλεπὸς ὁ βρυχητίας Λέων
Ἀναπολῶν καθ' ἑαυτὸν τὰς ἱερὰς προῤῥήσεις
Τοῦ θαυμασίου γέροντος τοῦ χρυσοπτέρου κύκνου,
Καὶ δεδιὼς τὸν Μιχαὴλ ὃς ἦν ἐξ Ἀμωρίου,
Μὴ πρὸς αὐτὸν ὁ κύλινδρος τοῦ κράτους μεταπέσῃ.
Δεσμώτην ἐγκαθείργνυσι φρουρᾷ λαβυρινθώδει,
Καὶ κατὰ νοῦν ἐσκέπτετο πῶς ἀναλώσει τοῦτον.
Ἀλλ' ἀσθενὴς πᾶς ἄνθρωπος πρὸς τὰς Θεοῦ παλάμας.
Ἀλλὰ καὶ μικροδύναμος ἰσχὺς τοῖς γηγενέσιν.
Ὁ δὲ Θεὸς μεγασθενὴς καὶ μεγαλοβραχίων,
Καὶ τίς ἀντιπαλαίσειεν τὴν τούτου δυναστείαν;
Ὁ Μιχαὴλ δὲ πεποιθὼς τοῖς θεσπιωδηθεῖσι
Τῷ καλλιγλώττῳ γέροντι τῷ προφητικωτάτῳ,
Ἀνακαλύπτει, φανεροῖ, γυμνοῖ τὸ κεκρυμμένον.
Πρὸς τὸν τῶν οἴκων φύλακα τῶν ἐν τοῖς ἀνακτόροις.
Παπίαν λεγόμενον αὐτὸν κατὰ Ῥωμαίων γλῶσσαν.
Καὶ σκύφον τῆς ἐπιβουλῆς ἀρτύει τῷ κρατοῦντι.
Καὶ τοίνυν συνεισάγουσι νύκτωρ τοῖς ψαλτῳδέσι
Θωρακοφόρους αἰχμητὰς ἄνδρας ῥομφαιοφόρους.
Οἱ συμπεσόντες τῷ θηρὶ τῷ παλαμναιοτάτῳ
Τελοῦντι τὸ λειτούργημα τῶν ἑωρθρίων ὕμνων
Τοῖς ξίφεσι συγκόπτουσι καὶ θύουσιν ὡς ἄρνα,
Πέντε μησὶ πρὸς τοῖς ἑπτὰ χρόνοις κεκρατηκότα.
Καὶ Μιχαὴλ καθίσταται κράτωρ, ἀντὶ δεσμώτου
Ἐλεύθερος ἀπὸ φρουρᾶς, αὐτάναξ, αὐτοκράτωρ.

Secundum haec crudelis ille rugiensque Leo, sacras secum ipse praedictiones expendens illius senis admirandi, & cygno consimilis, simulque formidans Michaelum oriundum ex Amorio, ne ad ipsum forte imperii rota devolveretur; hominem vinctum in carcerem labyrintho non absimilem concludit, secum praeterea dispiciens, quo pacto illum de medio tolleret. Verumenimvero imbecillis est omnis homo, si cum Dei manibus conferatur; immo perexiguum robur est mortalium, quum Deus plurimum possit, & lacertos robustissimos habeat. Quis est enim, ipsius oppugnare potentiam, qui possit? Interim Michaelus vaticiniis diserti senis, maximique vatum fretus, exponit, patefacit, aperit arcanum ei, qui aedium regiae custos erat, lingua Romanorum Papias dictus. Simul una cum ipso, & per ipsum, rem totam componit, & insidias Imperatori struit. Noctu ergo cum psalmorum cantoribus armati quidam introducuntur, qui belluam immanissimam hymnorum matutinorum sacrum peragentem adgressi gladiis confodiunt, & ut agnum mactant, quum annos in imperio VII. & V. menses exegisset. Post haec Michaelus ex captivo creatur Imperator, libertatem una cum regno consequutus.

Michael II. Balbus Imp. annos VIII.

Καὶ ταῦτα μέντοι τοίαδε, τὰ δ' ἐφεξῆς ὁποῖα,
Ἐστύγει μὲν καὶ Μιχαὴλ τὰς ἱερὰς εἰκόνας,
Ἀλλ' οὐκ ἐνεπικραίνετο τοῖς ταύτας προσκυνοῦσιν,
Οὐδὲ τὰς σάρκας τὰς αὐτῶν μάστιξιν ἐχαλάζα,
Ἐν οὐκ ὀλίγοις τοίγαρ οὖν ἀποσφαλεὶς ταῖς μάχαις
Τοῖς ἐκ τῆς Ἄγαρ ἐμπαιγμὸς καὶ χλευασμὸς ἐφάνη,
Οἱ τὰς Ῥωμαίων φάλαγγας παράσσοντες συχνάκις,
Καὶ δορυκτήτους ἄγοντες τοὺς τούτων ταγματάρχας,
Δειλὸν μαλακοκάρδιον ἐκάλουν τὸν κρατοῦντα.
Ἐντεῦθεν εἶχε Μιχαὴλ ὀδύνας ἐγκαρδίους,

Qualia deinceps acciderint, videamus. Oderat etiam Michaelus imagines sacras, sed earum adoratoribus acerbe non succensebat, nec flagris eorum corpora violabat. Praeliis aliquot infeliciter commissis, coepit Agarenis ridiculus videri, qui Romanorum phalanges saepius perrumpentes, & earum duces captivos abducentes, Imperatorem formidolosum & mol-

Digitized by Google

& mollis animi virum nuncupabant. Ea res Michaelo magnos animi dolores, aerumnas, adflictionesque peperit. Nimirum horrendae sceleratæque impietatis morbo laborabat, qui eum ab oculis Dei secludebat. Quum igitur aliis post alia malis ille premeretur, maris in modum cum strepitu irruentibus, etiam gravior quaedam tempestas incubuit, eiusque cor veluti navim quamdam onerariam incussit. Thomas enim ille, cuius antea mentionem fecimus, vir industrius, & audacia flagrans, copiis undiquaque collectis, maximo cum impetu, Michaelum invasit, instar apri de silva lustrisque suis proruentis, vel leonini catuli, quumque urbes universas Thraciae totius tam nauticis copiis, quam pedestribus cinxisset, omnibus modis divexasset, in servitutem redegisset, diruisset, lacerasset; ad ipsam usque Constantinopolim, urbem fortunatam, excurrit. Enimvero, si Deus ille praepotens mortalibus adversetur, omne consilium, omnisque conatus reapse nihil est aliud, quam aranearum tela. Quapropter quum Thomas a numine divino non propugnaretur, insidiarum suarum turres in arenis exstruebat, inque re perimbecilli fundamenta sua collocabat, & idcirco totum aedificium radicitus corruit. Nam ubi caedibus manus illas pugnarum avidas inquinasset, & hastas sanguine tinxisset; tamdem vivus in hostium potestatem pervenit, oculis spoliatus, & gladiis immisericorditer obtruncatus est. Michaelus autem excessurus e vita, quum annis octo Romanis praefuisset, Theophilo filio suo imperium tradidit, qui cetera per omnem vitam infelix, unum bonum mirabiliter nactus est, Theodoram coniugem, feminam plane divinam, venerabilem inter mulieres alias, unioni & candidissimo carbunculo similem. Huic ille matrimonio iunctus, non solum liberorum pater ex fecunda coniuge factus est; verumetiam felicitate principem illum hominem Adamum superavit. Nam Adamum orta de costa, materque princeps hominum Eva, voluptate, quam ex arboribus Edenis percipiebat, privavit; haec maritum vitaeque socium ad dexteram partem eorum traduxit, qui salutem consequuntur. Et quidem heic tantum suavis illa cithara Davidis, ipsa quoque saxa demulcens, quiddam absonum cecinit, quum ait: Deum unius, & eiusdem indolis, atque morum homines in unum domicilium collocare. Nam heic stercus, & unguentum fragrans, rosa rubens, & acherdus spinosa, tinctura bilis, & purpurae coiverunt. Theodora enim lucus erat cunctis virtutibus ornatus, consitus gratiis hortus, arbor omnis elegantiae modestiaeque; Theophilus e diverso ager erat merae impietatis tribulis refertus, rubus asper, laedens viscera rhamnus. Nam sacris litteris, & Christi martyrumque imaginibus infestus, eos omnes intolerantibus, & gravissimis tormentis excruciabat, qui cultum eis religiose deferrent. Praeterea sanctis viris, Theodoro, ac Teophane, qui tam vita, quam doctrina supra siderum pulcritudinem, & so-

Thomas imperium affectat.

Theophilus Michaeli F. imp. an. XII.

Theodora Augusta.

Dissimile par coniugum.

Theophilus idolorum hostis.

Καὶ συμφορὰς θυμοδακεῖς καὶ θλίψεων πικρίας.
Τὴν γὰρ δεινὴν καὶ φαυλουργὸν δυσσέβειαν ἐνόσει
Ἀποτειχίζουσαν αὐτὸν ἀπὸ Θεοῦ βλεφάρων,
Ἀλληλεπαλλήλων ἐν κακῶν ἐπεμπιπτόντων τούτῳ,
Καὶ δίκην πολυκύμονος θαλάσσης ἐκθροούντων,
Δεινότερος ἐπέφλασε μεγαλοκύμων φλοῖσβος,
Καὶ τὴν αὐτοῦ συνέσεισε καρδίαν ὡς ὁλκάδα.
Ὁ γὰρ Θωμᾶς, οὗ πρότερον ὁ λόγος ἐπεμνήσθη,
Ἄνθρωπος πολυμήχανος, ἐμπύριος τῷ θράσει,
Στρατεύσιμον συνηθροικὼς ἰσχὺν μυριαχόθεν,
Ὁπλίτας αἱματοχαρεῖς, ἀλκίμους, εὐκαρδίους,
Φονοεργοὺς, ἀρεϊκοὺς, εὐτόλμους, θρασυμάχους,
Ἐπιπηδᾷ τῷ Μιχαὴλ μετὰ σφοδρᾶς τῆς ῥύμης,
Καθάπερ σῦς ἀπὸ δρυμοῦ καὶ λόχμης πολυξύλου,
Ἢ σκύμνος ὀρεσίτροφος λεαίνης φιλαιμάτου
Καὶ πᾶσαν περιθράκιον περιστοιχήσας πόλιν
Ἐν ναυτικαῖς δυνάμεσι χερσί τε πεζομάχῳ,
Καὶ πᾶσαν κάκωσιν αὐτοῖς ὑπενεγκὼν βαρεῖαν,
Καὶ καταδουλωσάμενος, καὶ ῥήξας καὶ σπαράξας,
Ἕως αὐτῆς ἐπέδραμε πόλεως τῆς ὀλβίας.
Ἀλλ' ὁ Θεὸς ὁ πανσθενὴς θνητοῖς ἐναντιοῦτο.
Ἰσὸς ἀράχνης ἄντικρυς πᾶσα βουλὴ καὶ πρᾶξις.
Τὸ θεῖον τοίνυν ὁ Θωμᾶς ὑπερμαχεῖν οὐκ ἔχων,
Εἰς ψάμμον τῆς ἐπιβουλῆς τοὺς πύργους ᾠκοδόμει.
Ἐπ' ἀσθενοῦς ἐπήγνυεν αὐτοῦ τοὺς θεμελίους.
Κἀντεῦθεν τὸ κτιζόμενον ῥιζόθεν ἀνετράπη,
Καὶ φόνοις χράνας τὰς αὐτοῦ φιλοπολέμους χεῖρας,
Καὶ δόρυ πᾶν καταβαπτὸν τοῖς αἵμασι ποιήσας,
Τὸ τελευταῖον ζωγρηθεὶς ὀρύττεται τὰς κόρας,
Καὶ σβέννυται καλιφυγὴς [1] λύχνους τοὺς τῶν ὀμμάτων,
Καὶ μετὰ ταῦτα ξίφεσι δεινῶς κρεωκοπεῖται.
Ὁ βασιλεὺς δὲ Μιχαὴλ μέλλων τὸν βίον λείπειν,
Ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν ὀκτὼ Ῥωμαίων βασιλεύσας,
Τῷ Θεοφίλῳ τῷ παιδὶ τὸ σκῆπτρον ἐγχειρίζει.
Ὃ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὴν ἅλμην τὴν τοῦ βίου
Κακοτυχῶς καὶ σφαλερῶς ἀλλ' οὐκ εὐδίως πλέον
Τοῦτο τὸ μόνον τὸ καλὸν εὕρατο παραδόξως
Τὴν πάνσεμνον ἐν γυναιξὶ καὶ θείαν Θεοδώραν,
Ὡς μάργαρον κατάλευκον, ὡς λίθον ἀνθρακίαν.
Ταύτην γοῦν σχὼν κοινολεχῆ, ταύτην ζυγεὶς εἰς γάμον,
Καὶ παίδων γέγονε πατὴρ εἰς γῆν γονίμην σπείρων,
Καὶ πλέον ἐπευτύχησεν Ἀδὰμ τοῦ πρωτοπλάστου.
Τὸν μὲν γὰρ ἡ πλευροφυὴς καὶ πλευρομήτωρ Εὔα,
Ἐκ τῆς τρυφῆς τῶν τῆς Ἐδὲμ ἐξήγαγε δενδρέων.
Ἡ δὲ τὸν συνοικήσαντα καὶ κοινωνὸν τοῦ βίου
Τῆς δεξιᾶς πεποίηκε καὶ σωζομένης μοίρας.
Κἀνταῦθα μόνον τῷ Δαβὶδ ἤχησε κατὰ μέλος,
Ἡ καὶ τοὺς λίθους θέλγουσα καλλιμελὴς κινύρα.
Τοὺς μονοτρόπους ὁ Θεὸς ἐν οἴκῳ κατοικίζει.
Ἐνταῦθα δὲ συνέδραμε κόπρος εὐώδει μύρῳ,
Καὶ ῥόδον ἐρυθρόφυλλον ἀχέρδῳ κεντροφόρῳ,
Καὶ χρῶμα χολοβάφινον βάμματι πορφυρέῳ.
Ἡ μὲν γὰρ, πάσαις ἀρεταῖς κατάφυτον ἦν ἄλσος,
Καὶ κῆπος χαριτόβλαστος, καὶ δένδρον εὐκοσμίας,
Ὁ δὲ, χωρίον ἄντικρυς τριβόλων δυσσεβείας,
Καὶ βάτος ἀκανθοβελὴς καὶ ῥάμνος σπλαγχνοτύπος.
Καὶ γὰρ ἀπεχθαινόμενος ταῖς ἱερογραφίαις,
Καὶ τοῖς ἀπεικονίσμασι Χριστοῦ καὶ τῶν μαρτύρων,
Τοῖς ἀπονέμοντας αὐτοῖς τὸ κατὰ σχέσιν σέβας
Ἀνυποφόροις καὶ δειναῖς στρεβλώσεσιν ἐκάκου.
Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκλάμποντας τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ
Ὑπὲρ ἀστέρων καλλονὰς ὑπὲρ ἡλίου σέλας
Τὸν ἱερὸν Θεόδωρον τὸν θεῖον Θεοφάνην
Ἐπιφοραῖς βαρυαλγῶν βασάνων βασανίσας,
Ἔστιξε καὶ τὰ μέτωπα μέχρις αὐτῶν ὀφρύων,

Καὶ

1 καλιφυγὴς] Scrib. καλοφεγγεῖς.

Digitized by Google

Καὶ τούτους ἐνεχάραξεν αὐτοῖς ἰαμβοπλέκους.
Οὗτοι μὲν οὐκ τὴν κέντησιν τὴν ἐπιμετωπίαν.
Ὡς στέφος καταμάργαρον λιθολαμπὲς ἐφόρουν.
Ὁ κράτωρ δὲ Θεόφιλος ὁ πρὶν μὲν τὰς εἰκόνας
Καὶ τὰ στηλογραφίσματα τῶν ἱερῶν προσώπων
Ἄγαν σκαιῶς καὶ πονηρῶς καὶ κακοτρόπως εἶχεν.
Τὰ δ᾽ ἄλλα ἦν λαμπρόψυχος καὶ μεγαλοευγνώμων,
Καὶ τοῦ δικαίου φροντιστὴς καὶ τῶν ἐνδίκων νόμων.
Σημεῖον ἐναργέστατον τῆς μεγαλοπρεπείας,
Ὀργάνων φιλοτέχνησις τῶν χρυσιοκροτήτων.
Ἐξ ὧν ἀνατεμπόμενον ἐν μηχανῇ τὸ πνεῦμα
Τὰς εὐκελάδους καὶ τερπνὰς ἀπήχει μελουργίας,
Καὶ λιγυρὸν μουσίκευμα γάργαλον ἀποῤῥέον.
Σὺν τούτοις καὶ κατάχρυσα καὶ τηλαυγοῦντα δένδρα,
Χρυσίου τῇ χλωρότητι πυῤῥάζοντα μακρόθεν.
Ἐν οἷς στρουθία μουσικὰ χρυσότευκτα καθῆστο,
Ὡς ἐν πετάλοις πίτυος ἢ πεύκης ἀκροτόμου,
Ἐκ μηχανῆς ἐκπέμποντα λάλημα μελιτόεν.
Οὕτως ἀνθρώπων τεχνουργοὶ πολυμηχάνων χεῖρες
Ἀντιφερίζουσι μακροῦ τῇ ψυχωτρίᾳ φύσει.
Εἰ δέ τις ἀκριβέστερον καταμαθεῖν θελήσει
Τὸ μεγαλόψυχον αὐτοῦ καὶ τὴν φιλοκοσμίαν,
Εἰς τοὺς θαλασσογείτονας βλεψάτω περιβόλους,
Οἳ τὴν λαμπρὰν ἐν πόλεσι περιφρουροῦσι πόλιν.
Χειμὼν γὰρ ἄγριος ποτὲ κατενεχθεὶς βαρύθρους
Τὴν ἅλμην ἐκρυστάλλωσεν ἕως ἀπλέτου βάθους,
Καὶ τὴν ὑγρὰν ἐλίθωσε πήξας αὐτῆς τὴν ῥύσιν,
Καὶ θάλασσαν ὠστράκωσε δυσάνεμος ψυχρία.
Μετὰ μικρὸν δ᾽ αὐγάσασαι θερμότητες ἡλίου
Τὸ συνεχὲς διέσπασαν τῆς λιθωθείσης ἅλμης.
Κἀντεῦθεν ἀνεῤῥάγησαν κρυστάλλων ἀποσπάδες,
Καὶ λίθους ἀναζοπληθεῖς [1] νικῆσαι τῷ μεγέθει,
Εἴπειε τις ὡς κορυφαὶ βαθυφαράγγων λόφων
Ὑψόθεν ἀποσπώμεναι κυλίνδονται σὺν κτύπῳ.
Καὶ λίθοι ῥιψεπάλξιδες πέτανται τειχοσεῖσαι
Περιῤῥοιζοῦντες τὸν λεπτὸν ἀέρα τῇ κινήσει.
Καὶ τοίνυν καταβαίνουσα πελάγους ἐκ ποντίου
Προσήρασσον τοῖς τείχεσι ταῖς παραιγιαλίοις,
Καὶ συνεδόνουν τὰ στεῤῥὰ τῶν πυργοδομημάτων.
Ὅνπερ ἰδὼν ὁ βασιλεὺς τὰς καταμωλωπίσεις,
Καὶ τοὺς πυκνοὺς τραυματισμοὺς ἢ μᾶλλον παραλύσεις,
Συγκατεσείσθη τὴν ψυχὴν ἐπὶ τῷ γεγονότι.
Καὶ θέλων ἐπιδείξασθαι φιλοτιμίας πλοῦτον,
Καὶ κάχληκας ἐκένωσεν ἀχρείους τὸ χρυσίον
Καὶ τὸ σαθρὸν ἐνίσχυσε καὶ τὸ πεσὸν ἐγείρας
Τοῖς τείχεσιν ἐπέγραψε τὴν κλῆσιν τὴν ἰδίαν.
Καὶ ταῦτα μὲν κατάξια γλώσσης ὑμνητηρίας,
Ἐγὼ δ᾽ ὑπερεκπλήττομαι τὴν δικαιοπραγίαν,
Καὶ τὴν ἀπροσωπόληπτον τὴν πρὸς τὰς κρίσεις γνώμην.
Καὶ δὴ περιτιθέσθω μοι δεῖγμα μικρὸν τοῦ τρόπου,
Ὡς ἐκ θαλάττης κύαθος, ὡς ἀπὸ πίθου γεῦμα,
Βραχύτε σπινθηράκισμα καμίνου πολυξύλου.

& solis iubar lucebant, tristissimis cruciatibus adflictis, & flagris excoriatis, etiam vultus ad ipsa usque supercilia notis deformavit, & versus iambicos ipsis impressit; quas illi notas fronti inustas non aliter gestabant, atque coronam unionibus, & gemmis exornatam. Tam impie autem immaniter, & maligne Imperator Theophilus erga imagines, & sacrorum vultuum picturas, in statuis expressas, adfectus; cetera generosus erat, praeclari iudicii, iuris & aequi, sanctarumque legum, observantissimus. Magnificentiam viri licet ex hoc indicio colligas, quod artem excogitavit condendi organa musica, de quibus machina quadam spiritus emissus, iucundos ac suaviter resonantes cantus efficit. Adde his arbores illas aureas, lateque splendentes, in quibus aviculae musicae ex auro factae considebant, tamquam in pinus, aut procerae piceae ramis, itidem machinae cuiusdam opera melleum carmen modulantes. Nimirum ita mortalium varia excogitantium artificiosae manus, parum abest, quin ipsa cum natura, res vivas producente, in certamen descendant. Quod si quis accuratius cognoscere cupit Theophili magnificentiam, & in rebus ornandis studium, is mihi velim muros illos mari vicinos intueatur. Accidit enim ipso imperante, ut hiems saeva mare cogeret in glaciem ad profunditatem sane immensam, humidumque illud elementum lapidis ad duriciem, fluxione prorsus ademta, redigeret; frigore nimirum ex acribus ventorum flatibus orto mare totum ceu testaceum efficiente. Non multo post, radiorum solarium calores ad saxi formam indurati maris continuitatem solvebant, unde fiebat, ut glaciei fragmina reliquo a corpore avellerentur, quae lapides etiam plaustrales magnitudine superabant. Non inepte dixerit aliquis, vertices quasi quosdam collium, profundis convallibus imminentium, de sublimi avulsos, ingenti cum strepitu volutatos fuisse, vel lapides propugnaculorum, & murorum subverso res ita volasse, ut motu suo strepitum in aere tenero excitarent. Haec ergo fragmina e medio mari delata, muros litori vicinos feriebant, & validas etiam turres succutiebant. Imperator moenium turriumque rimis, quae laesae ruptaeque fuerant, conspectis, animo commotus est, propter id quod accidisset. Simul declarare volens magnificentiam suam, aurum ea copia profundit, quasi silices inutiles expenderet, atque hoc modo stabilitis iis, quae vetustate labascerent, & excitatis, quae collapsa fuerant, suum muris nomen inscripsit. Et haec sane praedicatione digna fuerunt. Iustitiam vero Theophili, & animum in iudiciis nullam rationem personarum habentem, non possum non summopere admirari. Ac libet heic ipsius hac in parte indolis indicium quoddam adiicere, quod sit instar hausti de mari cyathi, vel gustus e dolio, vel exiguae scintillae ignis magni.

Theophili virtutes insignes, & ingenium magnum.

Hiemis saevitia.

Theophilus muros reficit.

Iustitiae studium in Theophilo.

Γυνὴ προσῆλθε πενιχρὰ τούτῳ τῷ Θεοφίλῳ
Καταβοῶσα Πετρωνᾶ τινὸς μεγαλοτίμου.
Βίγλας γὰρ ἦν δρουγκάριος εἴποιεν ἂν Ῥωμαῖοι,
Καὶ ῥιζωμάτων τῶν αὐτῶν ἐξέφυ Θεοφίλῳ.
Ἐφάνη γοῦν περιπαθῶς, καὶ δάκρυον κατῆγεν,
Ἀμύντορα τὸν κράτορα γενέσθαι λιταροῦσα,
Καὶ τὰς παλάμας ἐπισχεῖν τὰς γιγαντοπαλάμους
Τοῦ

Accedebat aliquando Theophilum paupercula, Petronam, magnae dignitatis virum, accusans. Erat enim is Biglae * (ceu Romani loquuntur) Drungarius, & eodem cum Theophilo genere natus. Dolenter illa quiritare, lacrymas fundere, opem Imperatoris implorare giganteas, ut manus Petronae coerceret,

Exemplum praeclarum.

* *al.* Vigiliae.

1 Ἀναζοπληθεῖς] Scrib. ἀμαξοπληθεῖς,

ceret, qui per summam iniuriam in se debaccharetur, suaeque domunculae, satis per se tenuis, luminibus officeret; ne tamdem nimia cogente caligine, domum solam desertamque, ventis (quod aiunt) perflandam invita relinqueret. His auditis, Imperator de te inquirit, accusati nequitiam cognoscit, ac aedes quidem illas, quae lumina domui mulieris obstruebant, ad ipsa usque fundamenta demolitur; Petronam vero publicam in viam deductus, flagris caedi iussit. Hoc tibi argumentum animi huius Imperatoris, exiguum quidem illud, esto; de quo tamen aestimare cetera non difficulter possis. Nam & Bocchoris (uti perhibent historiarum scriptores) AEgyptiorum Rex, de balba quadam infantis voce linguarum omnium antiquissimam adgnoscere potuit. Iam quod liberalem eius animum attinet, in contemnendis turpibus lucris, & quod aurum conradere institorio quodam quaestu noluerit; ex iis, quae commemoraturi sumus, colligi satis liquido poterit.

Petronas punitur.

Τοῦ Πετρῶνα λυπήσαντος ἐκ φιλαδίκου γνώμης,
Καὶ τὸ λυπρὸν δωμάτιον αὐτοῖς 1 ἐπισκοτοῦντος,
Ὅπως μὴ φέρειν ἔχουσα τὸ τηλικοῦτον σκότος
Ἀνέμων ὅ φασι πνοαῖς τὸν οἶκον καταλείπῃ,
Ἤκουσε ταῦθ᾽ ὁ βασιλεὺς, ἐζήτησε τὸ πρᾶγμα,
Ἔγνω τὸ φιλομόχθηρον τοῦ καταβοωμένου.
Καὶ τὸν μὴν οἶκον κατασπᾷ μέχρι τοῦ θεμελίου
Τὸν νυκτοχειροποίητον τῇ γυναικὶ ποιοῦντα.
Αὐτὸν δὲ μέσον ἀγαγὼν τῆς λεωφόρου τρίβου,
Ὠμοῖς βουνεύροις τὰς αὐτοῦ καταμελαίνει σάρκας.
Τοῦτο μικρὸν τεκμήριον ψυχῆς τῆς Θεοφίλου
Δυνάμενον κατάδηλα καὶ τὰ λοιπὰ ποιῆσαι.
Καὶ γὰρ καὶ Βόκχορός φησιν ὁ κράτωρ Αἰγυπτίων
Ἀπὸ ψελλίσματος ἑνὸς ἀρτιγενοῦς βρεφίου
Τὴν παλαιώτριαν πασῶν διάλεκτον ἐπέγνω.
Τὸ δ᾽ ἐλευθεροκάρδιον πρὸς τὰς αἰσχροκερδίας,
Καὶ τὸ μὴ βούλεσθαι χρυσὸν ἔχειν ἐκ καπηλείας
Ἰσχύουσι πιστώσασθαι τὰ μέλλοντα ῥηθῆναι,

Imperator Augustae navim exurit.

Forte stabat Imperator sublimi loco in regia, ubi nivei coloris marmor ingeniose sculptum vaccam ingentium laterum repraesentat, & leonem in vaccam insilientem, eamque cupide necantem; ex qua sculptura * nomen loco datum est. Hic ergo stans Imperator, & oculos in mare dirigens, quod caelum sudum esset, ipseque maris intuitu sese recreare vellet; navim mercibus oneratam adpellere videt, molli vento australi flante, ac navigium plenis velis tranquillum in portum deferente. Poterat autem aliquis etiam longo ex intervallo existimare, navim adpellentem ingens onus vehere. Nam mercium pondus ita navim deprimebat, ut e mari tertium modo cingulum exstaret. Hac Imperator navi conspecta, quae nam, & cuius esset, interrogat. Vbi tam navim, quam merces Imperatricis esse cognovit; animi dolore compresso, & arcessita coniuge: Eheu mea [inquit] Imperatrix, quo res meae redactae sunt? eheu qualem fortunam cum opulentissima commutavi? Nimirum iam Romanorum Imperator merces vaenales habeo, & ipsemet (eheu) institor factus sum, negotiatoribus etiam inferior. His dictis, navim una cum mercibus, quarum immensa erat copia, concremari iussit. Idem Theophilus Imperator virum praestantissimum Methodium quamdam in insulam relegatum, speluncae cadaveris instar inclusit, tamquam unionem in concham, rosam inter spinas. Praeterea duos ei latrones adiunxit, quorum altero extincto, & iam marcescente naturali quadam necessitate, foedum illum odorem, & pestiferum aerem tolerantissimus athletes animo tulit aequissimo, quem ne adamas quidem substinere potuisset. Alter libertate donatus, exire noluit, sed intra speluncam illam caliginosam manens, divinaeque vivendi rationis aemulator factus, solis instar vitae religiosae radios sparsit. Dum adhuc Methodius in hoc carcere detineretur, homines illi rerum divinarum periti, quos notis in vultu foedatos fuisse diximus, per vim solum vertere coacti, piscatore quodam reperto, litteras viro iusto perbreves, versu

** Adpellatur enim passim apud historicos Βουκολέων.*

Methodium Theophilus cruciat.

Ἔτυχεν ἄνωθεν ἑστὼς τῶν βασιλείων οἴκων
Ἔνθα γλυφεῖσα δεξιοῖς μάρμαρος χιονόχρους
Βοῦν μεγαλόπλευρον τυποῖ, καὶ λέοντα μορφοῖ
Ἐπιπηδῶντα τῷ βοΐ, καὶ πίνοντα τοῦ φόνου.
Καὶ γέγονε τὰ γλύμματα ταῦτα τῷ τόπῳ κλῆσις.
Ἐνταῦθα γοῦν ὁ βασιλεὺς ἑστὼς ἐκ τῆς θαλάσσης
Τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπαφιεὶς, γαλήνη γὰρ ἐγέλα,
Καὶ ταῖς ἐκεῖθεν χάρισι ψυχαγωγῶν τὰς ὄψεις,
Πλοῖον ὁρᾷ κατάφορτον τῇ χέρσῳ πλησιάζον.
Ἐπέπνει μὲν ὁ ζέφυρος πνοαῖς ἁπαλοπνόοις.
Ἐτέτατο τὰ λαίφη δὲ κολπούμενα τὸ πνεῦμα,
Καὶ πρὸς λιμένας ἤπειγον τὸ σκάφος εὐγαλήνους.
Εἴκασε δ᾽ ἄν τις καὶ μακρὰν ἀφεστηκὼς τῆς ἅλμης
Τοῦ πλοίου τὸ κατάφορτον τοῦ προσορμιζομένου.
Ἐπὶ γὰρ τρίτου τῆς νηὸς τῆς φορτηγοῦ ζωστῆρα
Τὴν θάλασσαν ἀνέθλιβε τῶν ἀγωγίμων βάρος,
Ὡς ἔβλεψεν ἐπύθετο τίς καί τινων ἡ σκάφη.
Τῆς βασιλίδος ἤκουσεν ἡ ναῦς καὶ τὸ φορτίον.
Καὶ λύπην μὲν δακέθυμον ἔσχε κατὰ καρδίας.
Μεταστειλάμενος δ᾽ αὐτὴν, καὶ γνοὺς περὶ τοῦ πλοίου,
Αἲ αἲ βασίλισσα, φησὶν, εἰς οἷον φθάνω βίων;
Οἵαν ἀνθ᾽ οἵας εὐτυχοῦς ἀντηλλαξάμην τύχην;
Φορτίων ἀπεμπολητὴς ὁ τῶν Ῥωμαίων κράτωρ;
Καὶ κάπηλος γεγένημαι; φεῦ! τῶν ἐμπόρων χείρων.
Καὶ ταῦτ᾽ εἰπὼν ἐκέλευσε γνάθοις πυρὸς παμφάγου
Τὴν ναῦν τὴν μυριόφορτον αὐτόφορτον βρωθῆναι.
Οὗτος αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Μεθόδιον τὸν πάνυ
Θέμενος ὑπερόριον ἔν τινι νησιδίῳ
Εἰς σπήλαιον κατέκλεισεν ὡς ἐν μνημείῳ νέκυν
Ὡς ἐν ὀστράκῳ μάργαρον, ὡς ἐν ἀκάνθῃ ῥόδον,
Καὶ σὺν αὐτῷ καὶ μετ᾽ αὐτοῦ δύο λῃστὰς κακούργους.
Τούτων θατέρου τῶν λῃστῶν τὸν βίον ἐκλιπόντος,
Καὶ ῥεύσαντα μὲν φυσικὰ ἀφύκτου κατ᾽ ἀνάγκης
Τὴν δύσοσμον ἀποφορὰν καὶ τὴν ἐκεῖθεν λύμην
Ὁ καρτερόνους ἀθλητὴς ἐκεῖνος ἐκαρτέρει,
Ἣν οὐδ᾽ αὐτὸς ἐνίσχυσεν ὑπενεγκεῖν ἀδάμας.
Ὁ δ᾽ ἕτερος ἀπολυθεὶς οὐκ ἤθελεν ἐκβῆναι,
Ἀλλ᾽ ἐν αὐτῷ τῷ ζοφερῷ σπηλαίῳ καταμείνας,
Καὶ ζηλωτὴς γενόμενος ἐνθέου πολιτείας,
Ὁ ἥλιος ἀπήστραψεν ἀκτῖνας σεμνοῦ βίου.
Ἔτι δ᾽ ἐμφρούρου μένοντος τοῦ θείου μεθοδίου
Οἱ κεντηθέντες τὰ σεπτὰ πρόσωπα θεηγόροι,
Ὧνπερ καὶ μνήμην ἔθετο φθάσας ὁ λόγος ἤδη,
Βιαίως ἐλαυνόμενοι πρὸς τὴν ὑπερορίαν,
Ἄνδρα τινὰ σαγηνευτὴν ἰχθυοθήραν ἄνδρα
Εὑρόν-

1 Αὐτοῖς] Scrib. αὐτῆς.

Digitized by Google

Εὑρόντες δικτυοῦντα γράφουσι τῷ δικαίῳ
Ὀλιγοσύλλαβον γραφὴν ἐν ἰαμβίῳ μέτρῳ.
Τῷ ζῶντι νεκρῷ, καὶ νεκρῷ ζωηφόρῳ,
Ναίοντι τὴν γῆν, καὶ πατοῦντι τὸν πόλον,
Γραπτοὶ γράφουσι δέσμιοι τῷ δεσμίῳ,
Πρὸς οὓς αὐτὸς ἀντιγραφὴν ἀντιχαράξας γράφει
Τοὺς ταῖς βίβλοισιν οὐρανῶν κλησιγράφους,
Καὶ πρὸς μέτωπα σωφρόνως ἐστιγμένους,
Προσεῖπεν ὁ ζῶταπτος ὡς συνδεσμίους.
Καὶ ταῦτα μὲν τὰ χρύσεα τῶν καλλιγλώττων ἔπη
Ἄντικρυς θείου νέκταρος σταλάττοντος συμμάδα.
Ὁ δὲ καλὸς ἀγωνιστὴς Μεθόδιος ὁ πάνυ
Ἐγκαρτερήσας τῇ πικρᾷ καὶ καταφρύρῳ στέγῃ,
Καὶ τοὺς ὀδόντας ἐκκρουσθεὶς, καὶ συνθλασθεὶς τὰς γνάθους,
Καὶ πᾶσαν ἄλλην ἐνεγκὼν κολάσεων ἰδέαν,
Δι' ὧν αὐτῶν οἱ δυσσεβεῖς ἔπληττον ἀπανθρώπως,
Ὡς ἄκμονα σιδήριον χαλκαῖς σφυροκτυποῦντες,
Τέλος καθάπερ ἥλιος ἡμεραυγὴς, ὡς λύχνος,
Ἐξέκυψεν ὡς ἔκ τινος ὁρίζοντος ἐκεῖθεν,
Θελήσαντος ὡς ἔοικε τοῦ βλέποντος ἀβύσσους,
Καὶ Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ ὕπερθεν καθημένου,
Ὡς πόλιν ὀχυρόπυργον τοῦτον ἐπ' ὄρους στῆσαι,
Ὡς μὴ τοσαύτην ἀρετὴν ὡς ἐν μοδίῳ λύχνον
Τῷ στυγερῷ καὶ ζοφερῷ καλύπτεσθαι σπηλαίῳ.
Ὁ κράτωρ γὰρ Θεόφιλος βίβλοις ἀεὶ σχολάζων,
Καὶ σίμβλα τὰ τῆς γνώσεως κηροπλαστῶν ἐντεῦθεν
Ὡς μέλιττα φιλόπονος ἀνθῶν ἐκ λειμωνίων,
Λαβυρινθώδεσί τισι καὶ γρίφοις ἐντυγχάνει.
Ὧν ἐκλεπίσαι τὸ σκληρὸν καὶ τὸ δεινὸν φωτίσαι
Οὐδεὶς ὀρθῶς ἐδύνητο καί τοι μυρίων ὄντων
Τῶν φήμην μεγαλώνυμον ἐχόντων ἐπὶ γνώσει.
Μεγάλως οὖν τῷ βασιλεῖ τότε βαρυθυμοῦντι
Εἷς τῶν προσκοίτων πρόσεισι καὶ θαλαμηπολούντων,
Καὶ τὸν Μεθόδιον ὑμνεῖ, πάντα καταλέγει,
Τὴν πολυμάθειαν αὐτοῦ, τὸ πόριμον, τὴν γνῶσιν,
Καὶ τὴν οὐρανοβάμονα σύνεσιν καὶ σοφίαν.
Εἴ τε θεόθεν κινηθεὶς, εἴ τε καὶ φίλτρον τρέφων
Πρὸς τὸν αἰθέριον τῷ νῷ καὶ θεοφόρον ἄνδρα
Ἀκούει ταῦθ' ὁ βασιλεὺς, μετάπεμπτον ποιεῖται
Τὸν ἱερὸν μεθόδιον, ἐξάγει τοῦ σπηλαίου,
Ὡς ἀπὸ κόχλου μάργαρον, ὡς ἀπὸ νέφους ἄστρον,
Ἀκτῖνας ἀποστίλβοντα φαιδρὰς πυριμαρμάρους
Καὶ ζόφον ἀπελαύνοντα καὶ σκοτασμὸν ἀγνοίας.
Τῆς γλώσσης οὖν γευσάμενος Θεόφιλος τοῦ τούτου,
Ἐγκατοικίζει τὸν καλὸν καλῶς ἐν βασιλείοις
Ὡς χρῆμα πολυτίμητον ἢ θησαυροῖς ἀσύλοις 1,
Ὡς λίθον μεταστίλβοντα πυράκτην φυτοβρύτην 2.
Κἀκεῖ παρακαθήμενος τῷ χρυσοῤῥόῳ Νείλῳ
Ἤντλει τὴν πόσιν δαψιλεῖ 3 τῶν γλυκυχύμων ῥεέθρων.
Περᾶν δὲ μᾶλλον ποταμὸν τὸν τῆς ῥευστῆς οὐσίας.
Ὃν πάντα περικείμενον πάχος θνητοῦ σαρκίου
Ἀμήχανον μὴ διελθεῖν, ἐπάγει γὰρ ἡ φύσις,
Ἡ ταχουργὸς πορθμεύτρια τὸ χρέος ἀπαιτοῦσα
Ἔτος ἤδη δωδέκατον τῆς βασιλείας ἄγων,
Τῷ στέφει κατεκόσμησε τὸν Μιχαὴλ τὸν παῖδα,
Ἔτι παιδίσκον ἁπαλὸν ὄντα τὴν ἡλικίαν.
Τὸ νεαρὸν δὲ τοῦ παιδὸς ὡς θέμις ὑποπτεύων
Συγκοινωνεῖν ἐκέλευσεν αὐτῷ καὶ τὴν μητέρα,
Τοῦ κράτους ὡς φροντίστριαν αὐτῷ γενησομένην.
Ἡ μέχρι τότε νύκτερον ἔχουσα μαθητείαν,
Καὶ σέβουσα τὰς ἱερὰς μορφὰς ἐν παραβύστῳ,
Νικόδημος ἂν εἴποι τις ἀκάρδιος δειλόνους,
Τότε τορὸν ἐβόησε καὶ μετὰ παῤῥησίας,
Καὶ σάλπιγξ ἐχρημάτισεν εὔσημος χρυσοσάλπιγξ,
Καὶ

versu iambico scripsere, quas ab interitu vindicandas ratus, hoc loco subiicere volui:

Vivo peremto, vivificoque mortuo,
Terram incolenti, ac pariter calcanti polum.
Scripsere vincto vincti, & inscripti notis.

Eis ille respondens, in haec verba rescripsit:

Libris vicissim descriptos caelestibus,
Faciesque non sine laude compunctos notis,
Secum salutat vinctos vivus obrutus.

Hi disertorum hominum versus aurei, reapse divinum quemdam nectaris succum stillant. Ceterum praeclarus pugil Methodius, quum toleranter in illo tristi carcere sese gessisset, dentes amisisset, maxillas contusas haberet, omnique genere suppliciorum excruciatus ab impiis hominibus per summam inhumanitatem non aliter esset, atque ferream incudem malleis excusores contundunt; ad extremum inde prodiit, ortus diurni solis instar, volente scilicet (ut credi par est) Deo, qui abyssos perspicit, & Cherubis, ac Seraphis insidet, insignem hunc virum ceu munitam urbem in monte sublimi collocare, ne tanta virtus, veluti lucerna sub modio, tristi caliginosoque specu abdita lateret. Accidit enim, ut Theophilus Imperator lectitandis libris semper occupatus, unde alveolos scientiae fingebat, quemadmodum apis sedula de pratorum floribus, in griphos, & labyrinthis consimilia quaedam incideret, ita ut dura istaec quasi decorticare, ac obscura illustrare nemo recte posset, tametsi vel sexcenti apud ipsum essent, doctrinae fama celebres. Quum igitur Imperatori permolesta haec res accideret, & animum eius angeret, quidam ex proceribus & cubiculariis adcedens, Methodium praedicat, indicatis dotibus, doctrinae magnitudine, scientiae copia expedita, & abundanti, prudentia sapientiaque vertice suo caelum ipsum attingente, sive divinitus, ut hoc faceret, commotus, sive clandestinum amorem alens erga virum mente caelestem, & numine divino plenum. Haec Imperator audiens, Methodium de specu eductum (ceu unionem e concha, sidus e nube) virum clarissimis radiis refulgentem, & tenebras atque caliginem ignorantiae discutientem, ad sese revocat & invitat. Quumque gustum linguae Methodii percepisset, homini praeclaro in regia domicilium adsignat, tamquam magni rem pretii gemmamque splendidam, rutilantem, lucidam in thesauris inviolabilibus, & inaccessis collocans, atque heic frequenter adsidens Nilo illi aurifluo, de dulcissimis atque largiter hauriebat. Quum autem traiecturus esset amnem essentiae interitui obnoxiae. quem omnes crasso corpore circumdatos permeare necesse est, (ita nimirum iubet natura, quae velox est traiectrix, & abs quovis debitum exigit) annum iam duodecimum imperans Michaelum F. admodum puerum adhuc, imperiali corona redemit Quia vero abs re tenera istaec aetas patri subspecta erat, matrem Imperii consortem facit, ut quae filio curatricis loco futura es-

Qua occasione Methodius ab exilio sit revocatus.

Michaelus III cognomine Temulentus Imp.

1 Θεσαυροῖς ἀσύλοις) Scrib. θησαυροῖς ἀσύλοις.

2 Φυτοβρύτην? Scrib. φωτοβρύτην,

3 Πόσιν δαψιλεῖ) Scrib. πόσιν δαψιλῆ.

Digitized by Google

ra esset. Ea superiori tempore tamquam nocturna discipula, Nicodemo illi timido similis, sacras imagines occulte venerabatur. Nunc autem alta voce ac libere profitebatur id, quod sentiebat, eratque tuba clara, vel potius ut avicula canora, pullorum altrix, implumes ex locis omnibus volucres cogebat, quotquot abdiderant sese, donec auceps praeteriret. Ea quamvis femina praestantissima sub corde regeret, ut agellus ferax, ut pinguis sulcus; hyeme tamen saeviente germen nullum protruserat. Nunc autem elapso longe acerbissimo illo hiberno tempore, ac vere suaviter ridente, pristinamque tristitiam dissipante, multipliciter pullulabat, & segetem copiosam ferebat, velut ager excitatus a favoniis, & eius spiritus gratia, qui omnia perficit. Quamobrem coactis hominibus acceptis Deo, quos non inepte dixeris industrios soli fossores, spinas obpugnationis imaginum prorsus evulsit. Quumque divinos homines ardenter obsecrasset, ut preces ad Deum pro marito defuncto funderent, idque persuasisset eis, & plane iam certior esset facta, Theophilum alterius vitae suppliciis liberatum esse; forte cum sanctis illis hominibus, instructo valde optimo convivio, prandebat. Intererat huic praeter alios etiam aurea lingua praeditus ille Theophanes, cuius faciei notae non sine dolore magno inustae fuerant. Erat antem hoc tempore princeps urbis Nicaenae pastor. Eum Theodora quum oculis defixis intueretur, ac viri tolerantiam admirari videretur; re Theophanes intellecta, cum adsperis durisque verbis: vides, inquit, o Imperatrix, inustas hasce fronti meae notas? Earum causa illo in iudicio contra maritum tuum experiar, ubi iudex universalis integerrime iudicat, nec vel personam cuiusquam respicit, vel muneribus corrupisse patitur, vel purpuream chlamydem reveretur. Ad ea verba laudatissima Imperatrix eiulatu ex intimo corde sublato, vocem hanc miserabilem edidit, interni doloris testem; haeccine mihi, vir admirande, tuque totusque coetus hic de Imperatore meo mihi polliciti estis? Ibi divinus & ore melleo praeditus ille Methodius, qui tunc apud Romam novam sacri gregis pastor erat, nimia Theophanis audacia ferociaque reprehensa, praeclaram Imperatricem consolatur, arte rivos lacrymarum obstruit, gravem cordis tempestatem sedat, emollientibus animum verbis, tamquam oleo quodam instillatis. Ceterum quamdiu puer erat Imperator, matrem Theodoram secum habebat, quae omnia dextre gerebat, Imperiumque praeclare administrabat. Verum ubi Michaelus maturam ad aetatem pervenit, iamque solus amplitudinem negotiorum imperii procurare coepit; reapse verum illud probavit esse, quod est in fabulis. Quippe mox, ut alter quidam iuvenis Phaethon, curru conscenso, totum Romanorum Imperium perdidit, & ipse de avito patritoque regno, veluti curru

Acerba vox Theophanis.

Methodius Patriarcha Theophanem castigat.

Michaelus alter Phaeton.

Καὶ μᾶλλον καλικέλαδος νεοττοτρόφος ὄρνις,
Στρουθοὺς ἐπισυνάγουσα πάντοθεν τοὺς ἀπτέρους,
Περικρυβέντας μέχρις ἂν ὁ θηρευτὴς παρέλθῃ.
Καὶ σπέρματα τρισευγενῆ χοῦσα κατὰ καρδίας,
Ὡς ἀρουράτις ἄκαρπος 1, αὔλαξ λιπαροβώλαξ,
Χειμῶνος μὲν πιέζοντος οὐκ ἀνεδίδου βλάστην.
Ὡς δ' ᾗ παρῆλθε τὸ πικρὸν τῆς χειμερίας ὥρας,
Τὸ δ' ἔαρ ὑπεγέλασε, καὶ τὸ στυγνὸν ἐλύθη,
Τότε δὴ τότε καὶ βλαστὸν ἐξήνεγκε πολύχουν,
Καὶ λήϊον πολυσταχὲς, καὶ πλῆρες εὐκαρπίας,
Ὡς αὔραις κυμαινόμενον εὐπνόοις ζεφυρίαις,
Τοῦ πνεύματος τῇ χάρισι τοῦ πάντα τελοῦντος.
Ἀγχιθεάζοντας οὐκοῦν ἄνδρας συναγαγοῦσα,
Δικελευτὰς ἂν εἴποι τὶς φιλοεργοὺς δοκίμους,
Τὴν ἄκανθαν ἀνέσπασε τῆς εἰκονομαχίας.
Ἐνθέρμως δ' ἱκετεύσασα τοὺς θεσπεσίους ἄνδρας
Ὑπὲρ τοῦ συζυγήσαντος λιτάσασθαι τὸ θεῖον,
Καὶ πείσασα καὶ πίστωσιν τελέως δεξαμένη,
Ὡς τῶν βασάνων τῶν ἐκεῖ Θεόφιλος ἐῤῥύσθη,
Ὁμόδειπνος ἐγένετο τοῖς ἱεροῖς ἀνδράσιν
Ἁβρὰν λιπαροτράπεζαν ἑστίασιν τελοῦσα.
Συνῆν δ' αὐτοῖς ὁ χρύσεος τὴν γλῶσσαν Θεοφάνης,
Ὁ τὴν πικρὰν ὑπενεγκὼν στίξιν ἐν τῷ προσώπῳ,
Τῆς νικαέων πόλεως ὢν ἀρχιθύτης τότε.
Ὡς τοίνυν ἐνητένιζεν ἡ Θεοδώρα τούτῳ,
Καὶ τὸ καρτεροκάρδιον ἐῴκει θαμβουμένη.
Συνεὶς ἐκεῖνος ἔφησε πικρῶς καὶ πικροθύμως.
Ὁρᾷς τὴν προμετώπιον ἄνασσα ταύτην στίξιν;
Ἕνεκα ταύτης πρὸς τὸν σὸν δικάζομαι γαμέτην,
Ὅπου κριτὴς ὁ πάγκοινος ἀδέκαστα δικνύει,
Οὐδὲ λαμβάνει πρόσωπον οὐδὲ δωροληπτεῖται,
Οὐδὲ τὴν περιπόρφυρον χλαμύδα δυσωπεῖται.
Πρὸς ταῦθ' ἡ περιλάλητος ἐν γυναιξὶν ἐκείνη
Περιπαθῶς οἰμώξασα καὶ μέσης τῆς καρδίας,
Καὶ δάκρυσι στακτὸν αὐτῆς τὸ πρόσωπον θεμένη,
Ὡς κρήνη τις μετάνερος ὑψόθεν κατὰ πέτρας
Τὸν ῥοῦν διακρουνίζουσα φλεβῶν ἐκ ναματίων,
Φωνὴν ἐξέῤῥηξεν οἰκτρὰν δεῖγμα τῆς ἔνδον ζάλης.
Οὐ ταῦτα μοι θαυμάσιε περὶ τοῦ βασιλέως
Καὶ σὺ καὶ σύμπας ὁ χορὸς οὕτως κατεπαγγέλλου.
Ἐνταῦθ' ὁ μελιχρόγλωττος Μεθόδιος ὁ θεῖος
Ἀγελαρχῶν τῆς ἱερᾶς ποίμνης τῆς νέας Ῥώμης
Ἐπιῤῥαπίζει τὸ πολὺ τῆς τόλμης Θεοφάνους,
Παραμυθεῖται τὴν καλὴν ἐκείνην βασιλίδα,
Τοὺς τῶν δακρύων ὀχετοὺς εὐτέχνως ἀνακόψας.
Κατασιγάζει τὸν βαρὺν κλύδωνα τῆς καρδίας.
Λόγους ψυχῆς μαλακτικοὺς ὡς ἔλαιον σταλάξας.
Μέχρις γὰρ ἂν ὁ βασιλεὺς ἦν ἔτι παιδαρίσκος
Αὐτῷ συνῆν ἡ βασιλὶς καὶ μήτηρ Θεοδώρα.
Καὶ πάντ' ἐποίει δεξιῶς, ἰθύνουσα κοσμίως
Τὴν ναῦν τὴν μεγαλόφορτον τῆς σκηπτοκρατορίας.
Ἐπεὶ δ' εἰς ἥβην ἤλασεν ὁ Μιχαὴλ ἀκμαίαν,
Καὶ μόνος ἐπεδράττετο πραγμάτων τηλικούτων,
Ἔργοις τὸ μηθευόμενον 2 ἔδειξεν ἀληθεύων 3.
Ὡς ἄλλος γὰρ αὐτόχρημα Φαέθων νηπιάζων
Ἐφ' ἅρματος ἡνιοχῶν εὐίππου περιτρόχου
Καὶ τὴν Ῥωμαίων ἅπασαν ὤλεσε χωλαρχίαν 4,
Αὐτός τε παπποπατρικῆς ἀρχῆς ἐξεδιφρίσθη,
Καὶ κύμβαχος κατέπεσεν ἐπὶ βρεχμὴν καὶ νῶτα.
Ἐπέβη γὰρ ὑγρόβιος ἄντικρυς ἄλλος Νέρων,
Πάροινος, μαλακόψυχος, Μάχλος, ἀκροτοπότης 5,
Ὅλας χρημάτων ἀπαντλῶν ἀβύσσους τοῖς συμπαίκταις
Γελοιασταῖς καὶ ῥυπαροῖς ἁρματοστρόφοις μίμοις,
Ἅμα

1 Ἄκαρπος) Scrib. εὔκαρπος.
2 Μεθευόμενον) Scrib. μυθευόμενον.
3 Ἀληθεύων) Scrib. ἀληθεῦον.

4 Χωλαρχίαν] Scrib. χωραρχίαν.
5 Ἀκροτοπότης] Scrib. ἀκρατοπότης.

Ἄμα πρωῒ διώκουσι τὰς ἀκρατοποσίας,
Καὶ βίον τρυφερόβιον ζῶσι σεβαρίτην [1],
Λιχνευομένοις καὶ τρυφαῖς ἐβόψων [2] ἐδεσμάτων,
Καὶ πίνουσι καὶ πέζουσι [3] καὶ γυναικομανοῦσι,
Ὡς πρὶν ὁ Σαρδανάπαλος ὁ Νίνου βασιλεύσας.
Τοιούτοις δή τισι συνὼν διεφθαρμένοις πότοις
Ἀῤῥητουργοῖς καὶ φαυλουργοῖς κακίας τελετάρχαις,
Ὁμόστολος ἐγένετο μαινάδων θυρσοφόρων,
Καὶ ταῖς διονυσιακαῖς βακχείαις ἐνετρύφα.
Ἐντεῦθεν πότοι καὶ χοροὶ καὶ μέθαι καὶ κρατῆρες,
Ἀσέμνων τε καὶ πορνικῶν ἀσμάτων ἀπηχήσεις,
Καὶ λογισμοὶ γελιτουργοὶ [4] καὶ πᾶσα ῥυπαρότης.
Μῦθοι μὲν οὖν Ἀκταίωνά φασι τὸν θηροφάντην
Ὡς κύνα διεσπάσατο [5] λυτλήσαντες ὡς θῆρα
Κόλακες δὲ τὸν Μιχαὴλ περιεστοιχηκότες,
Ἐξυρισμένοι πώγωνας, ἐψιμμυθιωμένοι,
Εἰς ποῖον βάραθρον αὐτὸν κακίας οὐκ ἐῤῥίπτουν;
Ἐντεῦθεν ὁ περίοπτος ὁ τῶν Ῥωμαίων κράτωρ
Αὐτὸς αὐτὸν ἐπέβαινεν ἁρμάτων χρυσαντύγων,
Τετρώροις ἐπεκάθητο καὶ δύκτοις χρυσοδίφροις.
Καὶ θησαυροὶ μὲν πάντοθεν χρημάτων ἀπηντλοῦντο,
Καὶ τὰ Ῥωμαίων ἐν στενῷ πράγματα καθειστήκει.
Κόλακες δὲ καὶ χρήμασιν ἀφθόνοις ἐνευπάθουν,
Καὶ χιτωνίοις τρυφεροῖς καὶ πέπλοις χρυσοπλάστοις,
Οὕτως ὑγρῶς καὶ μαλακῶς ὁ Μιχαὴλ ἐβίου.
Παλλάκις δὲ μηδέ τινος κατεπειγούσης χρείαν
Ἄτερ φυλάκων καὶ φρουρᾶς ἄτερ δορυφορούντων
Μόνος αὐτὸς παρώδευεν ἐν μέσοις ταῖς τριόδοις
Ἀσέμνως θεατρομανῶν, χαίρων ἱππηλασίαις.
Ἐγένετό τε καὶ πατὴρ παιδίων κατὰ πνεῦμα,
Τῶν μίμων τὰ βρεφύλλα καὶ τῶν ἁρματοστρόφων
Οἷα πατὴρ φιλόστοργος φέρων ἐν ταῖς ἀγκάλαις
Ἐκ τοῦ λουτροῦ προκύπτοντα τῆς θεογενεσίας.
Ἐντεῦθεν οὐκ ἐξήρχουν [6] γὰρ αἱ φλέβες τοῦ χρυσίου
Ἐπὶ τοσούτοις ἀγωγοὺς κενούμεναι κοπρώδη,
Αἱ χρυσοσκεύαστοι στολαὶ τῶν πάλαι βασιλέων,
Καὶ δένδρα τὰ κατάχρυσα, στρουθία τε τὰ λάλα,
Καὶ λέοντες σφυρήλατοι χρυσοῦ πεποιημένου [7],
Καὶ πᾶν ἁπλῶς βασίλειον λάμπον ἐν ἀνακτόροις,
Ἅπερ τὸ πρὶν Θεόφιλος εἴργαστο φιλοτίμως,
Εἰς λάλημα περίλαμπρον ἐσόμενα Ῥωμαίοις,
Χρόνια παρεδίδοντο, κακῶς ἐξεκενοῦντο
Εἰς μυσαρὰς καὶ βδελυρὰς σωλῆνας πολυτρήπους.
Οὐ ταῦθ᾽ ὁ δ᾽ ὁ χοιρόβιος τετόλμηκε καὶ μόνα,
Ἀλλ᾽ ἐπὶ χείρονα ζωὴν προκόπτων σημέραι
Ἐλύτλησεν ὁ κάκιστος κατὰ τῶν μυστηρίων
Τῶν ἱερῶν καὶ Σεραφὶμ αὐτοῖς ἀξιοσέπτων [8],
Καὶ σίνηπι δριμύχυμον ἐγχέων εἰς κρατῆρα
Τὴν ἁγιστείαν τὴν φρικτὴν δῆθεν ἐτελετάρχει,
Παίζων φησὶν ἐν οὐ παικτοῖς, γελῶν ἐν ἀγελάστοις.
Οὕτω βιοῦντα Μιχαὴλ καὶ μητὴρ καθορῶσα,
Καὶ παίγνιον γινόμενον τοῦ κράτορος Ῥωμαίων
Τὰ σπλάγχνα συνεστρέφετο, ψυχὴ συνεδονεῖτο.

curru quodam, eſt deturbatus, & excuſſus, non pronus tantum cadens, ſed etiam dorſum laedens. Quippe luxurioſae humidaeque vitae ſe dedidit, velut alter Nero, immodeſtus in vino, animo effeminato, impudicus, temulentus, totas pecuniarum abyſſos in conluſores exhauriens, qui erant ſcurrae impuri, curruum agitatores, mimi, a primo diluculo temulentiae dediti, delicias ciborum, & ſuavium opſoniorum avide quaerentes, totos dies apud inverecundas mulierculas exigentes, potores, ludiones, libidinum flammis furentes; quaſi ſcilicet olim erat ille Sardanapalus, Rex Ninevitarum. Eiuſmodi hominum conſuetudine utens, temulentia nimirum perditorum, infanda, & turpiſſima quaeque perpetrantium, vitam plane Sybariticam degentium, etiam Maenadas illas thyrſigeras comitabatur, & orgia Bacchi celebrabat. Hinc compotationes, ſaltationes, ebrietates, crateres, inhoneſtorum ac meretriciorum carminum cantiones, directae tantum ad excitandos riſus cogitationes, omnis impuritas denique. Tradunt fabulae, ferarum interfectorem illum Actaeonem a correptis furore canibus ceu feram dilaceratum eſſe. At vero adſentatores barbas raſi, & ceruſa fucati, quum Michaelum circumſtipaſſent, & indagine quaſi cinxiſſent, in quod barathrum, quam vitiorum voraginem eum non coniecerunt? Hinc fiebat, ut ſpectabilis ille Romanorum Imperator ipſemet currus aureos conſcenderet, ac quadrigis inſideret. Pecuniarum theſauri undique prorſus exhauriebantur, reſque Romanorum in anguſtum cogebantur. Interim adulatores in maxima pecuniarum abundantia iucunde vivebant, amicti tunicis delicatis, & peplis auro intertextis. Adeo temulentam mollemque vitam Michaelus agebat. Nonnumquam nulla neceſſitate cogente ſolus abſque ſatellitum corporiſque cuſtodum comitatu mediis in triviis obambulabat, indecore ac furenter adamans ſpectacula, deque agitationibus equorum voluptatem capiens. Etiam ſpiritualium liberorum pater fiebat, infantes mimorum, & aurigarum ceu benignus pater in ulnis geſtans, e lavacro divinae regenerationis ſubſceptos. Itaque auri venae nullae ſufficiebant, quum in tot ſtercoreos canales exhaurirentur. Veſtes ex auro factae priſcis ab Imperatoribus, arbores aureae, canorae aviculae, ſolido ex auro fabrefacti leones, omnia denique ornamenta imperatoria, quae in aula ſplendebant, & a Theophilo magnifice fuerant ad celebrationem Romani nominis confecta, fornaci conflatoriae tradebantur, & ſcelerate in exſecrabiles quoſdam quaſi tubos evacuabantur. Neque tantum haec auſus eſt imitator ille vitae porcinae deſignare, ſed etiam cottidie profectus in turpidine quoſdam faciens, adverſus ſacroſancta myſteria Seraphis ipſis venerabilia, vir nequiſſimus debacchabatur. Quippe acrem ſinapi ſuccum in craterem fundens, ſacrum illud formidabile repraeſentabat, ludens (ut dici ſolet) in iis, quae ludum iocumque non admittunt, & ridens in minime ridiculis. Ita viventem Michaelum mater videns, & Imperatorem Romanum factum eſſe ludicrum, totis viſceribus, & animo commovebatur, eumque verbis caſtigabat, corrigebat, exhortabatur. Sed (quod proverbio dicitur) cum mortuo conloquebatur, & admo-

Neronem & Sardanapali imitatur.

Michaelus ab adulatoribus corrumpitur.

Profuſiones Michaeli.

1 Σοβαρίτην) Scrib. συβαρίτην.
2 Ἐβόψων) Scrib. εὐόψων.
3 Πέζουσι) Scrib. πώζουσι.
4 Γελιτουργοὶ (Scrib. γελωτουργοί.
5 Κύνα διεσπάσατο) Scrib. κύνες διεσπάσαντο.
6 Ἐξήρχων) Scrib. ἐξήρκουν.
7 Πεποιημένου) Scrib. πεποιημένοι.
8 Ἀξιοσέπτων] Scrib. ἀξιοσέπτων.

Digitized by Google

De Barda Caesare.

admonitiones apud surdum cantillabat. Erat Michaelo Bardas avunculus, qui occupato Michaeli animo, non aliter atque vermis in dulce lignum irrepit, homo scilicet fraudulentus, sursum deorsum cuncta volvebat, & iam Michaeli cor exederat. Hic tamdem ei persuadet, ut Imperatricem Theodoram ex aula eiiceret, ac se Caesarem crearet. Hoc modo miserum illum solum desertumque nactus, quique (ceu vulgo dici consuevit) hominum furiosorum more sinistra dexteram manum absciderat, vel potius plane iam manibus spoliatum, aut secundum AEsopicam illam fabulam, ovi dementi consimilem factum, de lupi consilio pulsis canibus, Imperium ab Imperatore ad se transferebat, omniaque pro arbitratu animi sui gerebat, ut Imperator. Quinetiam in flagitium ingens provolvebatur, quale nec Scytha quispiam, nec Persa, nec Dalmata designaret. Nam cum filii coniuge (proh foedam lasciviam!) non aliter consuescebat, atque si tori legitimi consors esset. Hoc terribile facinus, ubi magnus Ignatius ille comperit, qui eo tempore novam Romam gubernabat (erat enim omnium in ore piaculum istud, passimque per compita, & aedes iactabatur) Bardam Caesarem verbis castigabat metum incutientibus, adiectis sequuturae vitae suppliciorum minis, terrebat hominem, in viam revocabat, reprehendebat, admonebat, omnem machinam adhibebat, ut malum illud exscinderet. Sed enim verum erat omnino verbum illud Solomonis, qui vetat improbos taxari, & reprehendi. Nam reprehensiones sunt hominibus impiis flagrorum instar, & corda perversa veluti sagittae feriunt. Nimirum obiurgationibus hisce Bardas Caesar exacerbatus, non modo nihili fecit eas exhortationes; verum etiam conceptam adversus monentem iracundiam, & indignationem alebat, non aliter agens, atque si saniosos aliquo curare volente, illi non tantum aufugiant, sed etiam erga bene facientem excandescant. Quum igitur aliquando Bardas accederet ad mysteria, nec divinum illud munus a Patriarcha consequeretur (non enim unguenta fragrantia vasi putido committuntur) inflammatus iracundia leonis in morem rugit, ceu violenta pardalis in hominem iustum, insilit lacerat, a clavo submovet. Eius in locum Photium substituit, proh qualem pro quali viro? Ex eo tempore miseriarum aestus Ignatium iactabat, & demergere virum conabatur. Caesar auras adflabat, tamquam graviter spirans aquilo, vel saevus ille tempestatesque ciens subsolanus: quo flante, procellae graves concitabantur. Quis ea mala satis exponere possit, quibus Ignatium, Photius, & Bardas excruciabant? Nimirum ut propriae manus subscriptione testaretur, amictum se sacrum sponte sua deponere, dentes homini radicitus excutiunt, genas contundunt, maxillas frangunt, ceu piacularibus flagitiis gaudentem, latronum ducem, maleficum, nudum, & vinctum (o sol, o terra!) in frigidum sepulcrum marmoreum, foetens, pol-

Incestus Bardae. *Ignatius Patriarcha Bardam castigat.* *Ignatius solio deiicitur.* *Photius Patriarcha.* *Crudele facinus.*

Καὶ λόγοις ἐσωφρόνιζεν, ἐρύθμιζε, παρήνει,
Βδελυροτήτων αἰσχρουργῶν ἀπάγειν ἐπειρᾶτο.
Ἀλλ' ἦν τὸ δὲ λεγόμενον νεκρῷ προσομιλοῦσα,
Παρὰ κωφῷ ψαλάττουσα τὰς παραινετηρίους.
Ἦν δὲ μητράδελφος αὐτῷ Βάρδας ὀνομασμένος
Ἄνθρωπος κακομήχανος, ἄγων καὶ στρέφων πάντα.
Ὃς ὑπελθὼν τῷ βασιλεῖ ὡς σκώληξ γλυκυξύλῳ,
Καταφαγών τε τὴν αὐτοῦ καρδίαν καὶ συσσήψας,
Πέθει τὴν μὲν βασίλισσαν ἐλάσαι Θεοδώραν,
Καὶ τὴν τεκοῦσαν ἔκπτωτον θέσθαι τῶν βασιλείων,
Στεφάνῳ δὲ τοῦ Καίσαρος αὐτὸν καταγλαΐσαι,
Ἔρημον οὖν παραλαβὼν τὸν ἄθλιον ἐκεῖνον,
Καὶ τὸ περιφερόμενον ἐκκόψαντα τὴν χεῖρα
Τὴν δεξιὰν ἀριστερᾷ κατὰ τοὺς μαινομένους,
Μᾶλλον δ' εἰπεῖν ἀπάλαμνον ἄχειρα γεγονότα,
Ὃν κατὰ τὸ μυθούργημα τῆς αἰσωπείας λύρας,
Προβάτιον εἰς ἄνοιαν αὐτὸ χρῆμα φανέντα,
Καὶ κύνας ἀπελαύνοντα τῇ συμβουλῇ τοῦ λύκου.
Καὶ πᾶν ἐποίει βουλητὸν ἄντικρυς ὡς αὐτάναξ.
Οὐ μὴν ἀλλ' ἐκεκύλιστο καὶ πρὸς παρανομίαν,
Οἵαν οὐ Σκύθης δέδρακεν, οὐ Πέρσης, οὐ Σαρμάτης,
Υἱοῦ γνησίου γαμετῇ, φεῦ ἀκολάστου γνώμης!
Μιγνύμενος ὡς ἑαυτῆς ἀναφανδὸν συλλέκτωρ,
Ἤκουσε τοῦτο τὸ δεινὸν Ἰγνάτιος ὁ μέγας,
Ὁ τηνικαῦτα κυβερνῶν τὴν βασιλίδα πόλιν.
Ἦν γὰρ περιλαλούμενος ἐν ἀγυιαῖς, ἐν οἴκοις,
Καὶ πάντων περιέτρεχε τὰς ἀκοὰς τὸ μύσος.
Καὶ τοίνυν ἐσωφρόνιζε τὸν γέροντα τὸν Βάρδαν
Λόγοις, φοβήτροις, ἀπειλαῖς τῶν μελλουσῶν βασάνων,
Ἐπέπληττε, κατήρτιζεν, ἤλεγχεν, ἐνουθέτει,
Πᾶσαν ἐκίνει μηχανὴν εἰς ἐκκοπὴν τοῦ πάθους,
Ἀλλ' ἦν ἐν πᾶσιν ἀληθὴς ἡ Σαλομῶνος λύρα,
Ἐλέγχειν ἀποτρέπουσα τοὺς κακογνωμονοῦντας,
Ἔλεγχοι γὰρ ὡς μώλωπές εἰσι τοῖς ἀσεβέσι,
Καὶ πλήττουσιν ὡς βέλεμνα τὰς ἀσεβεῖς καρδίας.
Ὁ Καῖσαρ γὰρ ἐκπικρανθεὶς τοῖς ὀνειδιστηρίοις
Ῥήμασιν οἷς ἐπλήττετο παρὰ τοῦ θεοφόρου,
Οὐ μόνον οὐκ ἐφρόντιζε τῶν παραινετηρίων,
Ἀλλὰ καὶ κότον ἔτρεφε κατὰ τοῦ παραινοῦντος.
Ὅμοιον δρῶν ὡς εἴ τινες ἰχώρων πεπλησμένοι
Νοσοκομοῖντο πρός τινος, οἱ δ' ἀποδυσπετοῖεν
Καὶ μᾶλλον ἀγριαίνοιντο πρὸς τὸν εὐεργετοῦντα.
Ἔνθέν τοι Βάρδας προσελθὼν ποτὲ τοῖς μυστηρίοις,
Καὶ μὴ τυχὼν τῆς δωρεᾶς ἐκείνης τῆς ἐνθέου.
Οὐ γὰρ πιστεύεται σαπρὸν ἄγγος εὔοσμα μύρα.
Καὶ πρὸς θυμὸν ἐπυρωθεὶς ὡς λέων ἐριβρύχης,
Ὡς πάρδαλις ἐφάλλεται ῥαγδαία τῷ δικαίῳ,
Καὶ ῥήγνυσι καὶ κατασπᾷ θείας πηδαλουχίας.
Ἀντεφιστᾷ δὲ Φώτιον. φεῦ ἀντί τινος ποῖον;
Ἐντεῦθεν ἐπεπάφλασεν ἅλμη πυρατηρίων
Τὸν ἱερὸν Ἰγνάτιον ποντοῦν φιλονεικοῦσα.
Ὁ Καῖσαρ γὰρ ἐφύσησε βορρᾶς ὡς βαρυβόας,
Ὡς ἐρικλύδων ἄγριος, ὡς δύσπνους ἀπαρκτίας,
Καὶ λαίλαπες ἠγέρθησαν βαρύθυμοι καὶ ζάλαι.
Ἀλλὰ γὰρ τίς συνήσεται τὰ πάθη τραγῳδῆσαι
Ὅσοις αὐτὸν ὑπέβαλον Φώτιός τε καὶ Βάρδας,
Ὡς ἂν ὑποσημήνηται γραφὰς ἰδιογράφους,
Ὡς θέλων ἀποδύσασθαι τὴν ἱερὰν ἐρέαν.
Ἀπορριζοῦσι μὲν αὐτοῦ τὴν ὀδοντοφυΐαν,
Τὰς γνάθους, φεῦ! συντρίβουσι τὰς σιαγόνας θλῶσι.
Καθάπερ δὲ χαιρμυσῆ λῄσταρχον κακεργάτην
Γυμνὸν δεσμώτην ἡλιετῇ [1] γῇ προσεφαπλοῦσι,
Ψυχρομαργάρῳ λάρνακι δυσώδη καπροφύρτῳ
Φέρουσι τὸν κατάπλυστον νεκρὸν τοῦ κοπρωνύμου,
Ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ἔλαθεν ἡ πάντολμος παλάμη,
Ὁ τη-

1 Ἡλιετῇ) Scrib. ἥλιε γῆ.

Ὁ τηρευτὴς [1] δὲ τῶν κακῶν ἀπήτησε τὴν δίκην,
Καὶ τῶν δεινῶν ὁ σκευαστὴς θυμοῦ τὸν σκύφον πίνει.
Βάρδας μὲν οὖν τῷ βασιλεῖ βόθρον ὀρύττων φόνου
Αὐτὸς ἐκεῖνος εἰς αὐτὸν ἐνδίκως κατεῤῥάγη.
Ὁ δὲ κακοῦργος Φώτιος ἐκβάλλεται τοῦ θρόνου.
Οὕτως οὐδὲν τὰ βλέφαρα θεοῦ διαδιδράσκει.
Οὕτως ἀνταποδίδωσι θεὸς ὑπερηφάνοις.
Καὶ λύρα ψάλλει τοῦ Δαβὶδ ἡ καλλιμελεστάτη.
Ὁ βασιλεὺς δὲ Μιχαὴλ διφρελασίαις χαίρων,
Καὶ δαιμονίοις ἐντρυφῶν καὶ ταῖς φιλιππασίαις,
Συνῆν καὶ συνδιέτριβε τοῖς θεατρομανοῦσιν,
Αὐτὸς αὐτὸρ ἀνταπληρῶν τὴν ἁρματηστροφίαν.
Καὶ δὲ ποτὲ τὸ τέτρωρον εὖ χαλινοστροφήσας,
Καὶ πρός τινος ἀναμνηθεὶς τοὔνομα βασιλίσκου,
Ἀμείβεται τὸν ὑμνητὴν οὐ λίθοις οὐ χρυσίῳ,
Αὐτὸ δὲ τὸ βασίλειον ὕψος φιλοτιμεῖται.
Ὅπερ ἰδὼν Βασίλειος ὁ μακεδὼν ὁ μέγας,
Ὁ παρ' αὐτοῦ τοῦ Μιχαὴλ κράτωρ προβεβλημένος,
Καὶ τὸ παλίμβολον αὐτοῦ τῆς γνώμης ὑποτρέσας,
Δεῖν ἔγνω προκαταλαβεῖν καὶ προκαταλαχύσαι,
Ἔνθέν τοι φόνον κίρνησι τῷ Μιχαὴλ κρατόρι,
Ἔτεσι πρὸς τοῖς τέσσαρσι δέκα κεκρατηκότι.
Καὶ μονοκράτωρ γίνεται καὶ κράτωρ σκηπτοκράτωρ.
Οὐ γὰρ θυγάτηρ οὐχ υἱὸς τῷ βασιλεῖ ἐτέχθη.
Τὸ σπέρμα γάρ φασι σοφοὶ τὸ τῶν εὐκαταφόρων
Εἰς ἀφροδίτης ὄργια τὸ γόνιμον οὐκ ἔχει.
Τοῦτον φασὶν τὴν ἄνασσαν ποτὲ θεασαμένην
Τὴν καὶ ψυχὴν βασίλισσαν καὶ τύχην Θεοδώραν,
Τοιαῦτ' εἰπὼν [2] πρὸς Μιχαὴλ, ὦ βασιλεῦ καὶ τέκνον
Ὁρᾷς τὸν ἄνδρα τὸν πολὺν τοῦτον καὶ ῥωμαλέον,
Τὸν παρά σου τιμώμενον καὶ συνδιάγοντά σοι;
Οὗτος τὸ γένος, φεῦ! ἡμῶν ὡς δράκων ἐκροφήσει,
Καὶ προνομεύσει, καὶ κτενεῖ, καὶ παντελῶς ἐκτρίψει,
Καθάπερ ὄρνιθος οἰκτροῦ νηπίους ὀρταλίχους.
Ἀλλὰ γὰρ ἄξιον εἰπεῖν τὰ περὶ Βασιλείου,
Ὅθεν, καὶ τίνων ἔβλαστε, τίνες αὐτῷ γενάρχαι.
Κώμης μὲν οὖν ἐξώρμητο λυπρᾶς προσγειτονούσης
Τῇ πρωτοπόλει τῇ λαμπρᾷ τῇ Μακεδόνων πόλει.
Ἣν ἐξ Ὀρέστου φέρουσαν τὴν προσεπωνυμίαν
Ἀδριανὸς δημάμενος ὁ τῶν Ῥωμαίων κράτωρ
Τὴν κλῆσιν ἐχαρίσατο τῇ πόλει τὴν ἰδίαν.
Οἱ δὲ γονεῖς καὶ φυτουργοὶ τοῦ καλλικλάδου δένδρου
Οὐ πολυτάλαντοί τινες, ῥυηφενεῖς οὐκ ἦσαν,
Οὐδὲ προβατοθρέμμονες, οὐ πλέθρα γῆς αὐχοῦντες,
Ἀλλ' αὐτουργοὶ, καὶ πένητες, καὶ τῶν χειροβιώτων.
Ὧν ἐκλειπόντων τὴν ζωὴν, καὶ γῆθεν μεταστάντων,
Καὶ τῶν Βουλγάρων ἄρχοντος τοῦ τηνικαῦτα Κρέμου
Ἐπιδραμόντος σύμπασαν τὴν ὑπὸ τοὺς Ῥωμαίους,
Καὶ σκύλων ὑποπλήσαντος αὐτοῦ τὴν στραταρχίαν,
Καὶ σύμπαν νεοτήσιον ἄνθος ἠφανικότος,
Θεμένου δὲ καὶ πλείονας ἐν ἀνδραπόδων μοίρᾳ,
Ἑάλω καὶ Βασίλειος Βουλγάρων ταῖς παλάμαις,
Ὥσπερ στρουθὸς καλλίπτερος πικρῷ δικτυοθήρᾳ.
Τὰς παλαμναίας δὲ φυγὼν βροχίδας τῶν Βουλγάρων
Ἐπέστη πτερυξάμενος αὖθις Ῥωμαίων ὅροις,
Καὶ πρὸς λατρείαν ἑαυτὸν ὡς πένης ἐκμισθώσας,
Καὶ τληπαθήσας καὶ πολλοὺς καμάτους ἀνατλάσας,
Καὶ γνοὺς ὡς εἰς ἀκάρπωτον γῆν τὰ τοῦ πόνου σπείρει,
Ἀφίσταται τῶν προσγενῶν καὶ τῆς ἐνεγκαμένης.
Καὶ πάντα λογισάμενος τἄλλα μικρὰ καὶ φαῦλα,
Ὡς πρὸς σκοπὸν ἐφέρετο τὴν Βυζαντίδα πόλιν.
Ὡς δὲ τῶν πύργων γέγονεν ἐντὸς τῶν καλλιπύργων,
Ἐνταῦθα τὴν εὐμήχανον βουλὴν θεωρητέον,
Ὅπως προκαταβάλληται τὰς ῥίζας τῶν πραγμάτων,
Καὶ πῶς αἰδέσιμον αὐτῇ τὸ βασίλειον χρῆμα.

pollutum stercore, quo abominabile cadaver Imperatoris Copronymi continebatur, extensum toto corpore deponunt. Sed haec audens quidvis manus perpetuo Deum latere non potuit. Quippe malorum machinator poenas luit, & auctor aerumnarum Ignatii scyphum iracundiae divinae hausit. Bardas enim foveam caedis Imperatori fodiens, ipsemet in illam iusto iudicio praeceps corruit; sceleratus autem Photius ille solio patriarchico deturbatus est. Sic nihil omnino divinos oculos fugit; sic Deus superbis mercedem suam tribuit, quemadmodum elegantissima Davidis lyra canit. Ceterum Michaelus Imperator ex aurigationibus voluptatem capiens, saltem apud illos degebat, qui spectaculis ad insaniam usque semet oblectabant, & ipsemet curule certamen peragebat. Quum aliquando quadrigam solerter admodum converteret, hoc nomine laudatus a quodam Basilisco, praedicatorem illum suum non auro, nec gemmis donabat, sed imperatoriam ei sublimitatem largiebatur. Id ubi videret magnus ille Basilius Macedo, qui iam renunciatus a Michaelo fuerat Imperator, inconstantiam hominis veritus, antevertendum celeriter eius conatum statuit. Quapropter craterem letiferum Michaelo miscet, regno per quatuordecim annos potito, ac Imperium occupat. Quippe Michaelus neque masculam, neque femineam sobolem habebat, quod de sententia doctorum hominum, semen proclivium in Venerem minime fecundum sit, nec ad procreationem aptum. Memoriae proditum est, Imperatricem Theodoram, vere animo iudicioque regiam feminam, quum intuita Basilium aliquando esset, huiusmodi verbis Michaelum filium compellasse; videsne virum hunc, Imperator, & fili, praeclarum atque robustum, quem honore tu adficis, & qui perpetuo tecum est? Hic familiam (eheu) nostram draconis in morem absorpturus est, vastaturus, interfecturus, omnino exstirpaturus, tamquam implumes infelicis gallinae pullos. Enimvero pretium operae fuerit, de Basilio pleraque recensere, unde prognatus, & ex quibus fuerit, quosve generis auctores habuerit. Ortus igitur est ex tenui pago, vicino principi clarissimaeque Macedonum urbi, quam prius ab Oreste cognominatam, deinceps Imperator Romanorum Hadrianus ab se instauratam, de suo nomine nuncupavit. Parentes eius nec opulenti erant, nec divitiis abundantes, sed inopes, laboreque manuum suarum victum quaerentes, quibus extinctis, & Bulgarorum principe Crumo ditionem Romanam cum copiis percurrente, suosque milites opimis spoliis conlocupletante, & extincto omni iuventutis flore, multisque in captivitatem redactis, Basilius etiam captus est a Bulgaris, tamquam avicula quaedam praedita venustis alis ab acupe diro. Quum autem e saevis Bulgarorum laqueis evasisset, intra fines Romanorum reversus, ceu pauper operas alias suas pro mercede locabat, in quo vitae genere varias aerumnas

Barda interitus.

Insania Michaeli.

Basilius Macedo imp. an. XIX.

Theodorae praesagium de Basilio.

Origo Basilii.

Orestias deinde Adrianopolis.

Basilius pro mercede servit.

1 Τερευτὴς) Scrib. τηρητής.

2 Εἰπὼν] Scrib. εἰποῦσα.

pertulit, & labores magnos exanclavit. Tandem animadverso, se suos h[illegible]sce labores in sterile solum spargere, propinquis suis relictis e patria discedit, & cetera omnia pro nihilo ducens, recta Byzantium contendit, quum autem urbem pulcras turres habentem ingreditur.

Constantinopolim venit.

Heic mihi consilium artificiosissimum vide, quo pacto radices rerum multo ante iecerit, & quam veneranda res sit imperium. Forte cubabat alicubi consopitus Basilius, non refecto corpore, laceris pannis obsitus, capite convoluto, & tecto. Cubabat autem in pavimento quodam latericio, vicino divini Diomedis aedi.

Visum nocturnum aeditui Sancti Diomedis.

Secundum haec somnium aedituo felix offertur, eumque similiter quiescentem excitat, & Imperatorem intro iubet deducere. Tum de lectulo suo desilit aedituus, & ad fani vestibulum recta descendit; Basilium tenuiter istic dormientem invenit, humi stratum, pedibus illotis, vestibus sordidis, & pannosis obsitum. Itaque pro quodam errore visum hoc oblatum sibi ducit, & inde discedit. Rursus obdormiscenti prius illud visum semet offert, idque vice tertia. Vix tamdem aedituus rem intelligere cepit, Basilium suas in aedes educit, & conveniente cura eum reficit. Erat autem Basilius facie admodum venusta, generosus in primis, manibus giganteis, pectore lato, robustis lacertis praeditus. Itaque ex eo tempore paulatim robur suum manifestum faciens, in ore magnatibus universis erat.

In aulam Basilius pervenit.

Quid multis & supervacaneis verbis opus est? Etiam Michaelo innotuit, ac primo quidem curatoris equorum dignitate cohonestatur; deinde fit adcubitor, quae dignitas apud Romanos ingens est; tamdem creatur Imperator, ex quo iam tempore semper eodem in contubernio cum Michaelo degebat.

Michaelem interficit.

Quumque damnasset eum, ceu vinosum, ac tumulentum, gladio viscera traiecit, & ante tempus imperium rapuit. Initio Photium Ecclesia pellit, & Ignatio thronum restituit. Quumque liberalis in cives pecuniis erogandis esse vellet, perquisitis aerariis, quae prius ingentes pecuniarum copias continebant, quum omnia squalere cerneret, nec hauriri quidquam ex eis posse; dolebat, rem graviter ferebat, inops consilii haesitabat, quid futurum esset ignorabat, undique coarctabatur.

Egens Imperator aquilae seni similis.

Nam egens Imperator, & magnis ab opibus destitutus, reapse nihil est aliud, quam aquila senio confecta, spoliata pariter alis, unguibus, & rostro. Nimirum Michaelus Imperator exhaustis omnibus, & in mimos, collusores, compotores profusis, non gryphes tantum aureos conflaverat;

Platanus aurea conflata.

verumetiam platanum illam, in qua omnis generis aviculae considebant, & non aliter cantillabant, atque si linguas vivas haberent, auditoribus ad earum voces obstupescentibus, machinamque novam, & inusitatam admirantibus. Lubet etiam aliud quiddam lacrimis, & lamentatione dignum exponere.

De horologio Leonis philosophi.

Princeps ille Philosophorum, & infinitis eruditis disciplinis Leo, Theophilo Imperatori, Michaeli patri, plane inusitatum con-

Ὕπνωτε μὲν Βασίλειος οὕτως ἀτημελήτως,
Διεῤῥαγόσι ῥάκεσιν ἐγκεκορδυλημένος,
Οὐκ ἄργυραν οὐδὴ χρυσὸν οἰκόθεν ἐπηγμένος.
Εἰς μόνας δὲ τὰς ἑαυτοῦ παλάμας ἀποβλέπων,
Καὶ ταύτας φέρων ἀφορμὴν τοῦ πολυστόνου βίου.
Ὕπνωττε γὰρ ἐπί τινος λιθοπλινθίνης κλίνης
Ἀγχιθυρούσης τῷ ναῷ τοῦ θείου Διομήδους.
Ἀλλ' ἐπὶ τούτοις ὄνειρος λευκόπτερος ἐπέπτη.
Τὸν νεοκόρον τὸν ἐκεῖ τάχιον ἀφυπνίζει,
Προτρέπει τε συναγαγεῖν ἔνδον τὸν βασιλέα.
Ἀποπηδᾷ τῆς ἑαυτοῦ κλίνης ὁ νεοκόρος,
Ἐπὶ τὸ προτεμένισμα συντόμως βηματίζει,
Καταδαρθάνοντα λιτῶς Βασίλειον εὑρίσκει,
Χαμεύειν, ἀνιπτόποδα, λυπρὸν, ῥακιοφόρον.
Πλάνην νομίζει τὸ φανὲν, ἐκεῖθεν ἀνατρέχει,
Καὶ πάλιν ὕπνος ἔπιπτεν ἐν τοῖς αὐτοῦ βλεφάροις,
Καὶ πάλιν ὄνειρος ὁ πρὶν, καὶ τοῦτον μέχρι τρίτου
Συνῆκε κατεφώρασε μόλις ὁ νεωκόρος.
Ποιεῖται τὸν Βασίλειον ἐφέστιον αὐτίκα,
Καὶ θεραπείας ἀξιοῖ τοῦτον τῆς προσηκούσης.
Ἦν δ' ὁ Βασίλειος καλὸς, γενναῖος, γιγαντόχειρ,
Εὐπάλαμνος, εὐρύστερνος, ἥρος [1], στεῤῥοβραχίων.
Ἐντεῦθεν οὖν τὸ σθεναρὸν κατὰ βραχὺ γνωρίσας
Ἅπασιν ἐπὶ στόματος ἔκειτο μεγιστᾶσι.
Καὶ τὶ μικρὰ καὶ περιττὰ; τῷ Μιχαὴλ ἐγνώσθη,
Καὶ πρῶτα μέν τοι φροντιστὴς τετίμητο τῶν ἵππων,
Ἔπειτα καὶ παράκοιτος, πρᾶγμα Ῥωμαίοις μέγα.
Καὶ τελευταῖον βασιλεὺς καὶ σὺν αὐτῷ διῆγε.
Τοῦ δὲ κρατοῦντος καταγνοὺς ὡς πότου καὶ μεθύσου,
Καὶ κώμαις ἐπιχαίροντος καὶ θεατρομανοῦντος,
Κατὰ τῶν σπλάγχνων τῶν αὐτοῦ διήλασε τὸ ξίφος,
Καὶ τὰ τοῦ κράτους ἥρπασε πρὸ χρόνου πρὸ τῆς ὥρας.
Οὗτος εὐθὺς τὸν Φώτιον ὠθεῖ τῆς ἐκκλησίας,
Καὶ πάλιν ἀποδίδωσι τὸν θρόνον Ἰγνατίῳ.
Θελήσας δὲ καὶ τῷ κοινῷ χρήματα διαδοῦναι,
Καὶ δὴ ἐρευνησάμενος οἴκους χρυσιοφόρους,
Οἵ τινες πρὶν συνέσφιγγον τὰς τῶν χρημάτων λίμνας,
Καὶ βλέψας πάντας αὐχμηροὺς, μὴ δ' αὔπλον εὐ-
τυχοῦντας,
Ἤλγει, βαρέως ἔφερεν, ἤλυεν, ἠδημόνει,
Οὐκ εἶχεν εἴ τι γένοιτο, πάντοθεν ἠπορεῖτο.
Ὁ βασιλεὺς γὰρ ἀπορῶν ὄλβου πολυταλάντου
Ἄντικρύς ἐστιν ἀετὸς παλαίτερος τριγέρων,
Ἀφῃρημένος τὰ πτερὰ, τοὺς ὄνυχας, τὸ ῥάμφος.
Ἐντεῦθεν ὁ Βασίλειος ἤσχαλλεν, ἠδημόνει.
Ὁ κράτωρ γάρ τοι Μιχαὴλ πάντα καταχενώσας,
Καὶ μίμοις χαρισάμενος συμπαίκταις καὶ συμπόταις.
Οὐ μόνον γῦπας δέδωκε χωνείᾳ καταχρύσους,
Ἀλλὰ καὶ τὴν καλλίπρεμνον πλάτανον τὴν χρυσίαν
Ἐφ' ἧς καθῆστο χρύσεα παντοδαπὰ στρουθία,
Καὶ μέλος ἐτιτύβιζον ὡς ἀπὸ ζώσης γλώσσης,
Καὶ τοῖς ἀκούουσιν αὐτῶν ἔκπληξιν ἐνεποίει,
Ἐκθαμβουμένοις τὸ καινὸν τῆς μηχανῆς ἐκείνης.
Ὃ δὲ καὶ πένθους ἄξιον καὶ θρήνων καὶ δακρύων,
Λέξων ὁ λόγος ἔρχεται καὶ βαρυστοναχήσων.
Ὁ μυριομαθέστατος ἐν βασιλεῦσι Λέων
Τῷ φιλοκάλῳ βασιλεῖ τῷ Μιχαὴλ γενέτῃ
Ἐξαίσιον εἰργάσατο σκεῦος ὡρονομίου,
Δι' οὗ παρεῖχε καθορᾶν τῷ βασιλεῖ καθ' ὥραν
Ἐν μέσοις διατρίβοντι τοῖς βασιλείοις οἴκοις.
Εἴπου τολμᾶται τὶ καινὸν ἐν ἄραψιν ἐν σκύθαις.
Τελοῦντι γοῦν τῷ Μιχαὴλ ποτὲ διφρηλασίας,
Σύρων στρατὸς ἐξορμηθεὶς πρός τινος ἐμηνύθη
Μετὰ βαρείας καὶ σφοδρᾶς καὶ κρυερᾶς τῆς ῥύμης
Ὅπερ ἀκούσας Μιχαὴλ, καὶ δείσας μὴ τὸ πλῆθος
Τοῖς

1 Ἥρος] Scrib. ἥρως.

Digitized by Google

Τοῖς ἀκροαταῖς ταραχθὲν τὸ θέατρον ἐκλείπῃ,
Αὐτίκα τὸ μηχάνημα κελεύει συντριβῆναι,
Φεῦ τῆς σκαιότητος αὐτοῦ! φεῦ τῆς φρενοβλαβείας!
Φεῦ! φεῦ! ὁποῖον θησαυρὸν ἠφάνισε Ῥωμαίων
Ἄνθρωπος ῥυμαρόβιος πότης βοσκηματώδης;

confecerat instrumentum horologii per quod Imperatori agenti in regia singulis horis spectandum exhibebat, quidquid novi vel apud Arabes, vel apud Syros tentatur. Forte Michaelo curules ludos peragenti significatum est a quodam, Syrorum copias domo profectas esse cum impetu gravi, atque vehemente. Qua re Michaelus audita, veritus ne multitudo perturbata hoc nuntio, theatrum desereret, mox ipsam machinam confringi iussit. Heu quanta fuit haec imperitia, quanta dementia; proh qualem Romanis thesaurum perdidit impurus homo, bibax, pecuinus. Et haec quidem satis iam deplorata sunto.

Καὶ ταῦτα μὲν ἀρκούντως μοι τεθρήνηται τῷ λόγῳ.
Ὁ κράτωρ δὲ Βασίλειος ἤδη κατανοήσας
Εἰς γόνυ, φεῦ! ὀκλάσασαν τὴν τῶν Ῥωμαίων τύχην,
Καὶ κινδυνεύουσαν πεσεῖν ἀθλίως ἐπὶ στόμα,
Μᾶλλον δ' εἰπεῖν ἐκλείπουσαν καὶ πνέουσαν τὰ λοῖσθα,
Δεῖν ἔγνω τὴν βασίλειον ἀναλαβεῖν σοφίαν,
Καὶ σῶσαι τὴν παρὰ μικρὸν νεκράν τε καὶ τυμβήρη.
Ἐντεῦθεν κάματοι πυκνοὶ, καὶ μεριμναὶ, καὶ μόχθοι,
Καὶ θώραξ περιστέριος 1, καὶ σιδηροφορία,
Καί πόλεμοι φιλαίματοι, καὶ συνεχεῖς φροντίδες,
Καὶ βίος ἐπασπίδιος, καὶ κόρυθες, λόγχαι,
Καὶ βλέφαρον ὠμόϋπνον σπῶν οὐκ εἰς κόρον ὕπνον.
Ἐντεῦθεν ἀνεσώσατο τὰ πράγματα Ῥωμαίοις,
Καὶ τύχην τὴν γηράζουσαν τὴν ἐκρυτιδωθεῖσαν
Καλὴν τρυφεροπάρθενον εἰργάσατο κορίσκην.
Ἔγνωσαν τότε βάρβαροι θῆρα τὸν πρὶν ὑπνοῦντα
Γενναίως ἐγειρόμενον κατὰ τῶν ἀδικούντων.
Καὶ πάντες ὑποτρέσαντες ἔδυσαν ὀπὰς τρώγλων.
Καὶ πάλιν ὑπερίσχυσεν ἡ τῶν Ῥωμαίων ῥάβδος,
Ἐπεὶ δὲ κλύδωνας φυγὼν Ἰγνάτιος τοῦ βίου
Τοῖς εὐγαλήνοις οὐρανοῦ προσώκειλε λιμέσιν,
Ὁ βαθυγνώμων Φώτιος ἀεὶ διψῶν τοῦ θρόνου,
Καὶ σπεύδων ἐπιτάξασθαι πάλιν τῆς ἐκκλησίας,
Τοῖον δὲ τὸ βαθύτροπον καὶ σκολιὸν τεχνᾶται.
Τῶν ὀνομάτων τὰς ἀρχὰς ἀπολαμβάνει μόνον
Τοῦ βασιλέως τῶν υἱῶν ἀλλὰ καὶ τῆς αὐγούστης,
Καὶ τὸ βεκλὰς συντίθησι, καὶ τοῦτο σαφηνίσας,
Τοῖς τότε σοφιστεύουσι πράγματα προξενήσας,
Ἔδοξεν εἶναι βασιλεῖ μέγας ἐπὶ σοφίᾳ,
Καὶ πάλιν τὸν πολύζηλον ἀπολαμβάνει θρόνον.

Ceterum Basilius Imperator animadverso fortunam Romanam (eheu) pervolutam in genua labascere, iamque illo in periculo versari, ut in os misere conlaberetur, vel rectius, ut loquar, animo quasi defectam, spiritus extremos ducere: regia sibi utendum sapientia statuit, & eius saluti consulendum, quae tantum non esset mortua, iamque sepulcro condenda. Quapropter ex eo tempore nil nisi perpetui labores, sollicitudines, molestiae, thoraces circa pectus, arma ferrea, bella cruenta, galeae, hastae, oculi ad satietatem somno minime recreati. Atque hoc modo rem Romanam restituit, & fortunam imperii iam senescentem, ac rugas contrahentem, rursus instar puellae vegetam, & venustam effecit. Adgnovere eum barbari feram, quae prius sopita, strenue nunc adversus iniuriarum auctores evigilarat. Iccirco territi latebras subiere, potentia Romana rursus invalescente. Quum autem liberatus vitae procellis Ignatius, ad placidos iam caeli portus adpulisset: astutus ille Photius, numquam non throni cupidus, in hoc totus incumbens, ut Ecclesia rursum potiretur, huiusmodi quiddam sane versutum ac pravum molitur. Solas primas litteras nominum Imperatoris, liberorum eius, & Augustae sumit, atque inde Beclas * componit, eoque declarato, quum eius aetatis hominibus litteratis negotii non parum exhibuisset; visus est Imperatori vir esse magnae doctrinae ac sapientiae, ideoque solium ei patriarchicum redditur.

Basilius imperio labascenti succurrit.

Ignatii mors.

* Compositum ex his nominibus: Basilius, idem Constantinus, Leo, Alexander, Stephanus.

Ἀλλ' ἄρα νοῦς ἀκροσφαλὴς πᾶς τοῖς γεγενημένοις,
Καὶ κῆρες σύμφυτοί τινες σύνεισι τοῖς ἀνθρώποις.
Ὁ γὰρ πολὺς τὴν σύνεσιν οὗτος ἐν βασιλεῦσιν
Ὑπό τινων ἐνωτισθεὶς ἀνδρῶν ὀφιοτρόπων,
Οἳ δόλους ὑπορράπτουσι καὶ μηχανοπλοκοῦσι,
Καὶ φίλτατα διχάζουσιν ἀπὸ πατέρων τέκνα,
Ἀπὸ πατρὸς θυγάτριον, ἀπὸ νυμφίου νύμφην,
Οἷος ὁ Σαβανταρηνὸς ἐκεῖνος ὁ δυσδαίμων,
Καθείργνυσι τὸν λέοντα τὸν παῖδα τὸν οἰκεῖον,
Ὡς δῆθεν κατὰ τοῦ πατρὸς βρύχους 2 ἱστάντα φόνου.
Ἄνδρα φιλοσοφώτατον, γνώσεως πάσης πλήρη,
Καὶ πᾶσι τοῖς μαθήμασιν ἐμπαιδοτριβηθέντα.
Ὃν συμφοραῖς κάμινος καὶ τῶν παθῶν χωνεία,
Χρυσὸν ἀπέδειξεν μηδὲν ὑπόχαλκον ἠχοῦντα.
Ἐνταῦθα γόοι καὶ κλαυθμοὶ μητρὸς ποτνιωμένης,
Καὶ δεομένης τοῦ πατρὸς ὑπὲρ υἱοῦ δυστήνου.
Ἀλλ' ἦν ἐκεῖνος ἄτεγκτος ἀμάλακτος ὡς πέτρα,
Καὶ πρὸς στοργὴν τὴν φυσικὴν ἄλλος σκληρὸς ἀδάμας.
Ἦσαν ἐκεῖ θρηνήτριαι καὶ μονῳδοὶ γυναῖκες
Πικρῶς ἀνακλαιόμεναι τὴν συμφορὰν ἐκείνην.
Οἶκος ἐκεῖνος πένθους ἦν καὶ στεναγμάτων οἶκος.
Ἦν καὶ στρουθίον μουσικὸν ἐκεῖ κατὰ τὸν οἶκον,
Ἔνθα πικρὸς ὀλοφυρμὸς καὶ γόος ἐξηχεῖτο,
Ὅπερ

Sed enim mortalium mentes plurimum errant, & naturalia fata quaedam homines comitantur. Nam Imperator hic ceteroqui prudentissimus, a vafris quibusdam hominibus persuasus, qui fraudes nectunt, & machinationes struunt, carissimosque liberos a parentibus disiungunt, a matre filiam, sponsum a sponsa, quorum erat e numero infelix ille Santabarenus, Leonem filium suum in carcerem compingit, quasi qui mortis laqueos patri texeret; quum is revera doctrinae studiosissimus esset, omni scientia copiose instructus, omnibus disciplinis a puero excultus. Atque haec sane calamitatum fornax, & malorum conflatorium, Leonem probarunt auro similem esse, nihil aeris subesse. Hinc orti ploratus, & eiulationes matris fortem filii lamentantis, & apud patrem pro eo deprecantis. Sed erat durus, & instar saxi molliri non poterat; imo aeque parum, ac adamas, ab amore naturali erga filium flectebatur. Adhibebantur mulierculae lamentatrices, quae praeficarum in morem naenias quasdam lugubriter accinerent, & cala-

Santabarenus Leonem patri suspectum reddit.

1 Περιστέριος) Scrib. περιστέρνιος. | 2 Βρύχους] Scrib. βρόχους.

Digitized by Google

Avicula Leonis calamitatem deplorat.

calamitatem Leonis acerbe deplorarent. Domus universa nihil erat aliud, quam luctus. Aderat & canora quaedam avicula, quae frequenter voces illas lamentabiles audiens, & eas edocta, cum mulierculis adolescentem, expresso Leonis nomine, deplorabat. Hanc aviculam quum aliquando Basilius loquentem audiret, ac in ore nomen Leonis ferentem, simulque videret eos, qui aderant, lacrimas profundere; illico de ira nonnihil remittit, durum animum emolliri patitur, reveritus (uti quidem adparet) ne forte natura magis expers esse commiserationis, quam avicula, videretur. Quapropter e carcere filium educit, & paterno mitique vultu adspicit. Moriturus autem hunc ipsum imperio praeficit.

Leo V. Philosophus imp. ann. XXVI.

Quum Leo quodam tempore processum institueret, iamque pervenisset ad Mocii martyris aedem; vir quidam immanis, iis similis, qui malis a geniis agitantur, tam gestibus, quam vultu inconstans, in Imperatorem prosiliens, clava in caput eius impacta, letale vulnus inflixit. Comprehensus autem, coactusque tormentis ad indicationem eorum, quos facinoris conscios haberet: nihil dicere poterat, morbo graviter hominem vexante. Heic quum vir quidam sanctus, quique divino spiritu futura prospiceret, ac variis donis ornatus esset, nomine Marcus, Imperatorem gravi dolore correptum cerneret, existimantem aliquid amplius mali consequuturum: verbis medicinam ei faciens, tamquam mitigante dolorem pharmaco, vaticinium huiusmodi edidit: noli quaeso, Imperator, adpetiisse tibi vitae finem arbitrari, nec animum tuum cogitatio de morte subeat. Nam tibi tam vitae, quam imperii decem adhuc anni caelesti a manu concessi sunt. Haec ille fatus, obticuit. Neque multo post Imperator, & animi dolore liberatus est, & ex vulnere convaluit. Marci quidem vaticinium minime fuisse vanum, eventus comprobavit. Fuere Leoni uxores omnino quatuor, quas ordine duxit, non a libidine victus, sed ingenti procreandae sobolis desiderio, quo liberos ex se natos conspiceret. Tamdem ex quarta & ultima filium purpurigenam genuit, cui nomen Constantini datum. Sed enim hoc Leonis factum Dei ministris absurdissimum videbatur, progredi videlicet Imperatorem quartas ad nuptias, & incorruptam puramque Christi sponsam Ecclesiam polluere. Quamobrem pastorum princeps Nicolaus os aperit, libertatem loquendi usurpat, vatis verbum implet, Dei testimonium coram Regibus exponens, nec minas ullas eo nomine reformidans. Sic Dei metus longe timorem abigit a viris potentia praeditis, & rerum potientibus incussum. Itaque Nicolaus a grege suo, & cathedra pellitur, & solum vertere iubetur; substituitur autem ipsius loco quidam alius, sacrarum rerum peritissimus, qui a teneris unguiculis, & aetate prima solitariam in Olympo My-

Leoni vita longior praedicitur.

Leonis V. uxores.

Nicolaus Patriarcha Leonem reprehendit.

Ὅπερ ἀκοῦον συνεχῶς φωνῶν θρηνητηρίων,
Καὶ τὰς βοὰς ἐκδιδαχθὲν τὰς γοερὰς ἐκείνους
Συνανωλόλυζεν αὐταῖς περὶ τοῦ νεανίου,
Καὶ προὔφερε τὸν λέοντα, συνθρηνεῖν ἐῴκει.
Τούτου ποτὲ βασίλειος ἀκούσας τοῦ στρουθίου
Λαλοῦντος, καὶ τὸν λέοντα φέροντος ἀνὰ στόμα,
Καὶ τοὺς παρόντας ἔνθερμον στάξαντας βλέψαο δάκρυ,
Ἦν δὲ λιπαροτράπεζον εὔοψον δεῖπνον τότε,
Ἐνδίδωσι, μαλάσσεται τῆς σκληρογνωμοσύνης,
Αἰδούμενος ὡς ἔοικε μήπως παρὰ τὴν φύσιν
Ἀσυμπαθέστερος αὐτοῦ φαίνετο τοῦ τρουθίου.
Ἐξάγει τοίνυν τῆς εἱρκτῆς, καὶ πατρικὸν προσβλέπει.
Καὶ τοίνυν ἔτεσιν ὀκτὼ Ῥωμαίων βασιλεύσας,
Καὶ μέλλων τοίνυν τελευτᾶν καὶ καταντᾶν εἰς τύμβον
Εἰς τοῦτον τὸ βασίλειον τὸ κράτος μεταβαίνει.

Τούτῳ ποτὲ τῷ βασιλεῖ πρόοδον ποιουμένῳ,
Κἀν τῷ ναῷ τοῦ μάρτυρος μωκίου γινομένῳ,
Ἐπιπηδᾷ τὶς ἄγριος κατὰ τοὺς δαιμονῶντας
Ἄνθρωπος ἀστατούμενος τὸ σχῆμα καὶ τὸ βλέμμα,
Καὶ ῥάβδῳ κατὰ κεφαλῆς πλήττει πληγὴν καιρίαν,
Καὶ συλληφθεὶς καὶ βιασθεὶς εἰπεῖν τοὺς συνειδότας,
Οὐκ εἶχεν ὅτι φθέγξαιτο, πάθει καὶ γὰρ ὀχλεῖτο.
Ἄνθρωπος δέ τις ἱερὸς πνεύματι θείῳ λάμπων,
Καὶ χάρισι κατάκομος, ὄνομα τούτῳ Μάρκος,
Ἰδὼν βαρυθυμήσαντα δεινῶς τὸν βασιλέα,
Καί τι καὶ πήσεσθαι δεινὸν ἐντεῦθεν οἰηθέντα,
Φάρμακον ἀκεσώδυνον τοῖς λόγοις ἐπιτάττων
Προφητικῶς ἀνέκραγε στόματι καλλιγλώττῳ.
Ὦ βασιλεῦ μηδέπω μοι τὴν τελευτὴν προσδόκα,
Μήδέ σοι καταθύμιος ὁ θάνατος γινέσθω.
Δέκα καὶ γὰρ ἐνιαυτοὶ ζωῆς καὶ βασιλείας
Παρὰ τῆς ἄνωθεν χειρὸς πεφιλοτίμηνταί σοι.
Ὁ μὲν, εἰπὼν ἐσίγησεν, ὁ βασιλεὺς δ' εὐθέως
Καὶ τῆς πληγῆς ἐῤῥάϊσε καὶ τῆς βαρυθυμίας.
Ἡ δὲ τοῦ Μάρκου πρόῤῥησις γέγονεν οὐκ εἰς μάτην,
Οὔτ' ἀλόγως. σὺν τέσσαρσιν ἀλόγοις συνεζύγη,
Οὐχ ἡδονῆς νικώμενος ἀλλὰ διψῶν τεκνῶσαι,
Καὶ παῖδας βλέψαι τῆς αὐτοῦ βλαστήσαντας ὀσφύος.
Ἐκ τῆς τετάρτης τοίγαρ οὖν καὶ τελευταίας κύει
Παῖδα πορφυροβλάστητον τοὔνομα Κωνσταντῖνον.
Ἀλλὰ γὰρ ἀτοπώτατον τοῖς τοῦ θεοῦ προπόλοις
Ἐδόκει τὸ γινόμενον παρὰ τοῦ βασιλέως.
Τὸν γάμον γὰρ ἐπιγαμεῖν τέταρτον, καὶ μολύναι
Τὴν ἄφθαρτον καὶ καθαρὰν νύμφην τὴν ἐκκλησίαν.
Καὶ τοίνυν ὁ Νικόλαος πρῶτος ὢν ἀρχιποίμην,
Καὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν διέπων τηνικαῦτα,
Λαλεῖ, παῤῥησιάζεται, πληρεῖ τὸ τοῦ προφήτου
Λαλῶν θεοῦ μαρτύριον ἔναντι βασιλέων,
Καὶ τὰς ἐκεῖθεν ἀπειλὰς οὐ πτήσσων οὐδὲ τρέμων.
Οὕτως ὁ φόβος τοῦ θεοῦ βάλλει μακρὰν τὸν φόβον,
Τὸν ἐξ ἀνθρώπων δυναστῶν καὶ τὸν ἐκ τῶν κρατούντων.
Ἐντεῦθεν ἐκδιώκεται τῆς ποίμνης καὶ τοῦ θρόνου,
Καὶ δὴ καὶ κατακρίνεται τὰ τῆς ὑπερορίας.
Ἕτερος δ' ἀντεισάγεται πολὺς ἀνὴρ τὰ θεῖα,
Ὃς ἐξ ὀνύχων ἀπαλῶν κἀκ πρώτης ἡλικίας
Ζυγὸν τὸν θεῖον ἐπελθὼν τὸν τοῦ μονήρους βίου
Οἴκησιν ἔσχεν ὄλυμπον τὸν κατὰ τὴν Μυσίαν,
Καὶ χάρισιν ἐξέλαμψε τὸ μέλλον προδηλοῦσαις.
Οὗτος θεοῦ κελεύσαντος ἑνοῖ τὴν ἐκκλησίαν,
Καταχεθεῖσαν εἰς πολλὰς τομὰς καὶ διαιρέσεις
Ἐπὶ παρανομήματι τῷ τῆς τετραγαμίας.
Ὁ δὲ φιλοσοφώτατος ἐν βασιλεῦσι Λέων
Περιπεσὼν ταῖς φυσικαῖς τοῦ σώματος ἀνάγκαις,
Καὶ νόσον 1 χειμαζόμενος κίνδυνον ἐπαγούσῃ,
Ἤδη

1 Νόσον] Scrib. νόσῳ.

Ἤδη πρὸς ἔτος εἰκοστὸν σὺν ἕκτῳ διιθύνας
Τὸ κράτος τὸ βασίλειον καὶ τὴν Ῥωμαίων τύχην,
Καὶ συνιδὼν τὸν θάνατον καὶ τὴν τοῦ σκήνους λύσιν,
Κράτορας ἀνατείκνυται αὐτάνακτας κρατάρχους
Ἀλέξανδρον τὸν ἀδελφὸν καὶ παῖδα Κωνσταντῖνον,
Τοῦτο καὶ μόνον προσειπὼν πνοαῖς ἐν ταῖς ἐσχάταις.
Βλέπω καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ὡς κακοδότην χρόνον
Μετὰ τρὶς καὶ δέκα μηνῶν ἄντικρυς τοῦτο λέγων,
Ὅτι τοσοῦτον ἔσεσθαι τὸ κράτος Ἀλεξάνδρου
Καὶ νῦν ὁ διαπέπτωκεν ὁ λόγος οὐδὲ σφάλλει.
Ὁ γὰρ Ἀλέξανδρος τρυφαῖς ἠσχοληκὼς καὶ πότοις,
Καὶ μόνον τὸν γαργαλισμὸν τοῦ σώματος φροντίσας,
Ἄλλο δ' οὐδὲν κατάξιον τοῦ βασιλέως κράτους
Οὐ δράσας, οὐ φθεγξάμενος, οὐ σχὼν κατὰ καρδίαν,
Ὡς ἄνθος ἔρρευσεν οἰκτρὸν ἐκμαρανθὲν ἡλίῳ,
Καὶ τάχιον ἐξέλιπε νόσοις τακεὶς φθινάσι.
Καὶ Κωνσταντῖνος γίνεται μόναρχος μονοκράτωρ,
Ἔτι παιδίσκος ἁπαλὸς καὶ τρυφερὸς ὑπάρχων,
Καὶ βασιλείας κυβερνᾷν οὔπω τοῦ σκάφος σθένων,
Τῆς γὰρ ἡλικιώσεως ἕβδομον ἦγεν ἔτος,
Ὃ καὶ πολλῶν παραίτιον γίνεται κακοτήτων,
Καὶ θλίψεων ἐπότισεν ἅλμην τὸν βασιλέα.
Εἰ καὶ τὸ τέλος αἴσιον τῶν πειρασμῶν ἀπέβη.
Ὥσπερ γὰρ νομόχευτον ἀρτίφυτον δενδρίον
Μήτε χειμῶνος κρυερὸν ὑπενεγκεῖν ἰσχύον,
Μήτε πνευμάτων προσβολὰς ἀγρίων δυσανέμων,
Μήτε ῥαγδαίους ὑετοὺς, μήτε καυσώδη θάλψιν,
Μὴ χαλαζῶν σφαιρώματα, μήτε κρυστάλλου πῆξιν.
Πνοαὶ ποθὲν βαρυηχεῖς τινες ἐκφυηθεῖσαι,
Ἢ χαλαζῶν πετρώματα νεφόθεν δυσκεφθέντα
Χειμάζουσι καὶ κάμπτουσι καὶ κλίνουσι τὸ γόνυ,
Καὶ καταμωλωπίζουσιν αὐτοῦ τὴν τρυφερίαν,
Καὶ πάντοθεν προσβάλλουσιν ὡς ἐν πολυαρκίᾳ 1,
Φιλονεικοῦσι τὸ φυτὸν προθέλυμνον ἐκτρίψαι.
Ἂν δὲ τὰς ζάλας δυνηθῇ φυγεῖν τὰς κακοπνόους,
Καὶ τῶν χειμῶνα τὸν βαρὺν καὶ τὴν ἐκεῖθεν βίαν,
Γίνεται δοκιμώτερον ἅτε πολλὰ παλαῖσαν,
Καὶ χειμασθὲν πικροποιοῖς καὶ κακωτρίαις ὥραις.
Αὐτὸν 2 γὰρ ἀνεμοτρεφὲς καὶ γυμνασθὲν ἀνέμοις
Πολύ τι τὸ στερέμνιον ὥς φασι φύσει φέρει.
Οὗτος κἀκεῖνος ὁ βραχὺς τὴν ἡλικίαν ἄναξ,
Ὁ παῖς ὁ πορφυρόφυτος Λέωντος Κωνσταντῖνος
Μόλις ποτὲ μετὰ μακροὺς ἡλίου περιδρόμους
Τῶν συμφορῶν ὑπενεγκὼν τὰς ἀλλεπαλληλίας,
Καὶ πειρασμῶν ἐπαγωγὰς, καὶ θλίψεις δακεθύμους,
Σύνεσιν ἐκαρπώσατο πολλῷ παγιωτέραν,
Ὥσπερ ναυάτης κυκηθεὶς πολυκυμίαις ζάλαις,
Καὶ μόλις εἰς εὐγάληνον λιμένα καταντήσας.
Πρῶτα μὲν γὰρ ὁ καρτερὸς ἐκεῖνος Κωνσταντῖνος,
Ὃν σχεῖν γενέτην λέγουσιν Ἀνδρόνικον τὸν Δοῦκαν,
Χεῖρα πολλὴν συναγαγὼν εὔοπλον ἐσταλμένην
Ἀθρόον ἐπιτίθεται τῷ πορφυροβλαστήτῳ,
Τῆς νηπιότητος αὐτοῦ πάντα καταφρονήσας.
Ἀλλὰ ψευδὴς ὡς ὁ Δαβὶδ ψάλλει πρὸς σωτηρίαν
Ἵππος ἀψαύχην 3 εὔσκαρθμος πτηνώπους φρυγματίας.
Κἀκεῖνος γὰρ ἐκσφαιρισθεὶς τῆς ἕδρας τῆς ἱππείας
Πίπτει πρὸς γῆν κατενεχθεὶς καὶ παρευθὺ τὸ ξίφος
Γένεται τούτου τῶν σαρκῶν καὶ βάπτεται τῷ φόνῳ.
Ἄρτι δὲ τούτου τοῦ δεινοῦ χειμῶνος παρελθόντος,
Ἕτερος ὑπαγείρεται βαρύτερος ἐκείνου,
Πολλῷ τοῦ πρὶν πικρότερος καὶ τῆς προτέρας ζάλης.
Ὁ γὰρ Φωκᾶς ὁ Μάγιστρος, ὄνομα τούτῳ Λέων,
Ἀνὴρ μεγέθει σώματος καὶ ῥώμῃ διαπρέπων,
Καὶ πᾶσαν τότε πιστευθεὶς Ῥωμαίων στρατραρχίαν,
Ἰδὼν

po Mysiae monte vitam egerat, & dono vaticinandi praeditus erat. Hic de mandato divino Ecclesiam ad unitatem reduxit, multipliciter distractam ac divisam, propter delictum Leonis, quartas ad nuptias progressi. Quum autem Leo doctissimus Imperatorum morbo correptus periculum minitante administrato iam per vigintisex annos Romanorum imperio, mortem imminere sibi animadverteret; Alexandrum fratrem, & Constantinum filium, Imperatores creat, hoc solo in extremis respirationibus pronuntiato. Alexandrum etiam (proh parcum malignumque tempus) post tredecim menses exactos video. Volebat autem significare, regnum Alexandri tantillum temporis duraturum: quae sane Leonis vox minime vana aut fallax fuit. Nam Alexander voluptatibus avocatus & compotationibus nimium indulgens, & corporis tantum titillationibus deditus, nec ulla re tanto Imperio digna vel opere, vel verbis perfecta, vel animo denique concepta, ceu flos solis efficacitate marcescens extinctus est, & a morbis celeriter absumtus. Itaque solus mortuo Leone imperium Constantinus obtinuit, aetatis adhuc tenerae puer, qui imperii gubernationi parum aptus esset, annis immaturus, annos scilicet id temporis septem modo natus: quae res multis etiam malis occasionem praebuit, mirificeque imperatorem adflixit, tamenetsi felicem exitum procedente tempore habuerit. Quemadmodum enim arbor recens plantata, quae propter teneras adhuc radices frigidam hiemem perferre nondum potest, neque ventorum saevissimos impetus, neque imbres vehementiores, nec aestus fervidus, nec grandinem tempestatesque volantes tolerare, si ab ortis alicunde ventis aut grandine vexata, nihilominus vim eorum graviorem effugiat & evadat illaesa, multo fit exploratior quum arbor a ventis & sole exercita plurimum a natura roboris habere perhibeatur: Sic etiam Constantinus hic, Leonis filius in prima pueritia consequutus imperium, posteaquam vix multis elapsis annis de continuis calamitatibus, aerumnis, adflictionibus evasisset, prudentiam longe solidiorem ceu fructum quemdam nactus est, instar nautae gravibus procellis iactati, & vix tamdem tranquillum in portum delati. Nam primum fortissimus ille Constantinus, quem natum aiunt Andronico Duca patre, magna manu coacta praeclare armatorum hominum, imperatorem subito invasit, puerili nimirum eius aetate contemta. Verum enimvero fallax res est, uti Davides canit, ad salutem equus ferox, agilis, volucer, fremens. Quippe Constantinus etiam de sella equestri excussus, in terram praeceps corruit, & gladio protinus confossus est. Ubi vix gravis illa tempestas praeteriisset, alia longe gravior exorta fuit. Etenim Leo Phocas, dignitate Magister, vir proceritate corporis ac robore insignis, cui Romani exercitus omnes erant

Alexander II. cum Constantino VII. imp. ann. I.

Vaticinium Leonis.

Constantinus VII. purpurigena, imp.

Constantinus Andronici F. Ducas, imperium adfectat.

Leonis Phocae motus.

1 Πολυαρχίᾳ) Scrib. πολιορκίᾳ.
2 Αὐτὸν) Scrib. αὐτό.
3 Ἀψαύχην) Scrib. ὑψαύχην.

erant crediti, quum receptum ab imperatore videret Romanum Lacapenum seniorem re navalis Drungarium; iam olim tyrannidem parturiens, impetuque propterea repressso, quod necdum se offerret occasio, tum demum opportunitatem nactus (uti quidem arbitrabatur) commodum foetum illum suum in lucem edidit, & viperam enixus est: quique iamdiu scintillam animi male adfecti apud se nutrierat, tunc rogum accendit camini igne stridentis. Etenim prae se ferens omnia nomine imperatoris ab se subspici, & eius ad utilitatem referri, qui a Romano artificiose ac astute circumscriptus esset: copias undique coegit & instruxit, Lycaonia, Thracia, Colchide, Iberia, Pamphylia, Mysia, Syria, Cilicia, numero maris arenas aequante, quo continebantur milites egregie strenui, armati praeclare, ignem in praeliis spirantes, viros pugna stataria praestantes. Hinc ad Chrysopolim castra metatur, sitam e regione Constantinopolis (quamquam non peccaverit qui urbem illam Vranopolim, hoc est, urbem caelestem cognominaverit) & campos viris bellicosis replet. Totum eius regionis solum ex hastarum aere fulgebat, galeae resplendebant, scuta sonum efficiebant, aer ab hastarum cuspidibus coruscabat. Aderant milites scutati, aderant sagittarii, equites, loricati, universis ferrum gestantibus. Vel ipsis gigantibus eiusmodi castra formidini fuissent. Leonem autem cupidum regni contra imperatorem omnia fuisse molitum, obscurum esse demum haud potuit. Id quidem temporis Romanum occasionis loco nactus, adversus eum se bellum gerere simulabat, & copiis amplissimis instructus, nefarie vulpinam adsuebat, leonina pelle non prorsus ad omnia semet extendente. Quippe Romanus senior, classis praefectus, ideoque non exigua potestate praeditus, animadverso, Imperii statum hinc & illinc fluctuare ceu navim, quam hybernae tempestates gravissimae succutiunt, adeoque res Romanas collabi misere, uti quae in tenerae admodum aetatis manu sitae forent: in amicitiam eorum imperatoris ministrorum & cubicularium semet insinuat, qui praecipua complecti benevolentia imperatorem viderentur. Cum his communicatis occultis consiliis, reque deliberata, & fraudulenter instructa, tyrannidem aperta vi moliri se simulabat, & ad invasionem eius classem universam abducere. Quo factum est, ut rumor dirus in aulam deferretur, & universi gravissimo terrore percellerentur. Donec tamdem rerum humanarum vicissitudo, quae omnia solet immutare, Romanum ad aulam imperatoris traduxit, velut ad tramquillum quemdam portum. Nam imperator a praecipuis consiliariis suis, vel potius insidiatoribus persuasus, Romanum tamquam amicum suum ad familiaritatem admittit, eumque tam vitae, quam imperii sui custodem ac defensorem renuntiat: crocodilus scilicet trochilum, pin-

Quas caussas Leo praetexuerit.

Ipsa belli caussa.

Ἰδὼν προσλαμβανόμενον παρὰ τοῦ βασιλέως
Τὸν γέροντα τὸν Ῥωμανὸν τὸν ἀπὸ τῆς Λακάπης,
Τοῦ ναυτικοῦ δρουγγάριον ὄντα τὸ τηνικαῦτα,
Καὶ πάλαι μὲν τὴν ἔκφυλον ὠδίνων τυραννίδα,
Καὶ σκευωρῶν καθ' ἑαυτοῦ τὰ τῆς ἀποστασίας,
Ὅμως ἐπέχων τὴν ὁρμήν, οὐ γὰρ καιρὸς ἐκάλει,
Τότε καιροῦ δραξάμενος ὡς ᾤετο προσφόρου
Ἐξέρρηξε τοῦ τοκετοῦ τὸ βάρος τοῦ δυσόχου,
Κἀκ τῆς γαστρὸς τὴν ἔχιδναν ἐξήνεγκεν εἰς φάος.
Καὶ τρέφων πάλαι παρ' αὐτῷ σπινθῆρα δυσμενείας
Τότε πυρὰν ἐξέκαυσε καμίνου πυριβρόμου.
Καὶ τοίνυν προσποιούμενος ὑπὲρ τοῦ βασιλέως
Πάντα σπουδάζειν καὶ ποιεῖν καὶ συμφέροντος τούτῳ.
Ὡς δὴ παρὰ τοῦ Ῥωμανοῦ καταστρατηγηθέντος
Ὁπλίζεται μετὰ στρατοῦ ῥυέντος πανταχόθεν
Ἐκ Λυκαόνων, ἐκ Θρακῶν, ἐκ Κόλχων, ἐξ Ἰβήρων,
Ἐκ Παμφυλίων, ἐκ Μυσῶν, ἐκ Σύρων, ἐκ Κιλίκων,
Καὶ φάλαγγας συνηθροικὼς ὅσον θαλάττης ψάμμον,
Ἄνδρας γενναίους μαχητὰς πάντας ἀγκυλοτόξους,
Πῦρ ἐν πολέμοις πνέοντας, ἄνδρας ἀγχεσιμάχους,
Καταστρατοπεδεύεται παρὰ τῇ Χρυσοπόλει,
Τῆς Βυζαντίδος πόλεως κατέναντι κειμένης,
Ἣν Οὐρανόπολιν εἰπὼν οὐκ ἄν τις διαμάρτῃ.
Καὶ πίμπλησιν ἀρεϊκῶν ἀνδρῶν τὰς πεδιάδας,
Καὶ πᾶσαν γῆν κατάχαλκον, ἀπήστραπτον αἱ λόγχαι
Ἐπέλαμπον αἱ κόρυθες, ἀσπίδες ἐπατάγουν,
Ἀὴρ ἐπυραυγίζετο ταῖς ἐπιδορατίσιν.
Ἦσαν ἐκεῖ χρυσάσπιδες, ἦσαν φαρετροφόροι.
Ἔφριξαν ἂν καὶ γίγαντες παρεμβολὴν τοιαύτην.
Αὐτὸς μὲν ἐν βασιλέων καὶ κατὰ τοῦ κρατοῦντος
Πάντα τυρεύων καὶ ποιῶν οὐκ ἔλαθεν εἰς τέλος.
Τότε δὲ τέως πρόφασιν τὸν Ῥωμανὸν εὑρίσκων
Προσεποιεῖτο κατ' αὐτοῦ τοῦ Ῥωμανοῦ στρατεύειν,
Καὶ τηνικαῦτα συγκινεῖν φάλαγγα στρατευσίμην,
Προσράπτων τὴν ἀλωπεκὴν ἄγαν κακομηχάνως,
Οὐ πάντη γὰρ τὴν λεοντῆν εἶχεν ἐφικνουμένην.
Ὁ γέρων γὰρ ὁ Ῥωμανὸς τοῦ ναυτικοῦ κατάρχων,
Κἀντεῦθεν περικείμενος ἰσχὺν οὐ τὴν τυχοῦσαν
Ἰδὼν περιφερόμενον δεινῶς τῇδε κἀκεῖ τὸ κράτος,
Καὶ κυμαινόμενον δεινῶς ὡς ναῦς ἀστατουμένη,
Ἣν ἄελλαι χειμέριοι στρέφουσι καὶ δονοῦσι,
Καὶ καταιγίδες ἄγριοι καὶ στρόφοι πνευματώδεις,
Καὶ τὰ Ῥωμαίων πίπτοντα φύρδην καὶ κακοπότμως
Ἅτε χερσὶ κρατούμενα παιδίου νηπιάχου,
Τοῖς κράτορος ὑπέρχεται πρὸς πόλεις [1] καὶ προσκοίτους,
Εἴπερ καὶ μᾶλλον εὐνοεῖν εὐδόκουν τῷ κρατοῦντι.
Καὶ κοινωσάμενος αὐτοῖς βουλὰς κρυφιωτέρας,
Καὶ συσκεψάμενος αὐτοῖς καὶ συνδολοπλοκήσας,
Καὶ μηχανὰς παντοδαπὰς πορφύρων βαθυπλόκους
Ἐσχηματίζετο τολμᾶν βιαίαν τυραννίδα,
Καὶ πᾶσαν φέρειν καὶ πτεροῦν πρὸς τοῦτο στολαρχίαν
Ὡς θροῦν ἐντεῦθεν ἄγριον κακόθρουν κυματίαν
Ἐπικύπτειν καὶ σμαραγεῖν ἐπὶ τῶν βασιλέων,
Καὶ πάντας κατασείεσθαι τῷ κλύδωνι τοῦ δέους,
Ἕως ἡ πάντα στρέφουσα παλίπνοια τοῦ βίου
Προσώκειλε τὸν Ῥωμανὸν αὐλαῖς τῶν ἀνάκτων
Ὡς ἐν ἀγκάλαις γαληναῖς ὅρμων ἀλλ' ἐξ ἀνέμων [2]
Τοῖς πρωτοβούλοις [3] γὰρ πεισθεὶς ἢ μᾶλλον ἐπιβούλοις
Ὁ βασιλεὺς τὸν Ῥωμανὸν ὡς φίλον οἰκειοῦται,
Καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀρχῆς φύλακα καθιστᾶναι,
Εἴπῃ τις ἂν οὐκ ἀφυῶς οὐδ' ἂν ἀχαρίτως,
Τροχίλον ὁ κροκόδειλος, ἢ πίννα τὸν καρκῖνον.
Ὁ τοίνυν Λέων ὁ Φωκᾶς, οὗ πρότερον ἐμνήσθην,
Τὸν Ῥωμανὸν κατάρχοντα βλέπων τοῦ βασιλέως,
Καὶ

1 Πρὸς πόλεις) Scrib. προπόλους.
2 Ἀλλ' ἐξ ἀνέμων) Scrib. ἀλεξανέμων.
3 Πρωτοβούλεις) Scrib. πρωτοβούλοις.

Digitized by Google

Καὶ φέροντα ϗ στρέφοντα ὡς τὸ δοκοῦν ὡς δοῦλον
Τὸν ἄνακτα τὸν ἁπαλὸν ὄρτηκα τῆς πορφύρας,
Ἐσκέπτετο καθαίνεσθαι δῆθεν ὑπὲρ ἐκείνου,
Καὶ τὸν στρατὸν εἰς ἄμυναν ἄγειν εὐνοίας νόμῳ.
Τὸ δ' ἀληθὲς ἐφ' ἑαυτὸν ἐφείλκετο τὸ κράτος.
Ἀλλ' ὁ δρασσόμενος σοφοὺς ἐπὶ ταῖς πανουργίαις,
Καὶ στρέφων διαβούλια, ϗ τὰ κρυπτὰ γινώσκων,
Τὰς μηχανὰς τοῦ Λέοντος εἰς τοὐναντίον τρέπει,
Καὶ λύκος μάτην ἐγχανὼν ὁ Λέων ἐγνωρίσθη.
Ταῖς γὰρ βουλαῖς τοῦ Ῥωμανοῦ πειθόμενος ὁ κράτωρ,
Γραφὴν ἐρυθροσήμαντον πρὸς τὸν στρατὸν ἐκπέμπει,
Κατηγοροῦσαν τῷ Φωκᾷ πρόδηλον τυραννίδα,
Τῷ Ῥωμανῷ δὲ τἀγαθὰ προσεπιμαρτυροῦσαν.
Ἐντεῦθεν φύρσις τῷ στρατῷ κακόχαρτος ϗ ζάλη,
Καὶ κολιὸς 1 ξενόπτερος ἦν ὁ Φωκᾶς ὁ Λέων.
Τὴν γὰρ γραφὴν τοῦ κράτορος οἶμαι δυσωπηθέντες,
Ἔφυγον πάντες ἔρημον τὸν ἄθλιον λιπόντες.
Ζωγρεῖται τοίνυν ὁ Φωκᾶς ϗ σβέννυται τὰς κόρας,
Καὶ λύχνους τοὺς τῶν ὀφθαλμῶν τυφλότητι ζοφοῦται,
Καὶ πάλιν ἦν ὁ Ῥωμανὸς ἄγων ϗ φέρων πάντα.
Πλὴν ἀλλ' ὡς μήτηρ πιστευθεὶς τὴν φυλακὴν τοῦ νέου
Αἴφνης ἐφάνη μητρυιὰ δύσνους ἀντ' εὐνοούσης,
Καὶ τοῦτο τὸ λεγόμενον ἀποσοβῶν τοὺς λύκους,
Ἵνα τὸ πρόβατον αὐτὸ σπαράττῃ ϗ τοινᾷτο.
Ὁ μὲν γὰρ ἄναξ Ῥωμανὸν εὔνουν νομίσας εἶναι,
Καὶ κηδημόνα τῆς ζωῆς, καὶ τηρητὴν τοῦ κράτους,
Πρῶτα μὲν Μάγιστρον τιμᾷ μέγαν ἑταιρειάρχην,
Εἶτα τῇ δόξῃ προσθεὶς ἄλλην μείζονα δόξαν,
Καὶ πρὸς ἀκρώρειαν ὑψῶν ἐκ τῶν χθαμαλωτέρων,
Πατέρα ϗ προφύλακα ποιεῖ τῆς βασιλείας.
Καὶ πλέον ἐφελκόμενος τὸν Ῥωμανὸν εἰς φίλτρον.
Ἐχέγγυα προγάμια νέμει τῇ τούτου κόρῃ.
Ἤδη δὲ γαμοδαίσια μέλλων τῆς νύμφης θύειν,
Καὶ τὸν γυναικοπάτορα κράτορος στέφει στέφει.
Ταῦτα μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς εἰς Ῥωμανὸν ἐποίει,
Ἐκεῖνον ἐφελκόμενος ὡς ᾤετο πρὸς φίλτρον.
Ὁ δὲ βαθύνους Ῥωμανὸς πολλὰ δυσοδεμεύσας 2,
Καὶ κρατυνάμενος αὐτῷ πάντοθεν τὰ τοῦ κράτους,
Ὡς βασιλεῖ ὡς ἄνακτι ζεύξας τὴν θυγατέρα,
Ἐκ τοῦ τετρώρου τῆς ἀρχῆς, φεῦ! τῆς παπποπατρῴας
Τὸν πορφυρόβλαστον γαμβρὸν κύμβαχον ἐκδιφρίζει,
Καὶ μόνον χαρισάμενος ὄνομα βασιλείας
Τῷ δυστυχεῖ ϗ δυστυχεῖ αὐτῷ προσλαβομένῳ
Αὐτὸς ἐπιλαμβάνεται τῆς ἡνιοστροφίας,
Καὶ βασιλεὺς ὁ Ῥωμανὸς κἂν ταῖς ἁπάντων γλώσσαις,
Ὁ Κωνσταντῖνος δ' οὐδαμοῦ, τύχη γὰρ ἐνεκότει,
Καὶ κατεκάλυπτεν αὐτὸν ὥσπερ ἀστέρα νέφος,
Ναὶ μὴν εἰς κόρον μεταχὼν τοιαύτης ἀμβροσίας.
Οὐ μέχρι τούτων ἔστηκε τὸ λαιμαργὸν τῆς γνώμης,
Ἀλλ' ὅλον τὸν ἀλλότριον ἄρτον κακῶς ἁρπάσας
Ἐψώμισε τοὺς ἑαυτοῦ, τὸν ἔχοντα τὸν ἄρτον
Καταλιπὼν λιμώττοντα, τοὺς γὰρ ἰδίους παῖδας,
Καὶ Χριστοφόρου τὸν υἱὸν παιδὸς τοῦ πρωτοσπόρου,
Κράτορας ἀνεκήρυξεν ἄνακτας αὐσονάρχας.
Τὸ δέ γε θυμαλγέστερον ϗ μεῖζον εἰς πικρίαν,
Καὶ τῶν ὀστῶν ἁπτόμενον αὐτὸν ϗ τῆς καρδίας,
Ἐπίπροσθεν ἐτίθετο πάντας τοῦ Κωνσταντίνου
Ἐν ταῖς ἀνακηρύξησιν, ἐν γράμμασιν, ἐν θρόνοις,
Ἦν οὖν μυριοκέφαλος ἐν βασιλείοις ὕδρα,
Καὶ λήϊον ἀνέβαινεν ἄντικρυς βασιλέων,

pinna cancrum. Nam ita non inepte nec ineleganter quis de hoc facto pronuntiaverit. Itaque Leo Phocas, cuius mentionem modo faciebamus intellecto, Imperatorem a Romano regi ceu mancipium quoddam: prae se ferebat, quasi eam rem moleste ferret, animoque benevolo copias eius defendendi causa secum abduceret: quum reapse imperium sibi quaereret. Sed enim is, qui callidos in versutia sua capit, & consilia invertit, secretaque cognoscit, molitiones Leonis in contraria vertit, ideoque Leo frustra rem adgressus, hianti lupo similis factus est. Nam Romani consiliis obtemperans Imperator, litteras rubrica subscriptas ad exercitum mittit, quibus apertam Phocae tyrannidem accusabat, & egregium Romano testimonium perhibebat. Tum vero magna inter milites oriri perturbatio, & Leo Phocas mox graculus ille plumis alienis ornatus fieri. Quippe universi litteras imperatorias (ut arbitror) reveriti, misero Phoca deserto aufugiebant. Venit ergo vivus in hostium potestatem, & oculis spoliatur. Ex eo tempore cuncta per Romanum administrari, qui recepta in se iuvenis custodia, tamquam si mater eius esset, subito se novercam hostilem probabat: & (quod proverbio dici consuevit) lupos terrebat & abigebat, ut ovem ipse dilaniaret ac devoraret.

Astutum Romani consilium.

Leonis excaecatio.

Imperator enim ratus cupere sibi Romanum quam honestissime, adeoque virum illum Imperii sui patronum & conservatorem esse: primo Magistrum creat, & magnum societatis praesidem. Deinde huic dignitati maiorem aliam adiiciens, deque humili conditione Romanum ad verticem rerum evehens, patrem & custodem imperatoris nuncupat. Denique arctiori amoris vinculo sibi hominem adiungens, sponsalia cum eius filia contrahit: iamque nuptias celebraturus, socerum imperatoria corona redimit. Haec imperatoris erant in Romanum beneficia, quibus eum se putabat ad amorem sui excitaturum. At occulto praeditus animo Romanus, multa suo corde tegens, & ab omni parte sibimet imperium stabiliens, ut qui iam imperator esset, ac imperatoris socer: natum in Purpura generum tamdem avito patritoque imperio deiicit, & solo imperatoris illi nomine relicto, gubernationem universam in se transfert. Itaque Romanus imperator omnibus erat in ore, Constantinus nomine: cui scilicet adversaretur fortuna, quemque non aliter obscuraret, atque nubes stellam occulere solet. Quinetiam Romanus hac ambrosia fruens ad satietatem usque, nequaquam hic animi sui libidini modum statuere volebat: sed alieno pane toto quasi praerepto suos pascebat, esurire cogens illum ad quem is reapse pertinebat. Filios enim suos, & cum eis Christophorum ex primogenito nepotem, imperatores renuntiavit: quodque dolorem gignere maiorem posset, ipsumque cor & ossa penetrare, tam in praeconiis publicis, quam litteris & consessibus, omnes ante Constantinum collocabat. Quo fiebat, ut hydra multorum capitum esset in regia, quasique seges imperatorum

Ingratitudo Romani erga imperatorem.

Romanus Lacapenus imp.

Romanus filios & nepotem imperatores creat.

1 Κολιὸς] Scrib. κολοιός.

2 Δυσοδεμεύσας] Scrib. βυσσοδομεύσας.

Digitized by Google

haud aliter enasceretur, atque olim satos illos terrigenas provenisse fabulae perhibent, hominibus ex draconis dentibus, qui sparsi fuerant in terram, ortis. Misera vero purpurae spica in horum medio premebatur, quemadmodum a spinis rosam suffocari videmus.

Ὡς τοὺς σπαρτοὺς τοὺς γηγενεῖς ὁ μῦθος ἀναπλάττει
Πλασθέντας ἀπὸ δράκοντος ἄνδρας ὀδοντοφύτους,
Καὶ μέσον ἦν ὁ τληπαθὴς τῆς ἁλουργίδος στάχυς
Ὡς ῥόδον συμπνιγόμενον ἀκάνθαις ὀξυκέντροις.

Romanus imperium tum suis amittit.

Quum autem omnia Romanus iam satis se muniisse crederet, ac aedificii Semiramidis fundamenta iecisse, vel quamdam quasi Chalanes turrim a gigantibus exstructam, ex asphalto condidisse: collapsus in occiput etiam tergum fregit, imperioque deiectus miser in praeceps corruit. Quippe Constantinus ubi virilem aetatem attigisset, qua prudentiae fax in homine collucere solet, viris bonis in consilium adhibitis, uti nimirum Hercules Iolaum, Theseus sibi Pirithoum adiunxit; serpentina hydrae capita resecuit, & satis illis terrigenis inter se commissis effecit, ut alter alteri mutuum exitium adferret. Deinde densa & caliginosa nube pulsa, radios imperii puriores emittit.

Ἀλλ' ὅτε πάνθ' ὁ Ῥωμανὸς ἔφθη κατοχυρώσας,
Καὶ τεῖχος Σεμιράμιδος ἄντικρυς κρηπιδώσας,
Καὶ πύργον γιγαντόχαρτον χαλάνης ἀσφαλτώσας,
Τότε πεσὼν ἐπὶ βρεχμὸν, καὶ νῶτα κατεάγη,
Καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκκυλισθεὶς τάλας ἐταρταρώθη.
Ὁ γὰρ πορφυροβλάστητος κύτάναξ Κωνσταντῖνος
Ἤδη φριγώσης ἐπιβὰς ἀνδρώδους ἡλικίας,
Ὅτε πυρσὸς φρονήσεως ἄνθρωπος 1 ἐπιλάμπει,
Προβόλους προλαβόμενος ἄνδρας ἀγαθοτρόπους,
Ὡς Ἡρακλῆς Ἰόλεων, ὡς ὁ Θησεὺς Πειρίθουν,
Τὰς ὀφιώδεις κεφαλὰς τῆς ὕδρας ἐκθερίζει,
Καὶ πρὸς ἀλλήλων τοὺς σπαρτοὺς πεσεῖν παρασκευάζει.
Τὸ δὲ παχὺ καὶ θολερὸν ἀποῤῥαπίσας νέφος
Καθαρωτέρας ὁ αὐτὸς ἀκτῖνας ἀποστίλβει.

Filii parentem regno deiiciunt.

Primum igitur Romanus, iam senio confectus; longo tempore potitus imperio, totis nimirum XXV. annis, omnibus sibi per munera beneficiaque devinctis, a suismet filiis raditur, & throno deiicitur, non aliter, atque priscus ille Saturnus a Iove regno spoliatus fuisse fertur. Quo facto, Constantinus imperator natus in Purpura filios Romani longe nequissimos comprehendit, & quamdam in insulam relegavit.

Filiorum relegatio; & Constantini solius imperium an. V.

Πρῶτα μὲν οὖν ὁ Ῥωμανὸς ἤδη πρὸς γῆρας φθάσας,
Ἤδη τριγέρων γεγονὼς κατὰ τοὺς μακρογήρως,
Καὶ πλεῖστον μὲν διηνεκῶς ἐπὶ τῷ κράτει χρόνον,
Καὶ πέντε πρὸς τοὺς εἴκοσι χρόνους σκηπτοκρατήσας,
Πάντας πτηνηρώσας δωρεῶν, καὶ πάντας εὖ ποιήσας,
Ὑπὸ τῶν παίδων ἑαυτοῦ ῥιπτάζεται τοῦ θρόνου,
Καὶ τρίχας ἀποκείρεται τὰς πρὶν στεφοκοσμήτους,
Εἴποι τις ἂν ὑπὸ διὸς ὁ πρεσβυγένης κρόνος.
Εἶτα τοὺς παῖδας Ῥωμανοῦ τοὺς κακεντρεχεστάτους
Ὁ πορφυρόρτηξ συλλαβὼν ὁ κράτωρ Κωνσταντῖνος
Ἐξοστρακίζει τέμενος ἀθρόων 2 νησιώτας.

Atque hoc primum tempore vidit imperium, anui simile, tamquam puellam auro luxuriantem, & uniones gestantem, eleganti vestitu fulgere; sibique tum adridere, tum familiariter adesse.

Καὶ τότε πρῶτον ἔβλεψε τὴν γραῦν τὴν βασιλείαν
Ὡς κόρην χρυσοπάταλον, ὡς μαργαροφοροῦσαν,
Ὡς ἁβροχίτωνα τερπνὴν, ὡς τρυφερευομένην,
Καὶ προσγελῶσαν παπυρὸν καὶ προσλαλοῦσαν τούτῳ,
Καὶ συνιοῦσαν νυμφικῶς ἐπὶ παιδαγονίᾳ.

Bardam Phocam exercitibus praeficiebat; creatum Scholarum [ut Romani loquuntur] Domesticum: Basilium vero eunuchum, qui Lacapeni filius naturalis erat, Accubitorem fecit, & imperatorii lecti custodem. Extincto autem propter senectam in Barda fervore, quem praelia poscunt, & impetu celeri ad res gerendas, in Nicephorum Phocam copiarum gubernationem transtulit, hoc est, a leone in eius catulum. Nactus eam felicitatem, ut filium ex se atque Helena Romani filia natum videret, eum ipsum Romanum adpellavit. Vbi iam adolevisset, ac pubes factus esset, uxorem ei dedit: ex quo filii coniugio nepotem vidit Basilium, principem longe victoriosissimum. Tamdem exactis in imperio quinque annis, absque socio & perturbatione, vitae finem facturus, Romanum filium imperatorem renuntiat. Is vero potestatem universam malis & imbellibus eunuchis tradens, capiendis feris & venando miserandus occupabatur.

Nicephorus Phocas.

Romanus II. purpurigena, imp. an. XIV.

Οὗτος τὸν Βάρδαν τὸν Φωκᾶν στρατάρχην καθιστάνει,
Ὃν τῶν σχολῶν Δομέστικον εἴποιεν ἂν Ῥωμαῖοι.
Τομίαν δὲ Βασίλειον ἕνα τῶν ἀποσκόπων 3
Φυέντα τῷ Λακαπηνῷ σκοτίων ἐκ σπερμάτων
Παράκοιτον καὶ φύλακα τῆς βασιλείου κλίνης.
Ἐπεὶ δ' ὁ Βάρδας ἔσβεστο τὴν πρὸς τὰς μάχας θέρμην,
Καὶ τὴν ὀξύῤῥοπον ὁρμὴν, ἔψυχε γὰρ τὸ γῆρας,
Εἰς Νικηφόρον τὸν Φωκᾶν τὴν στρατάρχιαν τρέπει,
Εἴποι τις ἂν ἐκ Λέοντος εἰς τὸν ἐκείνου σκύμνον.
Υἱὸν δ' ἰδεῖν εὐτυχηκὼς ἰδίας ἐξ ὀσφύος,
Ὡς 4 ἐξ Ἑλένης Ῥωμανοῦ τῆς θυγατρὸς ἐξέφυ,
Κατονομάζει Ῥωμανὸν ἐλάσαντα δ' εἰς ἥβην
Καὶ γαμετῇ γὰρ ζεύγνυσι, καὶ βλέψας υἱοῦ γόνον
Βασίλειον τὸν μέγιστον ἐπὶ τροπαιουχίαις,
Καὶ βρέφος ἐπαγγέλιον βαστάσας τὸ τοιοῦτον,
Καὶ πέντε χρόνους μετασχὼν τοῦ κράτους ἀθολώτου,
Καὶ μέλλων ἀπολύεσθαι τῶν φυσικῶν συνδέσμων,
Αὐτάνακτα καθίστησι τὸν Ῥωμανὸν τὸν παῖδα.
Ἀλλ' οὗτος ἅπασαν ἰσχὺν ἅπασαν δυναστείαν
Κακοῖς καὶ μικρογνώμοσιν ἀνθρώποις ἐπιτρέψας,
Θήρας αὐτὸς ἐφρόντιζε καὶ κυνηγετημάτων,
Καὶ δαιμονίας ἔχασκε πρὸς τὰς κυνοδρομίας.

Nicephori Phocae res contra Saracenos gestae.

Hoc imperante Cretam insulam Arabes ceperunt, & receptaculo in ea firmo collocato, mare passim infestum praedis agendis reddebant. Quapropter Nicephorus Phocas, vir acris in bello, & tam animo, quam manu promtus,

Τότε τὴν Κρήτην δυσμενῶν Ἀῤῥάβων κατασχόντων,
Καὶ κραταιὸν κρησφύγετον θεμένων τὰ τῆς νήσου,
Καὶ κακουργούντων τὴν ὑγρὰν καὶ πάντα ληστευόντων,
Ὁ Νικηφόρος ὁ Φωκᾶς, ἦν γὰρ ὀξὺς ἐν μάχαις,
Καὶ τὴν ὁρμὴν ἔμπυρος καὶ δραστικὸς τὰς χεῖρας,
Στο-

1 Ἄνθρωπος) Scrib. ἀνθρώποις.
2 Τέμενος ἀθρόων) Scrib. θέμενος ἀθρόως.
3 Ἀποσκόπων) Scrib. ἀποκόπων.
4 Ὡς Scrib. ὃς.

Στολάρχης ἀναδείκνυται, πιστεύεται τὴν μάχην,
Πληροῖ τὴν θάλασσαν σκαφῶν εὐστόχων καλλιπρώρων,
Κατὰ θηρίων στέλλεται τούτων τῶν ὑγροχέρσων,
Μάχην συνάπτει καρτερὰν, ἡττᾷ τοὺς ἀντιμάχους,
Βυθίζει τὰς πειρατικὰς ἀκάτους τῶν Ἀῤῥάβων,
Χειροῦται τὸν ἀρίσταρχον τὸν πάντολμον ἐκεῖνον,
Καὶ γιγαντοτόλεμον ὡς βρέφος συλλαμβάνει.
Ἐκεῖθεν ἀναζεύξας δὲ μετὰ λαμπρῶν τροπαίων
Πολυτέλεσι καὶ λαμπροῖς θριάμβοις ἐπομπεύθη.

Τότε καὶ πόλιν τὴν λαμπρὰν τὴν Ἀντιόχου πόλιν
Τὴν εὐγενῆ τὴν εὐπρεπῆ τὴν νυμφοκοσμουμένην
Ἰσμαηλῖται φονικοὶ δορύκτητον λαβόντες
Ὡς τρίδουλον κατέσχυναν ὡς τριοδίτην πόρνην.
Καὶ πάλιν ὁ τρισαριστεὺς σπᾶται Φωκᾶς ῥομφαίαν,
Πάλιν κινεῖται κατ' ἐχθρῶν αἱ 1 μοχθηρῶν ἐκφύλων.
Τοὺς ἀλλοφύλους ῥήγνυσι, ὑπερμαχεῖ συμφύλων,
Καὶ πάλιν τὴν εὐσχήμονα τὴν εὐχρυσάτην κόρην
Ἐπανασώζει τῇ μητρὶ τῇ καλλιτεκνωτάτῃ.
Ἔτι δὲ τότε τοῦ Φωκᾶ τὴν μάχην συγκροτοῦντος
Τὸν κράτορα τὸν Ῥωμανὸν θάνατος ἀναρπάζει,
Τῇ γαμετῇ Θεοφανοῖ τὸ κράτος λελοιπότα,
Καὶ τοῖς παισὶ τοῖς ἐξ αὐτῆς νεογενέσιν οὖσιν,
Κεκρατηκότα ἔτεσι τέσσαρσι πρὸς τοῖς δέκα.
Ἀκούει ταῦτα καὶ Φωκᾶς, ἐκεῖθεν ἀποτρέχει,
Καὶ πρὸς τὴν μεγαλόπολιν καταταχύνας φθάνει,
Καὶ πάλιν ἀναδείκνυται τῆς ἕω ταγματάρχης,
Ὅρκοις γεφρικτοῖς αἰδεσθεὶς ὑπὸ τῆς βασιλίσσης
Ὡς οὐκ ἐπιβουλεύσειε τοῦ Ῥωμανοῦ τοῖς τέκνοις,
Καὶ πάλιν ἀναπόμπιμος γίνεται πρὸς Συρίαν.
Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἠρέμησε χαλεπὸν τὸ θηρίον
Ὁ φθόνος ἡ τῶν γηγενῶν πικρὸς καρδιοφάγος,
Καὶ τοίνυν τις ἀπόκοπος ὢν ἐν τοῖς ἀνακτόροις,
Ὁπότε πᾶσαν τὴν ἀρχὴν ἄνω καὶ κάτω στρέφων
Ἀκάνθου φόνου κεντηθεὶς κατὰ τοῦ στρατηλάτου,
Καὶ τηλικαύτην εὔπνοιαν τύχης οὐ φέρων βλέπειν.
Τὸν Νικηφόρον τὸν Φωκᾶν οὐρίως ναυστολοῦσαν,
Γραφὰς ἐπὶ τὸν Τζιμισκῆν εὐπτέρους ἐγχαράξας,
Τῷ Τζιμισκῇ δὲ κλῆσις ἦν βρεφόθεν Ἰωάννης,
Ἔργον μαχαίρας τὸν Φωκᾶν θέσθαι παρακινήσας,
Αὐτὸν δ' εἰς τὸ Βυζάντιον ἥκειν ἐρεθιζούσας
Ἐσόμενον αὐτάνακτα καὶ κράτορα Ῥωμαίων.
Δέχεται τὴν ἐπιστολὴν ἐκείνην Ἰωάννης
Ὁ Τζιμισκῆς, ἐπέρχεται τοῖς τῶν γραφέντων τύποις,
Καὶ γνώμην μισοπόνηρον αὐχῶν ὢν χρηστοήθη
Χειρίζει ταῦτα τῷ Φωκᾷ, τὸ δρᾶμα καταγγέλλει,
Μισάττεται τὸ φονικὸν ἐκείνου τοῦ θλαδίου.
Ἦν δὲ καλὸς ὁ Τζιμισκῆς εὐόπτος, εὔχρους, εὔθριξ,
Καρτερικὸς, ἀνδρόσπλαγχνος, εὐκάρδιος, ἀνδρέους 2
Καὶ μαχητὴς ἀπρόσμαχος, καὶ βουλευτὴς ὀξύνους,
Ἄνθρωπος μεγαλόψυχος, σώφρων, ἀνδρεῖος, πρᾶος,
Καὶ δόρυ δολιχόσκιον κραδαίνειν ἐσχημένος,
Καὶ τόξον ἕλκειν τὴν νευρὰν ἐπιμελῶν γλυφίσαν,
Ἀνὴρ ἐλευθερόψυχος, οὐκ ὑποστρέφων κότον,
Οὐ τῆς κακίας φωλεὸν τεκταίνων τὴν καρδίαν,
Οὐ δὲ ζηλῶν τὸ ζάκοτον καμήλου βαρυχόλου.
Εἰ χρὴ δ' ὀλίγοις τὰ πολλὰ καὶ τὰ μακρὰ γνωρίσαι,
Ἔμψυχος ἦν παράδεισος χαρίτων φυροτρόφος,
Ἄλσος μυρίων ἀγαθῶν κατάφρακτον ὀρχάτοις
Θεοῦ φυτοκομούμενον παλάμαις αὐξοφύτοις
Πνεύματος κηπευόμενον νάμασι χρυσορείθροις,
Ἐν ᾧ περιεχόρευε τῶν ἀρετῶν ὁ κύκλος,
Ἀντίφθογγα δ' ὑπέψαλλε χαρίτων ἡ χωρεία.
Τοιοῦτος ἦν τὴν ἀρετὴν ὁ Τζιμισκῆς καὶ τόσος,
Καὶ τηλικαῦτα τῷ Φωκᾷ λαχὼν συνομαρτῆσαι,

Meursii Tom. VII. Καὶ

tus, classis imperator & belli dux constituitur: qui mox navibus universum mare complet, & contra belluas pedestres pariter ad marinas ablegatur. Pugnam inde cum hoste confert, cumque magno praelio vincit: piraticas Arabum naves demergit, ipsum principem praedonum, hominem audacissimum, & gigantaeum bellatorem velut puerum capit. Hinc e Creta splendidissimis cum trophaeis solvens, triumphos magnificos & laetitiae plenos peragit.

Eodem tempore nubilem ac pulcram urbem in morem puellae ornatam Antiochenam Ismaelitae homicidae ceperunt, & in servitutem redegerunt, ac velut meretricem in trivio stantem habuerunt. quapropter rursum Phocas ille victoriosissimus hostem movet, alienigenas frangit, pugnat pro suis, rursum honestam & boni coloris puellam matri pulcrorum liberorum parenti, id est, Romano imperio Antiochiam restituit. Dum istic bellum gereret, Romanus imperator e vivis excessit, uxori Theophanoni & liberis, quos ex ea susceperat, imperio relicto. Cuius rei fama Phocas ad se perlata, itinere celeri Constantinopolin proficiscitur, ibique rursus exercituum Orientis dux declaratur, sacramentis horribilibus imperatrici pollicitus, numquam se Romani liberis insidiaturum: quo facto, suum ad munus sese confert. Sed enim quiescere non poterat invidia, bellua ferox, urso consimilis, hominum corda depascenti. Nam quidam ex eunuchis aulicis, qui eo tempore res imperii solus arbitratu suo tractabat, adversus Phocam invidiae spina quasi quadam punctus, quod celebritatem nominis eius, atque felicitatem aequo animo ferre non posset: litteras ad Ioannem cognomento Zimischam penna non exaratas mittit, iisque cohortatur, ut interfecto Phoca Byzantium, futurus imperator Romanorum, properaret. Hanc epistolam ubi Zimisches accepisset, tamquam infestus improbitati & vir bonus, eam Phocae tradit, eunuchi conatum aperit, eiusque sanguinarium animum abominatur. Erat autem Zimisches formosus, facie, colore, capillis venustis: tolerans, misericors, fortis & virilis animi, pugnator inexpugnabilis, copia celeritateque consilii praepollens, liberalis, castus, mitis, hastarum vibrandarum, & arcuum tendendorum peritissimus, ingenuus, alienus ab ira diuturna: ut paucis denique multa & prolixa complectamur, vivus quidam paradisus gratiarum erat, ipsis Dei manibus consitus, & aureis sancti spiritus rivis irriguus, in quo virtutum coetus universus choreas velut agitabat, Gratiis ex adverso illis cantando quasi responsantibus.

Antiochia capitur a Saracenis.

Theophano cum liberis imperat.

Molitio contra Phocam.

Zimischis ingenuitas.

Talis ac tantus vir quum Zimisches foret, Phocam hoc tempore comitari decrevit, legati munus

1 Aἱ) Scrib. καὶ.

2 Ἀνδρέους) Scrib. ἀνδρόνους.

nus ab eo consequutus. Et consanguineus erat Phocae, prognatus eodem genere. Postequam scriptum Eunuchi manibus suis aperuisset, ac eo comprehensa percurrisset: omnibus ad copiarum imperatorem renuntiatis: Proh miseram, inquit, Romanorum sortem & fortunam, imperator. Quousque tamdem imperium administrabunt eunuchi muliebres, foecundi ad malitiam, sordidi, facinorum instrumenta, rerum nefariarum tubuli, canales improbitatis? His auditis, animus ducis excandescit, & leo prius quiescens oculos aperit, ac rugitum edit, ob quem formido lustra, saltus, montes est pervagata. Mox imperator renuntiatur; Constantinopolin occupat, urbem absque ullo periculo ingreditur, a civibus conspicitur, conspectu suo omnium omnino animos recreat. Simul obviam ei se offert urbana multitudo, necnon patriciorum ordo, praetextati, ex officinis operarii. Ante omnes alios imperatrix cum sacerdotibus hominem supinis manibus excipit, iamque decreto communi omnium ordinum Nicephorus imperator creatur. Erat enim artis bellicae peritissimus, audax, robustus, aerumnis haud quaquam cedens, incudis in morem labores constanter perferens. Secundum haec imperatricem Theophanonem sibi matrimonio copulat, & erga Romani liberos adfectionem quamdam animi paternam declarat. Praecipue vero probabat in imperio virilitatem pectoris, & in praeliis ardorem. Quippe generosi erant in Phoca impetus animi, suaeque constantiae documenta statim ab initio dabat, iamdudum ostendens, se artificem esse peritum agendi equi. Sed dum facultas agendi penes alios adhuc esset, ipse generositatem animi sui corde imo comprimebat: non aliter, atque si quis titionem, quasi quoddam ignis semen opertum cinere conservet. At ubi opportunitatem, & rei gerendae facultatem nactus fuisset, translato in ipsum imperio, presteris in morem cum impetu maximo ferebatur, & barbaras nationes universas circumcursitabat, instar ignis in silvosum quemdam saltum delati, qui a vento concitatus, omnes depascit arbores, & saltus exurit. Itaque metuebant eum Arabes; Syrus se summittebat, Cilix fugiebat, Phoenix animum contrahebat: omnes denique restituebant ea, quae Romanum ad imperium spectabant. Adeo se Phocas adversariis invictum probabat, absoluta virtute praeditus, omnibusque dotibus ornatus, robore corporis, animi fortitudine, prudentia, mansuetudine, castitate. Sed enim mortalium in terris nemo plane labis expers est, etiamsi quis ad summum virtutis verticem perveniat. Nimirum victoriosus ille Nicephorus Phocas ceteris tam corporis, quam animi bonis atque dotibus insigniter lucebat, & usqueadeo studiosus erat pulcritudinis internae, ut veste spinarum in morem pungente corpusculum suum adfligeret, sub purpura tunicam prorsus adsperam tegeret, a carnibus in victu abstineret. Denique rebus in aliis erat instar facis, clarissime per diem splendentis. Verum ut homo, qui terrestrem & corpoream carnem gestaret, quasdam etiam labes habebat, quibus homines offenderentur, ac si maculae vestem mundam foedent, quae difficulter elui possint. Nam ut prisci rerum gestarum scriptores tradunt, quamvis imperatrici spirituali cognatione iunctus esset, nihilo tamen mi-

Nicephorus II. Phocas imp. an. VI.

Nicephorus barbaros vincit.

Vitia Phocae.

Καὶ χρέαν ὑποστράτηγον ἀποκληρῶν ἐκείνῳ.
Ἦν δὲ Φωκᾶς καὶ προσγενὴς κατὰ τῶν αὐτοῦ αἱμάτων,
Ἅμα τὸ γράμμα ταῖς χερσὶν ἔχων ὑπαναπτύξας,
Καθ' ἑαυτὸν ὑπέδραμε τὸν νοῦν τῶν ἐγκειμένων,
Καὶ πρὸς τὸν πρωτοστράτηγον ἐναποθμεύει πάντα,
Καί, φεῦ. φησίν. ὦ στρατηγὲ τῆς τῶν Ῥωμαίων τύχης!
Ἕως καὶ πότε τῆς ἀρχῆς τὸ κράτος ἰθυνοῦσιν
Εὐνοῦχοι γυναικόψυχοι πόριμοι πρὸς κακίαν,
Πάντων ἐφευρεταὶ κακῶν, πάντων κακῶν ἐργάται,
Ἄνθρωποι μαλακόψυχοι σκεύη πονηρευμάτων,
Τῶν ἀθεμίτων ἀγωγοί, σωλῆνες κακουργίας.
Ἤκουσε ταῦτα στρατηγός, ἤγειρε θυμοῦ φλόγα.
Κἀντεῦθεν ὁ κοιμώμενος ὀρεσιβάτης λέων
Ὑπένοιξε τὸ βλέφαρον, καὶ βρυκηθμὸν ἀφῆκε,
Καὶ φόβος περιέδραμε λόχμας δρυμῶνας ὄρη,
Κράτωρ δ' ἀναγορεύεται, φθάνει τὴν Κωνσταντίνου,
Ἄνευ κινδύνων εἴσεισι, βλέπεται, βλέπει, τέρπει.
Καὶ πᾶν τὸ πλῆθος ἐκχυθὲν ὁπόσον ἐν δημόταις
Ὁπόσον τῇ λαμπρότητι τοῦ γένους ἐκεδνοῦτο,
Ὁπόσον ἐν ἐργατικοῖς, ὅσον ἐν ἐπαρύφοις.
Πρὸ πάντων ἡ βασίλισσα σὺν τοῖς ἱερομύσταις
Ὑπτίαις ὑποδέχονται τὸν ἄνδρα ταῖς παλάμαις,
Καὶ ψήφῳ γίνεται κοινῇ κράτωρ ὁ Νικηφόρος.
Ἦν γὰρ στρατηγικώτατος, εὔτολμος βριαρόχειρ.
Καμάτοις ἀταπείνωτος, ἄκμων στεῤῥὸς εἰς πόνους,
Καὶ μιγνύται Θεοφανοῖ τῇ πρώην βασιλίδι,
Καὶ πρὸς τοὺς παῖδας Ῥωμανοῦ σχέσιν πατρὸς δεικνύει.
Τότε Φωκᾶς τὸ τῆς ψυχῆς ἐγνώρισεν ἀνδρῶδες,
Καὶ τὸ τολμηροκάρδιον καὶ τὴν πρὸς μάχας θέρμην.
Εἶχε μὲν γὰρ παράσημα ψυχῆς εὐγενεστέρας,
Καὶ τὸ στεῤῥὸν καὶ καρτερὸν ὑπέφαινεν ἀρχῆθεν.
Καὶ τὸν τεχνίτην ἱππαστὴν μάκροθεν παρεγύμνου.
Τῆς δὲ τὸ δρᾷν δυνάμεως κειμένης παρ' ἑτέροις
Αὐτὸς τὸ γενναιόθυμον ἔμπυχε κατὰ βάθους,
Ὡς ὁ δαλὸν ἐν σποδιᾷ σπέρμα πυρὸς φυλάττων.
Ὡς δ' ἐπελάβετο καιροῦ καὶ τῆς τοῦ δρᾷν ἰσχύος,
Καὶ πάντα στρέφων ὁ τροχὸς τοῦ παλινδρόμου βίου,
Αὐτὸς αὐτὸν ἐπέστησε τοῖς εὐαρμάτοις δίφροις.
Τότε δὴ τότε καὶ Φωκᾶς ὡσεὶ πρηστὴρ ἐῤῥάγη,
Καὶ πάσας περιέδραμε φυλὰς βαρβαροφύλους.
Πῦρ ἐμπεσὼν ἂν εἴποι τις ἐν λόχμῃ πολυξύλῳ,
Καὶ πνεύμασι σοβούμενον, καὶ πανταχοῦ διέρπον,
Καὶ πᾶν φυτὸν βοσκόμενον, καὶ πᾶν χλωρὸν ἐκκαῖον.
Ἔτρεσαν Ἄῤῥαβες αὐτόν, ὑπέπεσεν ὁ Σύρος,
Ὁ Κίλιξ ἐδραπέτευσεν, ὁ Φοῖνιξ ὑπεστάλη,
Καὶ πάλιν ἀπεδίδοντο Ῥωμαίοις τὰ Ῥωμαίων,
Οὗτος ἀπρόσμαχος Φωκᾶς ἦν τοῖς ὑπεναντίοις.
Ὁ κύκλος γὰρ τῶν ἀρετῶν ἀμφέστεφε τὸν ἄνδρα,
Καὶ πᾶν καλὸν ἠγλάϊζε, πᾶν ἀγαθὸν ἐκόσμει.
Ἰσχὺς ἀνδρεία, φρόνησις, πραότης, σωφροσύνη.
Ἀλλὰ γὰρ ἄμωμος οὐδεὶς τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων,
Κἂν ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν τῆς ἀρετῆς ἐλάσῃ.
Καὶ γοῦν καὶ καλλιστέφανος Φωκᾶς ὁ τηλικοῦτος
Ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἔλαμπε καλοῖς τοῖς κατὰ σῶμα,
Καὶ τὴν ψυχὴν ὑπέφαινε χάρισι λαμπομένην,
Ὡς νύμφην ἁβροκόσμητον, ὡς τρυφερόχρυν κόρην.
Τοσοῦτον γὰρ τὸ τῆς ψυχῆς ἐπεμελεῖτο κόσμου,
Ὡς τρύχειν τὸ σωμάτιον ἀκαντοκέντρῳ ῥάκει,
Καὶ τὸν χιτῶνα τὸν σκληρὸν κρύπτειν τῇ πορφυρίδι.
Τὰ μὲν οὖν ἄλλα λύχνος ὢν ἡμεραυγὴς παμφαίνων,
Πλὴν ὡς φορῶν τὴν γηγενῆ καὶ χωματίνην σάρκα,
Ἔφερε καὶ σπιλώματα τινῶν προσοχθισμάτων,
Ὥσπερ ἐν πέπλῳ καθαρῷ κηλίδας δυσεκπλύτους.
Ὡς γάρ φασιν οἱ γράψαντες πρὸ χρόνων παλαιτέρων
Τὸ κατὰ πνεῦμα συγγενὲς σχῶν πρὸς τὴν βασιλίδα,
Ὅμως αὐτῇ συμφύρεσθαι καὶ σαρκικῶς ἐτόλμα.
Οὗτος ὁ πρῶτος μολυσμός, δεύτερος δ' αὖθις ἄλλος
Ἀνάξιον αὐτάνακτος εἶχε τὸ σμικρολόγον,

Καὶ

Καὶ τὸ φιλόδωρον αὐτοῦ τῆς γνώμης ἀπεδύετο,
Ὡς ὀφθαλμὸς ἐκ κώματος, καὶ τερεβίνθου φύλλον.
Κἀντεῦθεν ἅπαν τοῦ Φωκᾶ προτέρημα καὶ κάλλος.
Ἄσχημον κατεφαίνετο, δύσμορφον καθορᾶτο.
Καὶ γὰρ ἀπὸ τοῦ σώματος τῆς κόρης ἐκκοπείσης,
Ἅπαν τοῦ σμῆνος ἀμαυρὸν, ἅπαν λυπρὸν τὸ δέμας.
Κἀκ τερεβίνθου τρυφερᾶς φυλλάδος ἐκρευσάσης,
Εἰκόνες ἀχαρίτωτοι, τὸ στέλεχος ἀχρεῖον.
Κείσθω δέ μοι καὶ γνώρισμα τῆς πτωχογνωμοσύνης.
Λοιμὸς 1 τὴν γῆν ἐβόσκετο τὴν ὑπὸ τοὺς Ῥωμαίους,
Καὶ πάντες ἀποδύροντο τὸ τῆς ἐνδείας βέλος.
Χρυσίνου γὰρ ὁ μέδιμνος μόλις ἀπεμπολεῖτο.
Ἀνέβη ταῦτα πρὸς Φωκᾶν, ὁ δ' ἤλγησεν ἀκούσας,
Καὶ τὸ κακὸν ἰάσασθαι δῆθεν παραζηλώσας
Τὰς δημοσίας ἀπαντλεῖν κελεύει σιτοθήκας,
Καὶ δύο τοῦ νομίσματος σιτοπωλεῖν μεδίμνους.
Οὕτω Φωκᾶς μικροπρεπῶς τὸ πρᾶγμα συνετίθει,
Καὶ ταῦτα χιλιόσιτα Πλουτῶν σιτοδοχεῖα
Κατάφορτα τοῖς βάρεσι καὶ σίτοις βεβυσμένα,
Ἐξ ὧν ἀπεθησαύρισαν αἱ πρὶν εὐετηρίαι,
Μὴ τὸν πολὺν βασίλειον ἠζηλωκὼς ἐν τούτῳ
Τὸν ὄντως βασιλεύτατον τὸν ἐκ Μακεδονίας.
Ὅστις ἰδὼν κατώδυνον τὸ Βυζαντίων πλῆθος,
Καὶ τὸν λιμὸν παραίτιον εἶναι μαθὼν τοῦ πένθους,
Ἐντέχνως ἀντετάξετο πάθει τῷ δυσπαλαίστρῳ,
Ἀνταπαλαμησάμενος γενναίως τῷ γενναίῳ,
Καὶ φθεῖρα θῆρα τὸν βαρὺν πνιγμοῖς βιαιοτέροις.
Δώδεκα γὰρ τὸ χρύσεων τὸ νόμισμα μεδίμνων
Ἐκέλευσεν ἀντάξιον εἶναι τοῖς σιτωνοῦσι.

Καὶ ταῦτα μὲν ὡς ἕκαστος βούλοιτο λογιζέσθω.
Ὁ δὲ Φωκᾶς ὑποκνισθεὶς ἔκ τινος ὑποψίας
Ὡς ἄρα πρὸς τὸν Τζιμισχῆν ἐρωτοδέσμην ἔχει
Ἡ βασιλὶς καὶ γίνοιτο τουτὶ τὰ τῶν ἐρώτων,
Μαθὼν δὲ καὶ τὸν Τζιμισχῆν θερμῶς βασιλειῶντα,
Πάσης ἀρχῆς ἀποστερεῖ τοῦτον καὶ δυναστείας,
Καὶ καθ' αὑτὸν ὡς δυνατὸν βιοῦν διακελεύει,
Ἕτερον ἄχαρι μηδὲν περὶ τὸν ἄνδρα δράσας.
Ἀλλ' ἡ βασίλισσα βαρὺ τοῦτο λογισαμένη
Τὸν Τζιμισχῆν μὴ καθορᾶν αὐλαῖς ἐν βασιλείοις,
Πείθει Φωκᾶν τὸν θαυμαστὸν πάλιν τὸν ἄνδρα θέσθαι,
Καὶ πάλιν τὴν λαμπρότητα τὴν πρώην ἀποδοῦναι.
Καὶ τοίνυν καρδιότρωτος ἐπανελθὼν ἐκεῖνος,
Καὶ φέρων τραυματίσματα κατὰ ψυχῆς ὕπουλα,
Σχήματι μὲν τὸν ἀπαθῆ καὶ μὴ βαρυθυμοῦντα
Πανοῦργος ὑπεκρίνετο, καὶ φαιδρωπὸς ὁρᾶτο,
Ἔσω δ' ἐπόρφυρε δεινὰ καὶ κατὰ βάθους ὄργα,
Καὶ πάσας ὑπεβόθρευε δολομηχάνους σκέψεις.
Ὁ δὲ Φωκᾶς ὁ βασιλεὺς οὐ κατειδὼς τὰς πάγας
Καὶ τὰς βροχίδας τῶν δεινῶν τῶν ὑπορυσσομένων
Ὡς ἀετὸς ἐφέρετο πτεροῖς αἰθεροπόροις,
Καὶ κοῦφος ἐλαφρύνετο πρὸς ἀρετῆς ἀέρα.
Ἐντεῦθεν ἐπὶ στόματος Δαβὶδ ὁ μελιτώδης.
Καὶ κοίτασμα λιθόστρωτον ἀχρείων χαμευνίων,
Εὐνὰς μαλακοεύνους καὶ πορφυρωτῶν δεμνίων,
Καὶ μίξεις τὰς σωματικὰς καὶ τὰ περὶ τὰς μίξεις
Οὐδ' ὄναρ ἐφαντάζετο. κατὰ δὲ τὸν ἀπόντα
Ὡς ἄστροις ἐτεκμαίρετο πᾶσαν γλυκυθυμίαν.
Μακρύνων οὖν ἐμάκρυνεν, ἔφυγε φυγαδεύων,
Μονάζον ἐπὶ δώματος ἐγένετο στρουθίον,
Καὶ νυκτικόραξ ἄϋπνος ἐπὶ τῶν οἰκοπέδων.
Ἀλλ' ἦσαν οὐκ ἀρέσκοντα ταῦτα τῇ βασιλίδι,
Ἔχρηζε γὰρ περιπλοκῶν καὶ σωματομιξίας.
Προσλαβομένη τοιγαροῦν τὸν Τζιμισχῆν ἐγκαίρως,
Ἅτε κατάδετος αὐτοῦ τῷ πόθῳ γινομένη.

Ἦν

minus eam matrimonio quoque carnali ausus est sibi copulare. Praeter hanc labem, accedebat & alia, prorsus indigna viro principe, nimirum avaritia. Quippe aberat omnis liberalitas, velut oculos a corpore, a terebintho folia. Per hanc caussam virtus omnis atque pulcritudo Phocae plurimum deformabatur. Nimirum si absit oculus a corpore, totum hominis tabernaculum caliginosum est: & quum terebinthus foliorum honorem amisit, tum rami gratiae venustatisque nihil habent, tum stipes inutilis est. Atque hoc loco lubet iudicia quaedam avaritiae Nicephori promere. Premebat aliquando fames subiectas Romanis provincias adeo, vix ut medimnus aureo nummo comparari posset. Qua de re monitus Phocas dolere se illo nomine significans, & medicinam malo facere studens, horrea publica iubet evacuari, duosque medimnos uno aureo vendi. Tam sordidum se in frumenti venditione declarabat, quum quidem horrea multa frumento referta passim haberet, in quae superiorum annorum, qui fertiles fuerant, fruges erant repositae: nequaquam insignem illum maximeque regium imperatorem Basilium Macedonem imitatus. Nam quum is populum Constantinopolitanum forte tristem vidisset, eiusque maeroris caussam famem esse didicisset: huic malo remedium sollerter invenit, gravi violentis quasi pugnis contusa. Iussit enim medimnos duodecim ex horreis publicis aureo saltem uno vendi.

Nicephori sordes in fame.

Basilii Macedonis liberalitas.

Sed enim de his quisque pro animi sui libitu statuat. Ceterum Phocas subspicione quadam de imperatrice concepta, quod esset amore Zimischis capta, quodque consuetudo quaedam inter eos clandestina intercederet, ac praeterea cognito, Zimischem singulari libidine imperii flagrare: potestatem & magistratum ei adrogat, vitamque privatam agere iubet, nihil aliud in eum durius statuens. Verum imperatrix graviter molesteque ferens, Zimischem ab aula remotum: persuadet Phocae, ut hominem revocaret, eique dignitatem pristinam restitueret. Quapropter ille revertens animo laeso & vulnerato, specie quidem tenus se adfectionum expertem atque tristem fraudulenter simulabat: sed dira secum ipse mala machinabatur, & animo succensebat. Hos laqueos & occulta consiliorum retia Phocas non animadvertens, instar aquilae per aera subvolabat, & ad virtutem contendebat. Nimirum in ore melleos Davidis hymnos habebat, humi duris in stragulis cubabat, lectos purpureos adspernabatur, a re venerea, praesertim superflua, sic semet abstinebat, ut ne per somnum quidem de ea quidquam imaginaretur: denique, sicut ille ait, argumenta voluptatum animi velut in caelo capiebat. Quamobrem ab hominibus longe se removebat, quasique fuga quadam inita semet domi continebat, in morem solitarii passeris, & insomnis cuiusdam cicumae: quae res atque studia non placebant imperatrici, venereos amplexus requirenti. Quapropter opportuno tempore Zimischem sibi adiungens cuius amore tota flagrabat, graviter imperatori succen-

Contra Zimischem Phocae coniux.

Phocae coniux insidiator.

1 Λοιμὸς] Scrib. λιμός.

Digitized by Google

consentit: clam hominem cum multis armatis in aulam intromittit, & quasi venatores quosdam ad cubiculum leonis deducit, torique consortem (proh facinus improbum) hostibus prodit, ut illa sanguinaria Dalida Samsonem, ut Helena maritum heroem, praeliatorem insignem. Quaenam leaena tale quidpiam fuit ausa facere? quae tigropardalis? quae ursa? quae buprestis? quae zygaena? Nimirum canes illi Phocam indagantes intro-currunt, reperiunt eum cubantem humi tenuiter, divina quaedam verba pronuntiantem interficiunt, sextum iam annum imperantem. Hoc modo iusti viri sanguis in terram profundebatur, ut Abelus olim a Caino fratricida necatus est, & ad Deum querelas lamentabiles emittebat. Secundum haec Zimisches coronam imperatoriam sibi vindicat, & rursum copias adversus Arabes educit, rursus ensem Syri efficacem gustant, rursum Phrygiae gentis princeps fuga sibi consulit. Etenim hic imperator gladio contra hostes vibrato, barbarisque finitimis Romanorum imperio territis omnes ferociam animi superbiamque deponere coegit, ac plurimum Romanis finibus, qui ab hostibus valde coarctati fuerant, adiecit; castris ad Tigrim amnem usque promotis. Metuebant robur eius Ciliciae praesidiorum munitionumque principes: manus rei militaris gnaras Phoenicum natio fugiebat: Syri cum pallore bellum reformidabant. Conspexit hunc imperatorem Edessa, conspexerunt Euphratis campi: cuius amnis aquas Romanorum equi hauserunt, & ea loca passim suis hinnitibus repleverunt. Conspexit eumdem Danubium fluvius, conspexerunt Istro vicini Scythae caedentem hostium agmina, duces nationum perrumpentem, occidentem, persequentem, antesignanos in fugam coniicientem, non aliter atque leo delatus in boves, eos ipsos mactat atque dilacerat. Amnium aquae in sanguinem tunc commutatae fuerunt, ipso etiam Istro cruentato. Percurrebant Romani vicinas ei planicies, barbarorum animis formidine perculsis.

Ioannes Zimisches imp. an. VI.

Res ab Zimischa gestae.

Talis nimirum pastor erat Zimisches, qui belluas persequebatur, pro suis pecudibus excubias agebat, nec somnum oculis videbat suis, in hoc incumbens, ut immanium ferarum maxillas contunderet. Rursus idem pacis tempore mitis, suavis, urbanus erat. Oculos habebat amabiles, vultus meram voluptatem stillabat, facie laetissimus, manu munificentissimus, corde magnanimus & plane magnificentissimus: erat denique paradisus quasi quidam novus, e quo fluvii quatuor promanabant: iustitia, prudentia, fortitudo, temperantia. Quod si Phocae imperatoris caede semet non contaminasset, reapse fuisset instar sideris luciferi. Posteaquam naturae debitum persolvisset, exactis post Phocam in imperio sex annis: efflorescere coeperunt Basilius & Constantinus purpurigenae, Romani FF. qui pridem rebus praefuerat, patre Constantino natus. Hi patritum & avitum imperium aliquamdiu prorsus obscuratum, & tam Phocae, quam Zimi-

Tales oportebat esse reges universas.

Basilius II. Bulgarorum exterminator, & Constantinus VIII Romani II. FF. impp. an. L.

Ἦν δὲ κακόνους δυσπαθῶν κατὰ τοῦ βασιλέως.
Ἀνάγει τοῦτον σὺν πολλοῖς λάθρα μαχαιροφόροις.
Ἐφιστησιν ὡς θηρευτὰς τοῦ Λέοντος τῇ κοίτῃ,
Καὶ παραδίδωσιν ἐχθροῖς, φεῦ! τὸν ὁμοζυγοῦντα,
Ὡς τὸν Σαμψὼν ἡ Δαλιδὰς ἡ μιαιφονωτάτη,
Ὡς τύνδαρις τὸν σύλλεκτρον τὸν μαχητὴν τὸν ἥρω.
Τίς σκυμνοτρόφος λέαινα τετόλμηκε τοιοῦτον,
Ἢ ποία τιγροπάρδαλις; ἢ βαρύθυμος ἄρκτος;
Ἢ βούπρησις, ἢ ζύγαινα, τὰ τῆς θαλάσσης ἄχθη;
Εἰς τρέχουσιν εἰς τὸν Φωκᾶν ἰχνηλατοῦντες κύνες,
Εὑρίσκουσιν ἐν ταπεινῷ κέμβυον ψιαθίῳ,
Καὶ κτένουσιν ἐμφέροντα τῷ στόματι τὰ θεῖα,
Ἔτεσιν ἓξ αὐτάνακτα Ῥωμαίων γεγονότα.
Καὶ τὸ μὲν αἷμα κατὰ γῆς κέχυτο τοῦ δικαίου,
Ὡς Ἄβελ πρὶν ἐκ παλαμῶν ἀδελφοκτόνου Κάϊν,
Καὶ πρὸς θεὸν ἀνέπεμπε βοὰς θρηνητηρίους.
Ὁ Τζιμισκῆς δ' ἐπέθετο τῇ κεφαλῇ τὸ στέφος,
Καὶ πάλιν Ἄρραβες αὐτὸν ἔβλεψαν στρατάρχουντα
Καὶ πάλιν Σύροι γεύονται δραστικωτέρας σπάθης,
Πάλιν φαυγὰν 1 ὁ φύλαρχος ἔφευγε προτροπάδην.
Οὗτος ὁ κράτωρ τοῖς ἐχθροῖς τὸ ξίφος ἐπισείσας,
Καὶ πᾶν Ῥωμαίοις πρόσοικον βάρβαρον ἐκφοβήσας
Τὸ γαῦρον τοῦ φρονήματος ἔπεισεν ἀποθέσθαι.
Καὶ στενωθέντας παρ' ἐχθρῶν τοὺς τῶν Ῥωμαίων ὅρους
Ἐπλάτυνε σχοινίσμασι χωρῶν ἀπειροπλέθρων,
Καὶ μέχρι ῥείθρων τίγρητος ἔπηξε τὰς αὐλαίας.
Ἔφριξαν τούτου τὴν αἰχμὴν κιλίκων οἱ φρουράρχαι,
Ὁ Φοῖνιξ ἐδραπέτευε τὰς ἐμπειρίους χεῖρας,
Ὑπόχλωρος ἐγένετο φεύγων τὸ δόρυ Σύρος.
Ἔδεσα τοῦτον ἔβλεψεν Εὐφράτου πεδιάδες.
Ῥωμαίων ἵππος ἔπιε ναμάτων τοῦ Εὐφράτου,
Καὶ φρυαγμάτων ἔπλησε τούτων 2 μυκτηροκόμπων.
Ἔβλεψε τοῦτον Δάνουβις καὶ Σκύθης ἰστρογείτων
Τὰς φάλαγγας συγκόπτοντα, ῥηγνύντα τοὺς Σκυθάρχας,
Κτιννύοντα, διώκοντα, προπέμποντα προμάχους,
Ὡσεί τις Λέων ἐμπεσὼν βουσὶ μεγαλοπλεύροις
Θοινᾶται καὶ σπαράγμασι βιαίαν κεραΐζει.
Τότε καὶ ῥεῖθρα ποταμῶν εἰς αἷμα μετετράπη,
Καὶ γέγονε λυθρόφυρτος ὁ καλλιχεύμων Ἴστρος.
Ῥωμαῖοι κατεχόρευον παιδίων 3 παριστρίων,
Καρδίας δὲ βαρβαρικὰς τὸ δέος ἐκρυστάλλου.
Τοιοῦτος ἦν ὁ Τζιμισκῆς ποιμὴν θηροδιώκτης
Προσφυλακὰς ποιούμενος τῶν ἑαυτοῦ θρεμμάτων,
Ἄγρυπνος οὐδὲ βλέφαρα πρὸς ὕπνον καταφέρων,
Καὶ σιαγόνας καταθλῶν θηρῶν καρτερονύχων.
Ἐν ἀνεσίμοις δὲ καιροῖς, πρᾶος, ἡδύς, ἀστεῖος,
Ὄμμα χαριτοβλέφαρον, βλέμμα στάλαττον τέρψαν 4,
Πρόσωπον ἱλαρώτατον, χεὶρ φιλοδωροτάτη,
Καρδία μεγαλόψυχος, μεγαλοπρεπεστάτη,
Ἄλλος Παράδεισος θεοῦ τέτταρα βλύζων ῥεῖθρα,
Δικαιοσύνην, φρόνησιν, ἀνδρείαν, σωφροσύνην.
Ὡς εἴ γε μὴ τῷ μολυσμῷ τοῦ φόνου συνεχράνθη,
Ἀστὴρ ἂν ἦν αὐτόχρημα φωσφόρος ζωογόνος.
Ὡς δή ποτε καὶ Τζιμισκῆν ἀπήγαγε τοῦ βίου
Τὸ πάγκοινον ὀφείλημα τῆς φυσικῆς ἀνάγκης
Ἔτεσιν ἓξ μετὰ Φωκᾶν κρατήσαντα Ῥωμαίων,
Ἐξήνθησε βασίλειος σὺν ἅμα Κωνσταντίνῳ,
Οἱ πορφυρόφυτοι βλαστοὶ τοῦ Ῥωμανοῦ τοῦ πρώην
Ῥωμαίων αὐταρχήσαντος παιδὸς τοῦ Κωνσταντίνου.
Οἵτινες τὴν παππῷπατρον, κρυβεῖσαν βασιλείαν,
Κἂν τοῖς Φωκᾶ. καὶ Τζιμισκῆ διακοπεῖσαν χρόνοις,
Πά-

1 Φαυγὰν) Scrib. φρυγῶν.
2 Τούτων) Scrib. τῶν τῶν. Recentiores Graeci τὸν pro αὐτὸν dicebant; ut nuper a nobis notatum ad Hesychium Milesium.
3 Παιδίων) Scrib. πεδίων.
4 Τέρψαν) Scrib. τέρψιν.

Digitized by Google

Πάλιν ἐξύνεγκαν εἰς φῶς, πάλιν ἐπισυνῆψαν,
Χρυσῆν ἂν εἴποι τις σειρὰν ἁλυσιδοῦντες ταύτην.
Τοιοῦτον γὰρ συνέβη τε τοῖς πορφυροβλαστήτοις.
Ὡς εἴ τι δένδρον μαρανθῇ χειμῶνος ἐπελθόντος,
Καὶ πάλιν ἐκθηλάσει καὶ πάλιν ἐξανθήσει
Τῆς ἀρεος 1 φαιδρότητα γλύκιον γελασάσης 2
Καὶ θολωθῇ κ. καλυφθῇ τῷ πάχει τῷ τοῦ νέφους,
Καὶ πάλιν ἀναλάμψειε λυθέντος τοῦ σκοτοῦντος.

Καὶ τοίνυν ὁ πρωτόφυτος ὁ τῆς Πορφύρας κλάδος
Ζηλώσας τὸν πρωτόπαππον αὐτοῦ τὸν Μακεδόνα,
Καὶ τὸν καρτερικώτατον ἥρω τὸν Ἡρακλέα,
Τὰς μὲν τρυφὰς ἀπέπτυσε κ. τὰς ἡδυπαθείας,
Καὶ βίον τὸν ἀνέσιμον ἐμίσησε κ. χαῦνον,
Καὶ τὸν τραχὺν, κ. τὸν σκληρὸν τῶν ἐργομόχθων ὅπλων,
Καὶ θώρακας, κ. κόρυθας, καὶ φάσγανα, κ. βέλη,
Εἵλετο μᾶλλον νέκταρος γλυκαζουσῶν ψεκάδων.
Ἐντεῦθεν τρυφερόπεπλον περιβολὴν ἐστύγει,
Καὶ θράπεζαν ἁβρόσιτον φλεγμαίνουσαν τὰς ὄψας,
Καὶ κλίνην πορφυρόστρωτον, κ. μαργαροφορίας.
Ἀσπίδων δὲ δουπήματα κ. πέταλον ἁρμάτων
Ὑπὲρ ὀργάσας ἴυγγας θέλξει μελῶν ἡγεῖτο.
Ἐντεῦθεν περισφύρια κ. σιδηραὶ κνημίδες
Καὶ δόρυ πολεμόχαρτον ἦσαν αὐτῷ στερκτέα.
Πλὴν ἀλλ' ἡ τύχη βάσκανον ὄψιν ἐπιβαλοῦσα
Ἀντέπιπτεν ἀντέπραττε τῇ τηλικαύτῃ θέρμῃ,
Καὶ τὸν φλογμὸν ἐμάραινε, κ. τὴν ὁρμὴν ἐπεῖχε.
Καὶ γὰρ ἀποκινήσασα πρὸς τὴν ἀποστασίαν
Βάρδαν ἐκεῖνον τὸν σκληρὸν τὸν μέγαν ἐν ἰσχύϊ,
Ἄνδρα πολεμικώτατον, εὔτολμον, φρυακτίαν,
Αἱμάτων τε ταυτογενῶν τῷ βασιλεῖ παγέντα,
Ἐξήγειρεν ὡς ἕτερον ἄδερ τὸν παλαμναῖον.
Καὶ τὴν ζωὴν ἐκύκησε τοῦ κράτορος ὡς πλοῖον
Νέφους ποθὲν ἀπορραγεὶς ἄνεμος θυελλώδης.
Ἐπὶ πολὺ δὲ τῷ σκληρῷ τῆς μάχης τυμβομένης,
Καὶ κατεχόντων τὴν ἀρχὴν κινδύνων ἐφεστίων,
Ἀσία μὲν ἠφάνιστο τῇ τῶν Ἀῤῥάβων σπάθῃ,
Καὶ τὰ Ῥωμαίων ὅρια τοῖς Σύροις ἐστενοῦντο.
Οἱ Βουλγάροι δ' ἐπήλαυνον κατὰ τῶν παραστρίων 3,
Καὶ Θράκην ἐληΐζοντο τὴν ἀγχιτερμονοῦσαν
Ἐν μέσοις δ' ἦν ὁ βασιλεὺς ὡς ἐν πελάγει σκάφος,
Ὡσεὶ στρουθὸν νεώττιον ἐν στόματι δρακόντων.
Ἀλλ' αἴφνης ἀντεπήυγασεν ἀντὶ χειμῶνος ἔαρ,
Ἀντὶ τῆς ζάλης ἔπνευσε τῆς κυματώδους αὔρα
Ἡδύπνοος ἐπάγουσα τοῖς πράγμασιν εὐδίαν.
Καὶ Βάρδας μὲν ὑπέκυψε τῇ τοῦ κρατοῦντος ῥάβδῳ,
Καὶ πάντες ὑπεστάλησαν σφόδρα βασιλειῶντες.
Εἶχε δ' εὐθὺς βασίλειον Ἀῤῥάβων ἐθναρχία,
Καὶ Φασιδος τὸ πότιμον ἰβηροτρόφον ῥεῖθρον,
Καὶ γῆ Φοινίκων βλέψασα ταυτὸν ὡσεὶ πρηστῆρα.
Ἔφριξαν τοῦτον Ἴβηρες, ἔφριξαν Ταυροσκύθαι.
Ὁ γαῦρος ἐστρατεύετο ἐκεῖνος ἰβηράρχης.
Οὕτως ὀξέως ἅπασαν ἐπέδραμεν Ἀσίαν.
Οὐκ ἔδωκεν ανάπαυσιν τοῖς ἑαυτοῦ κροτάφοις,
Οὐδὲ κροτάφοις νυσταγμὸν, οὐδὲ τῆς κόραις ὕπνον,
Ἕως τοὺς λύκους ἤλασε τοὺς προβατοσπαράκτας.
Ἐπέγνων τούτου τὴν ἰσχὺν οἱ δυνατοὶ Βουλγάρων,
Ἐβάφησαν τοῖς αἵμασιν ἐκείνων πεδιάδες.
Κορμοὶ δρυῶν ἐγένοντο τὰ τούτων θνησιμαῖα.
Ὅλη 4 συνέστη πολλαχοῦ τοῖς μετὰ ῥυεῖσι φόνοις.
Τότε στρατὸς αὐσονικὸς ὁπλίτης οὐχ ὁπλίτης
Τῆς Θράκης κατεχόρευε βήμασιν ἐλευθέροις.
Ἁπανταχῇ γὰρ ἔστρωτο τὰ τῶν Βουλγάρων σκήνη,
Οὐχ ἧττον ἢ τὰ πτώματα παλαιὰ τῶν δαρδάνων
Τροίαν

multis annis interruptum, rursus in lucem extulerunt, quasique interpolatum continuarunt, aurea catena quadam colligatum. Nimirum accidit hisce purpurigenis eiusmodi quiddam, ac si arbor, quae hiberno tempore marcuit, rursum venustate veris periucunde quasi adridente reflorescat: vel pulcerrimi splendoris sidus occultetur a nube ac rursum dissipata re, quae luminibus eius officiebat, effulgescat.

Maior autem e fratribus natu Basilius abavum suum Basilium Macedonem, laborisque tolerantissimum Herculem imitatus, ac voluptatibus repudiatis, otiosam mollemque vitam perosus, adsperitatem ac duriciem armorum, loricas, galeas, enses, tela cuivis nectari praeferebat. Hoc studio ductus vestitum mollem, mensas delicatas lectulos purpura constratos, unionum gestationes oderat: e contrario, scutorum collisiones, & curruum strepitus, maioris quam quorumvis instrumentorum melicis numeris animos oblectantium illecebras aestimabat, adeoque calcaribus, & tibialibus ferreis, & bellicis hastis gaudebat. Verumtamen fortuna invidis eum contuens oculis, fervorem hunc impetumque restinxit, & inhibuit. Quippe concitato ad defectionem Barda Duro, magnae potentiae viro, bellicoso, audaci, adrogante, cognato imperatoris: velut alterum quemdam Aderum commovit, atque ita vitam imperatoris conturbavit, ut ventus procellosus ex nube prorumpens navigium succutere solet. Dum hoc bellum diutius duraret, ac de industria protraheretur a Duro, periculis intestinis imperium exagitantibus: Asia per Arabes vastata est, fines Romani a Syris coarctati, vicinae Istro regiones cum Thracia finitima Bulgarorum excursionibus vexata. Medius inter hos imperator, tamquam in mari navicula, fluctuabat: aviculae pullo in ore draconum similis. Verum mox hiemis loco ver effulsit, & pro tempestate procellosa spirare cepit aura iucunda, tranquillitatem rerum omnium secum ferens. Nam Bardas imperatoris se virgae summisit, & omnes clam regnum adfectantes semet represserunt. Ab eo tempore mox imperator Arabum ditionem, Phasidi vicinam terram, Phoenicem presteris in morem invasit: quo factum, ut Iberi atque Tauroscythae vehementer expavescerent Ita celeriter universam Asiam percurrit, neque suis oculis quietem somnumve concessit ullum, donec laceratores ovium lupos exterminasset. Senserunt & Bulgarorum optimates potentiam ipsius, campis eorum sanguine tinctis, & cadaveribus passim quercinorum truncorum more sparsis, quasique silvam quamdam efficientibus. Milites Romani tam gravis quam levis armaturae per Thraciam liberrime tum vagabantur, examinatim prostratis non minus ubique Bulgaris, atque olim Troiani passim caesi iacebant, Achille ipsos trucidante. Quapropter de ferocia sua nonnihil remisit barbarus, qui suorum militum robur extinctum cerneret. At eodem mox

Res a Basilio II. gestae.

Bardae Duri seditio.

Bulgarica bella.

1 Τῆς ἄρεος) Scrib. τὴν ἔαρος.
2 Γελασάσης) Scrib. γελάσασαν.
3 Παραστρίων) Scrib. παριστρίων.
4 Ὅλη) Scrib. Ὕλη.

mox clamores bellicos edente, classicumque tollente, Basilius quoque gladio semet accingebat, aheneumque scutum instar Martis bellici tumultus pleni & murorum expugnatoris quatiebat, campis armatorum multitudine completis. Non enim solebat regiis in thalamis cubare, more delicatae ac tenerae puellae, quae virorum conspectum fugit: sed matutini rores cincinnos ipsius plerumque madefaciebant, qui olim unguentis imperatoriis perfundebantur. Rursus ergo pugnae ancipites atque caedes occipiebantur, & barbari animi ferociam barbarus ostentabat instar apri, qui hastae cuspidem suamet intra viscera furens adigit. Iam ab utraque parte milites ad praelium armari: omnes iram pugnamque spirare: omnes loricis ferreis, scutis aereis, hastis gravibus sese munire; tuba mavortium ac bellicum quiddam sonare: hastae densari ac inhorrescere: clamores tolli: cuncta in utroque exercitu adparari. Quum ad manus ventum esset, leonum & spumantium aprorum more concurrebant: enses furebant: manus haud cessabant, sed cadentium cruore polluebantur: scuta cum hastis comminuebantur, terribilemque strepitum excitabant. Interim suos imperator obire, tamquam celeriter volans accipiter, & adversus hostes irritare. Tamdem Bulgarorum copiis terga dantibus, Romani fugientes persequi, postremum quemque caedere, cadentem pedibus proculcare, principem gentis indagare, nervos equorum incidere, castra hostium diripere, spoliis opimis potiri.

Victoria de Bulgaris.

Sic Bulgarorum fastum imperator coercuit, & supercilium illud elatum depressit: sic agitatos fato quodam canes suis a caulis & gregibus abegit: sic superbos miseros, sic feroces timidos, sic ex liberis servos, per varias aerumnas effecit. Sed quando nemini parcit Orcus, etiam Basilius ad mortis delatus est portas: quae fulcrum illud Romanorum instar frumenti triturarunt. Accidit tamen hoc illi matura provectaque iam aetate, quum imperio L. totis annis praefuisset. Post eum regia potestas ad fratrem ipsius Constantinum devenit. Sed verum erat in hoc omnino verbum illud vulgo iactatum: Ex eadem argilla pelluvium & poculum, ex eodem ligno vas coquinarium & scopae. Nam horum fratrum vitae modis infinitis & ex diametro pugnabant. Basilius spretis voluptatibus, omnem vitam in rerum bellicarum exercitatione consumebat, viros equestres, armatos, loricatos, ad bellum comparatos, magni semper faciens: e diverso Constantinus tibialium calcaria cum tunicis ferreis ne adspicere quidem sustinebat, curruum strepitus ne per somnum quidem audire, bellicae tubae clangores, voces & tumultus martios ferre non poterat: voluptatibus lautisque mensis perpetuo deditus, ac delectationem capiens ex consuetudine impudicarum muliercularum, saltatricum, tibicinarum, ridicularum,

Constantinus VIII solus imp. an. II.

Fratrum dissimilitudo.

Τροίαν σκαμανδρογείτονα κέραντος Ἀχιλλέως.
Ἐπέσχεν οὖν ὁ βάρβαρος τοῦ θράσους ἐπ' ὀλίγον,
Τὴν γὰρ στρατεύσιμον ἰσχὺν εἶδεν ἐρημωθεῖσαν,
Καὶ πάλιν ἐναλάλαξε κραυγὰς ἐνυαλίους,
Καὶ πάλιν θροῦν ἐσάλπισε σημάντορα τῆς μάχης,
Καὶ πάλιν ὁ βασίλειος ἀμφέθετο τὸ ξίφος,
Καὶ πάγχαλκον ἐδούπησε βαρύκτυπον ἀσπίδα,
Καθάπερ πολεμόκλονος τειχεσιπλήτης ἄρης,
Καὶ πᾶν εὐθὺς κατάχαλκον ἐγένετο πεδίον.
Οὐδὲ γὰρ ἐνηυλίζετο θαλάμοις βασιλείοις,
Ὡς τρυφερὸν κοράσιον ὄψεις ἀῤῥένων φεύγων.
Ἀλλ' ἔτεγγον ἑωθιναὶ τούτου βοστρύχους δρόσοι.
Οὓς πόλεις 1 ἐκηπεύσαντο τὰ τῆς πορφύρας μύρα.
Καὶ πάλιν μάχαι δύσμαχοι, πάλιν ἀνδροκτασίαι,
Καὶ θράσος θυμοβάρβαρον ὁ βάρβαρος ἐδείκνυ,
Ὡς κάπρος δόρατος αἰχμὴν ὠθῶν ἐν τοῖς ἐγκάτοις.
Ὥπλιστο μὲν τὸ στράτευμα μερῶν ἐξ ἑκατέρων.
gnominata est, quod magna isthic sanationum dona fierent, multique dolores, & languores solverentur.

Ecclesiam S. Deiparae cognominatam Areobindi Petrus Magister, & Curopalata, Germanus frater Mauricii Imperatoris condidit; sed quod Areobindi domus ibi esset, inde Ecclesia ita adpellata fuit. Balneum vero eiusdem loci annis nonaginta duobus post sub Iustino Thrace exstructum est.

S. Euphemiam dictam Olybrii Deo exosa Eudoxia condere incepit, & fundamentum ad altitudinem duorum cubitorum supra terram perduxit. Postquam autem illa acerba morte sublata fuit, magister quidam Olybrius, Romanus, ibi habitans structuram absolvit, multisque pretiosis marmoribus exornavit, & fundis sacrisque vasis ditavit.

Locus vocatus Harmatii domus erat Harmatii Magistri, qui domesticus fuit Zenonis, & Basilisci exercitum ei prodidit. Quare ipsius Zenonis iussu interemtus est, quum per testudinem adscenderet ad tribunal Hippodromi.

Prasina autem eo, quod Prasinae factionis stabula essent, sic adpellantur.

Gerocomium a Marciano, & Pulcheria conditum est. Artabasdus autem Imperator, qui adversus Constantinum Caballinum insurgens, tres annos Imperium obtinuit, & postea ab eo debellatus, oculisque privatus fuit, is multas immobiles possessiones supradicto Gerocomio confirmavit, eo quod domus eius ibi sita esset. Ceterum vixit Artabasdus annis ducentis & octuaginta post conditum Gerocomium.

Cisternam cognomine arietariam, & Gerocomium, & balneum, quod est in loco dicto Harmatii, exstruxit Stephanus accubitor Mauricii Imperatoris duodecim annis post eius imperium.

Locus adpellatus Zeugma ex eo nomen habet, quod reliquiis S. Protomartyris Stephani in urbem adlatis usque ad hunc locum deductis, mulae ibi currui iunctae sunt, quae eas porro ad thermas Constantianas vexerunt.

Templum SS. Anargyrorum, sive Cosmae, & Damiani, in Zeugmate situm, aedificavit sub Theodosio iuniore Proclus Patriarcha Constantinopolitanus, discipulus Sancti Iohannis Chrysostomi.

Templum S. Eliae, quod Petrion dicitur, legiones totusque exercitus Zenonis ex Perside redux collata magna auri summa, accedente etiam ipsius Zenonis, & Ariadnae auxilio exstruxerunt, quibus ille in castris adparuerat.

S. Euphemiam cognomine Petraeam, Anastasius Dicorus, & uxor eius Ariadna aedificarunt.

Gerocomium Geragathae condidit Agatha Petri Patricii filia, foemina longe pulcerrima. Propterea autem Geragatha nominata fuit, quoniam virginitatem suam usque ad senectutem illibatam servavit. Hanc tamdem Constantinus Copronymus violavit, & maximis ditavit opibus. Quare quum cele-

brarentur ludi circenses adclamavit ei populus: Agatham iam vetulam tu renovasti. Ceterum ipsa clanculum colebat sanctas imagines. Absoluto autem Gerocomio impius ille Copronymus omnes collegit imagines, easque in loco combussit.

Ecclesia S. Iuliani nominata Perdix, & qui eam inhabitabant sancti, & venerandi Monachi, adsentiri nolentes detestabili sectae Constantini Copronymi, ab eo simul combusti fuerunt; & plumbum templi calore dissolutum ad litus Sophianum defluxit. Cognomen vero Perdicis ei dedit Perdix aerea in uno eius arcu ab ipso olim Constantino magno posita.

In loco, qui vocatur Antiochi, domus erat Antiochi Patricii, & Praepositi, qui baiulus fuit Theodosii iunioris, filii Arcadii Imperatoris, & multos sub ipso Magistratus gessit. Hic licet valde dives fuerit, attamen obiit pauper, propterea quod iniustus esset, & damnosus, & fraudulentus.

Templa SS. Esaiae, & Laurentii ab Imperatore Marciano, & eius uxore Pulcheria aedificata fuerunt, quorum tempore sanctum corpus Esaiae Prophetae Ierosolyma adlatum fuit.

In loco, qui vocatur Dexiocratis, domus erat Patricii ita nominati, qui vixit sub Theodosio iuniore, & ibi templum, atque Gerocomium exstruxit.

Templum, & Gerocomium, quae vocantur Cariana, una cum porticu Mauricius Imperator condidit. Quia vero antea ibi domus erat Cariani Patricii, locus inde cognomentum accepit.

Magnam Ecclesiam Blachernarum Marcianus, & Pulcheria aedificarunt, variisque, & pretiosis marmoribus exornarunt. Blachernae autem dictae sunt, vel quasi Blachernae, quod locus filicibus esset consitus, vel quasi Lacernae, quod locus esset lacunosus, & abundaret aquis, vel ob Blachi cuiusdam caedem.

Ecclesiam S. Deiparae, quae nuncupatur Conditorium sacrum, exstruxit Leo Macellas, ubi sacram illam arcam collocavit, in qua divina vestis S. Matris Dei reposita erat. Idem quoque balneum ibi aedificavit, multasque possessiones, & aurea, argenteaque vasa, & cimelia ei largitus est. Hoc templum olim extra portam erat: postea vero Heraclius muro illud circumdedit, eo quod multa ibi fierent miracula, & plurimi a morbis liberarentur.

Chrysobalandum, sive Auricrumena domus erat Nicolai Patricii, & Domestici Orientalium, quam ille mutavit in duo templa S. Archangeli Michaelis, & S. Panteleemonis, ob hanc causam. Vxor supradicti Domestici, marito in castris commorante, ab alio quodam adulterabatur. Qua de re ipse certior factus, improviso in urbem rediit, & ambos simul deprehensos articulatim consecuit. Postea autem recordatione, & metu extremi iudicii, duo haec templa condidit. Quum vero absoluta iam fere structura, defectu pecuniae plurimum angeretur, adparuit

σας. ἦν δὲ ἐν τῷ κρυπτῷ σεβομένη τὰς ἁγίας εἰκόνας. πληρωθέντος δὲ τοῦ Γηροκομείου ὁ θεοστυγὴς Κοπρώνυμος ἀθροίσας τὰς εἰκόνας κατέκαυσεν ἐκεῖ.

Ὁ δὲ ἅγιος Ἰουλιανὸς ὁ καλούμενος Πέρδιξ, καὶ οἱ καθήμενοι ἐκεῖσε μοναχοὶ, σεβάσμιοι ὄντες καὶ ὅσιοι, διὰ τὸ μὴ κοινωνεῖν τῆς μυσαρᾶς θρησκείας τοῦ Κοπρωνύμου, κατεκαύθησαν παρ' αὐτοῦ ἅμα τῷ ναῷ. ὁ δὲ μόλιβδος ἀναλύσας κατῆλθε μέχρι τοῦ αἰγιαλοῦ τῶν Σοφιῶν. ἐκλήθη δὲ Πέρδιξ, ὅτι ἵστατο Πέρδιξ χαλκοῦς εἰς μίαν τῶν καμάρων, στηλωθεὶς παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου.

Τὰ δὲ καλούμενα Ἀντιόχου, οἶκος ἦν Ἀντιόχου τοῦ πατρικίου καὶ Πραιποσίτου, καὶ βαϊόλου Ἀρκαδίου τοῦ Βασιλέως. πολλὰς ἐπ' αὐτοῦ ἀρχὰς διανύσαντος. πλούσιος δὲ γενόμενος σφόδρα, πένης ἐτελεύτησε, διὰ τὸ ἄδικον καὶ ἐπιβαρὺν γενέσθαι καὶ δόλιον.

Ὁ δὲ ἅγιος Ἠσαΐας, καὶ ὁ ἅγιος Λαυρέντιος ἐκτίσθησαν παρὰ Μαρκιανοῦ καὶ Πουλχερίας τῶν ἀοιδίμων βασιλέων. ὅτε ἤχθη καὶ τὸ ἅγιον σῶμα Ἠσαΐου τοῦ Προφήτου ἀπὸ Ἱερουσαλήμ.

Τὰ δὲ καλούμενα Δεξιοκράτους, οἶκος ἦν πατρικίου οὕτω καλουμένου ἐν τοῖς χρόνοις Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, ἐν ᾧ ναὸν καὶ Γηροκομεῖον ἐδήματο.

Τὰ Καριανοῦ, καὶ τὸν ναὸν, καὶ τὸ Γηροκομεῖον, Μαυρίκιος ὁ Βασιλεὺς σὺν τῷ ἐμβόλῳ ἀνήγειρεν, οἶκος δὲ ἦν πρότερον ἐκεῖσε Καριανοῦ πατρικίου, ἐξ οὗ καὶ προσηγορεύθη ὁ τόπος.

Τὸν ναὸν τὸν μέγαν τῶν Βλαχερνῶν, Μαρκιανὸς καὶ Πουλχερία ἀνήγειραν κοσμήσαντες αὐτὸν διὰ πολυτελῶν μαρμάρων, καὶ ποικίλων. Βλαχέρναι δὲ ἐκλήθη τοιῷδε τρόπῳ, ἢ ὅτι βλάχνα ἦσαν ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ καὶ ἐκόπησαν. καὶ οὕτως ἐκτίσθη, ὁ ναός. ἢ ἐκλήθη λακέρνα, καὶ βλαχέρνα, ὅτι λακκώδης ἦν ὁ τόπος, καὶ διὰ τὸ εἶναι ἐν αὐτῷ πολλὰ ὕδατα, ἢ ὅτι Βλάχου τοινὸς κέρμα ἦν ἐκεῖσε.

Τὴν ἁγίαν σορὸν, τὴν ναὸν τῆς Θεοτόκου ἀνήγειρε Λέων ὁ Μακέλης, ἔνθα κατετίθετο τὴν ἱερὰν σορὸν, ἐν ᾗ ἡ θεία ἐσθὴς τῆς Θεομήτορος ἐναπέκειτο. ἐκεῖσε πολλὰ ἴχνη καὶ θαύματα γέγονεν, οὗτος ἔκτισε καὶ τὸ λοῦμα καὶ ἐπεκύρωσε κτήματα πολλά. καὶ σκεύη, καὶ κειμήλια χρυσᾶ τε, καὶ ἀργυρᾶ. ἔξω δὲ τῆς πόρτας ἐτύγχανε· ὑπὸ δὲ Ἡρακλείου περιεκλείσθη, πολλῶν γενομένων θαυμάτων καὶ ἰάσεων ἐν αὐτῷ.

Τὸ Χρυσοβάλανθον οἶκος ἦν Νικολάου πατρικίου καὶ δομεστίκου τῆς ἀνατολῆς, ὃν ἀνήγειρεν εἰς ναοὺς δύο τοῦ Ἀρχιστρατήγου καὶ τοῦ ἁγίου Παντελεήμονος. διὰ δὲ τρόπον τοιοῦτον ἐνήγειρεν αὐτούς. τοῦ ῥηθέντος δομεστίκου ἐν τῷ ταξειδίῳ χρονίζοντος, ἐμοιχεύετο ἡ γυνὴ αὐτοῦ. εἶτα ὑπεισελθὼν ἐν τῇ πόλει, καὶ φωράσας τὸ δρώμενον μῦσος, συλλαβὼν ἀμφοτέρους μεληδὸν κατέκοψε. ὕστερον δὲ εἰς ἔννοιαν ἐλθὼν τοῦ φοβεροῦ κριτηρίου, ἀνήγειρε δύο δὲ τοὺς ναούς. περὶ δὲ τὸ τέλος ἐλθὼν τῶν κτισμάτων, καὶ ἀδημονῶν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν χρυσίον, ὤφθη αὐτῷ κατ' ὄναρ ὁ Ἀρχάγγελος λέγων. ἄπελθε εἰς τόνδε τὸν τόπον, πλησίον τῆς τοῦ

Ἀσπά-

Digitized by Google

Ἄσπαρος κινστέρνης, καὶ εὑρήσεις βαλάντιον, χρυσίου λίτρας ἔχον ἑκατόν. ὁ δὲ ἀπελθὼν καὶ εὑρὼν αὐτὸ, ἀνεπλήρωσε τοὺς ναοὺς καὶ ἐκάλεσε τὸν τόπον, καθὰ γράφομεν χρυσοβάλανδον.

ruit ei in ſomno Archangelus dicens : abi ad illum locum vicinum Aſparis Ciſternae, & invenies crumenam centum auri libras continentem. Domeſticus igitur eo accedens, crumenam invenit, & conſummata templorum ſtructura, locum, ut antea diximus, nominavit Chryſobalandum.

Ἡ μονὴ τῆς ἁγίας Εὐφροσύνης, ἥτις λέγεται τὰ Λιβάδια. ἐκτίσθη παρὰ Εἰρήνης τῆς Ἀθηναΐας μικρὰ καὶ πενιχρά. ὁ δὲ Μιχαὴλ υἱὸς Θεοφίλου τοῦ Βασιλέως εἰς ἔχθραν ἐλθὼν μετὰ Θεοδώρας τῆς ὀρθοδόξου, τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀδελφῶν, κατεβίβασεν αὐτὰς ἀπὸ τοῦ παλατίου, καὶ εἰσήγαγεν εἰς τὴν τοιαύτην μονὴν, καὶ μεγαλύνας, καὶ κτήματα πολλὰ δωρησάμενος. ἐκλήθη δὲ Εὐφροσύνης ἀπὸ μιᾶς τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ Εὐφροσύνης τοὔνομα, καλῶς βιωσάσης καὶ ἀσκησάσης.

Monaſterium S. Euphroſynae cognominatum Libadia, primum ab Irene Athenienſi exiguum valde, & paupertinum conditum fuit : poſtea autem ubi Michael Theophili filius cum Theodora matre, & ſororibus ſuis ſimultatem habere coepit, e Palatio illas in hoc Monaſterium detruſit, quod ampliatum multis poſſeſſionibus ditavit. Ceterum ab una Euphroſyna, quae bene, & religioſe vivebat, ita cognominatum eſt hoc Monaſterium.

Εἰς τὸ λεγόμενον Δεύτερον, ἐν τῷ κίονι ἵστατο στήλη Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου. ταύτην δὲ κατεβίβασε Βάρδας Καῖσαρ, ὁ θεῖος Μιχαὴλ τοῦ υἱοῦ Θεοφίλου, καὶ συνέτριψεν. ἐκλήθη δὲ ὁ τόπος τὸ Δεύτερον κατὰ τρόπον τοιόνδε. Λεοντίου πατρικίου καταδυναστεύσαντος καὶ κρατήσαντος, ἐξόριστον ἔπεμψε τὸν Ἰουστινιανὸν εἰς Χερσῶνα, ὅστις ἐποίησεν ἐκεῖ χρόνους δέκα. φυγῇ δὲ μετὰ ταῦτα χρησάμενος, ἦλθεν εἰς Τέρβολιν τὸν ἀρχηγὸν τῶν Βουλγάρων, καὶ ἤγαγε τὴν θυγατέρα αὐτοῦ εἰς γυναῖκα Θεοδώραν τοὔνομα. ἔλαβε καὶ στρατὸν παρ' αὐτοῦ, ἄνδρας πολεμιστὰς χιλιάδας ιε. καὶ ἐστράτευσε κατὰ τῆς πόλεως, ζητῶν τὴν οἰκείαν ἀρχήν. μὴ δεχθεὶς δὲ παρὰ τῶν πολιτῶν, ὑπέστρεψε πρὸς τὴν παλαιὰν καλουμένην πόρταν, καὶ εἰσῆλθε διὰ τοῦ ἀγωγοῦ, καὶ ἐξῆλθεν εἰς τὸν τόπον, οὗ ἵσταται ὁ κίων. αὐτόθι γὰρ εἶχε τὴν διάπνοιαν ὁ ἀγωγὸς, καὶ δεύτερον βασιλεύσας τὴν ἰδίαν ἀρχὴν, τὴν στήλην ἑαυτοῦ ἔθετο ἐπὶ τοῦ κίονος, καὶ ἐκάλεσε τὸν τόπον Δεύτερον. ἀνήγειρε δὲ καὶ τὸν ἐκεῖσε ναὸν τῆς ἁγίας Ἄννης, διὰ τὸ εἶναι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἔγκυον, καὶ ὀπτανθῆναι παρὰ τῆς ἁγίας, εἰς τὸν τοιοῦτον τόπον κτίσαι αὐτῇ ναόν. ἀλλὰ καὶ τὸ ἅγιον αὐτῆς σῶμα καὶ τὸ ὠμοφόριον ἐπὶ τούτου ἧκε.

In loco nuncupato Deutero, ſive Secundo ſtabat Iuſtiniani Rhinotmeti ſtatua, quam poſtea Bardas Caeſar Patruus Michaelis filii Theophili deiectam confregit. Adpellatus autem eſt locus Deuteron ob hanc cauſam. Iuſtinianus Rhinotmetus a Leontio Patricio rerum potiente exul in Cherſonem relegatus fuit, ubi cum decem manſiſſet annos, profugit tamdem ad Terbelim Bulgarorum Principem, qui filiam ſuam Theodoram ipſi in uxorem dedit, & inſuper exercitum quindecim militum millia ſubminiſtravit. Hunc ille contra Conſtantinopolim duxit ad repetendum Imperium ſuum. Quum vero cives eum recipere nollent, ſimulata fuga, apud portam urbis, quam vocant antiquam, clanculum per aquaeductum in urbem introrupit, eo loco, ubi nunc columna ſupereſt, quod ibi aquaeductus ſpiraculum eſſet. Ita ſecundum adeptus Imperium, ſtatuam ſuam illic erexit, & locum vocavit Deuteron, ſive Secundum. Ibidem quoque templum S. Annae aedificavit, quod uxorem eius gravidam per viſum monuit, ut in eo loco templum ſibi conderet. Quo poſtea etiam ſanctum eius corpus una cum eius humerali translatum fuit.

Τὸ δὲ Ξηροκηπίον ὁ ἅγιος Γρηγόριος, ἐκτίσθη παρά τινος πατρικίου ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου.

Templum S Gregorii, quod cognominatur Xerocepium, exſtruxit quidam Patricius ſub Theodoſio maiore.

Τὸν ἅγιον Ῥωμανὸν ἡ ἁγία Ἑλένη ἔκτισε, καὶ πλησίον αὐτοῦ τὴν ἁγίαν σορὸν καὶ τὸ λείψανον κατεθέτο τοῦ προφήτου Δανιὴλ, καὶ τοῦ μεγάλου μάρτυρος Νικήτα, καὶ ἑτέρων πολλῶν προφητῶν λείψανα, ἅπερ ἤγαγεν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, ἀπελθοῦσα εἰς ψηλάφησιν τοῦ τιμίου σταυροῦ, λέγεται δὲ, ὅτι οἱ ποιηταὶ τῶν κανόνων ὁ ἅγιος Ἰωσὴφ καὶ Θεόδωρος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ Στουδίτης, διὰ τὸν φόβον φυγόντες τοῦ Συρογενοῦς Λέοντος τοῦ εἰκονοκαύστου, ἐκεῖσε ἐκάθηντο καὶ ἐποίουν τοὺς κανόνας. πεντακόσια δὲ ἔτη διῆλθον, ἀφ' οὗ ἐκτίσθη ὁ ναὸς, μέχρι τῆς τῶν ῥηθέντων ποιητῶν κατοικίας.

Eccleſiam S. Romani B. Helena aedificavit, & prope eam depoſuit capſam cum reliquiis Prophetae Danielis, & magni Martyris Nicetae, uti & aliorumque Prophetarum reliquias, quas Ieroſolyma ſecura adtulit. In hac Eccleſia ferunt canonum auctores S. Ioſephum, & fratrem eius Theodorum Studitam metu Leonis Armenii Iconomachi profugos latuiſſe, & canones compoſuiſſe. Ex quo autem Eccleſia illa condita fuit uſque donec ſupradicti poetae ibi habitarunt, praeterierunt anni quingenti.

Ἀλλὰ καὶ τὴν μονὴν τῶν ἁγίων Κάρπου καὶ Παπύλου, ἡ ἁγία Ἑλένη ἔκτισε, εἰς μίμησιν τοῦ τάφου τοῦ Χριστοῦ, μετὰ ποικίλων καὶ θαυμαστῶν μαρμάρων, καὶ κτήματα πολλὰ ἐπεκύρωσε.

Praeterea etiam aedificavit S. Helena Monaſterium SS. Carpi, & Babylae ad imitationem ſepulchri Chriſti, ex vario, & admirando marmore, multiſque poſſeſſionibus ditavit.

Τὴν κινστέρναν τοῦ Βώνου, Βῶνος ὁ μάγιστρος ἔκτισεν, ὁ οἰκεῖος ἄνθρωπος Ἡρακλείου, ὃν καὶ κατέλιπεν εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως ἀντ' αὐτοῦ, ὅτε ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς πόλεως κατὰ Περσῶν.

Ciſternam Boni Bonus magiſter condidit, domeſticus Heraclii Imperatoris, cui etiam Imperator adverſus Perſas profecturus cuſtodiam urbis, & vices ſuas demandavit.

Cisternam Mocensem Anastasius Dicorus exstruxit, cum tanta in urbe aquae, & frumenti esset inopia, ut unus modius integro nummo veniret. Nomen vero haec cisterna habet a vicino templo S. Mocii.

Locus nuncupatus Porphyropolium antiquitus vestibus purpureis tingendis destinatus erat.

Hospitale nominatum Sampsonis condidit S. Sampson auxilio Iustiniani magni, quem ille a morbo liberavit.

In loco adpellato Eubuli domus erat Eubuli Patricii, ab ipso exstructa tempore Iustini Thracis.

AEdificium dictum Isidori B. Isidorus Eubuli frater condidit.

Templum S. Tryphonis, quod prope Eubuli est, Iustinianus magnus aedificavit: alterum vero, quod est in loco nuncupato Basilisci, Iustinus, & Sophia condiderunt.

In loco vocato Basilisci domus erat Basilisci Patricii, & Drungarii, quam Imperio potitus in amoenissimum Palatium mutavit, quo vetustate abolito, locus cognomentum retinet.

Antiquum Palatium Sophianum Mauricius aedificavit nomine Anastasiae uxoris Tiberii socrus suae. Post annos autem viginti & octo Heraclius, antequam imperaret, ibi habitavit, plurimum enim illo loco delectabatur, & ferunt, ibidem ei revelatum fuisse, fore ut aliquando imperio praeesset.

Palatium, quod est supra murum, & vocatur Bucoleonis, iunior Theodosius condidit: Iustinianus autem Triclinium exstruxit, quod ab eo nomen habet. Item aedificavit Triclinium aureum, & Lausiacum.

Palatia Hippodromi, & Quaestoris Constantinus magnus aedificavit.

Suburbium Daphne sic dictum est, quod statua ibi collocata esset fatidicae Daphnis Apollini adamatae. Adhaec moris erat, ut in eo loco Calendis Ianuarii populus Senatui laureas offerret.

Hippodromus Palatii ex eo nomen habet, quod moris esset Imperatoribus ibi privatim ludus circenses exercere. Haec consuetudo duravit a Constantino magno usque ad Irenem Atheniensem.

Signum fortunae urbis stabat supra arcum Palatii, quod olim Roma a Constantino magno delatum Mauricius postea confregit.

Porta ferrea ob hanc causam ita nominata est. Cum columna porphyretica fori Roma adveheretur, triennium integrum ob enormem magnitudinem in via fuit. Quum vero tamdem per supradictam portam ex navibus in urbem introducenda esset, & timerent, ne, quia locus fungosus esset, & humectus, columna in terram depressa ulterius non posset provehi, ideo ferreis vectibus viam straverunt circa portam, quae inde nomen retinuit.

Coemeterium S. Lucae condidit Irene Attica, ut gratis ibi sepelirentur pauperes. Eadem

Τὴν δὲ Μωκισίαν Ἀναστάσιος ὁ Δίκορος ἔκτισε ὅτε δὲ αὐτὴν ἔκτισεν, λεῖψις ἦν ἐν τῇ πόλει ὕδατος, καὶ σίτου, ὡς πιπράσκεσθαι τοῦ σίτου μόδιον ἓν εἰς τὸ νόμισμα. ἔλαβε δὲ τὴν τοιαύτην ἐπωνυμίαν ἡ κινστέρνα, διὰ τὸ πλησίον εἶναι τοῦ ἁγίου Μωκίου.

Εἰς δὲ τὸ καλούμενον Πορφυροπώλιον, τὸ παλαιὸν Πορφύρας ἔβαπτον.

Τὸν δὲ ξενῶνα τὸν λεγόμενον τοῦ Σαμψὼν, ὁ ὅσιος Σαμψὼν ἔκτισε συνεργείᾳ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου, διότι ὁ ὅσιος Σαμψὼν αὐτὸν ἰάσατο ἐκ τῆς νόσου.

Τὰ δὲ Εὐβούλου, παρὰ Εὐβούλου πατρικίου ἐκτίσθη, ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουστίνου τοῦ Θρακὸς, ἐπὰ οἶκος αὐτοῦ ἐκεῖσε.

Τὰ δὲ Ἰσιδώρου, ὁ ὅσιος Ἰσίδωρος ὁ ἀδελφὸς Εὐβούλου ἔκτισεν.

Τὸν ἅγιον Τρύφωνα, τὸν εἰς τὰ Εὐβούλου, Ἰουστινιανὸς ὁ μέγας ἀνήγειρε. τὸν δὲ εἰς τὰ Βασιλίσκου, Ἰουστῖνος καὶ Σοφία.

Τὰ δὲ Βασιλίσκου οἶκος ἦν Βασιλίσκου πατρικίου καὶ δρουγγαρίου, ὅστις βασιλεύσας ἐποίησεν αὐτὸν τερπνὸν παλάτιον, οὗπερ ἐκ τοῦ χρόνου ἀφανισθέντος, ὁ τόπος περισώζει ἀκμὴν τὴν ἐπωνυμίαν.

Τὰ παλαιὰ παλάτια τῶν Σοφιῶν Μαυρίκιος ἀνήγειρεν εἰς τὸ ὄνομα Ἀναστασίας τῆς πενθερᾶς αὐτοῦ, γυναικὸς Τιβερίου μετὰ δὲ εἴκοσι καὶ ὀκτὼ ἔτη Ἡράκλειος, πρὸς τοῦ βασιλεῦσαι αὐτὸν, τὴν κατοικίαν ἐκεῖσε ἐποιεῖτο. πάνυ γὰρ ἐφίλει τὴν τοιαύτην κατοικίαν· λέγεται δὲ, ὅτι καὶ ἐκεῖσε ἀπεκαλύφθη, ὅτι μέλλει κρατῆσαι.

Τὰ ἐπάνω τοῦ τείχους παλάτια τοῦ Βουκολέοντος, ὁ μικρὸς ἀνήγειρε Θεοδόσιος. ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς ἀνήγειρε τρίκλινον, καὶ καλεῖται εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. οὗτος ἐποίησε καὶ τὸν χρυσοτρίκλινον, καὶ τὸν Λαυσιακόν.

Τὰ δὲ παλάτια τοῦ ἱππικοῦ καὶ τοῦ Κοιαίστορος, ὁ μέγας ἀνήγειρε Κωνσταντῖνος.

Ἡ δὲ Δάφνη ἐκλήθη, διὰ τὸ ἵστασθαι ἐν τῷ τόπῳ στήλην, ἥτις ἦν ἡ μαντικωτάτη ποτὲ Δάφνη τοῦ Ἀπόλλωνος. ἀλλὰ καὶ τύπος ἦν, ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ τῇ πρώτῃ καλανδῶν Ἰαννουαρίου, λαμβάνειν τοὺς συγκλητικοὺς Δάφνας παρὰ τοῦ δήμου.

Ὁ δὲ ἐν τῷ παλατίῳ ἱππόδρομος ἐκλήθη οὕτως, ὅτι τύπος ἦν τοῖς βασιλεῦσι, ὅτι κατ' ἰδίαν γυμνάζοντες, ἔτρεχον δι' ἵππων ἐκεῖ. καὶ ἦν τὸ ἔθος κρατοῦν ἀπὸ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου μέχρι Εἰρήνης τῆς Ἀθηναίας.

Ἡ δὲ τύχη τῆς πόλεως, τὸ ἄγαλμα, ἣν ἐπάνω τῆς ἀψῖδος τοῦ παλατίου ἱσταμένη, ἀχθεῖσα ἀπὸ Ῥώμης παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. ὁ δὲ Μαυρίκιος συνέτριψεν αὐτήν.

Ἡ δὲ σιδηρᾶ πόρτα ἐκλήθη οὕτως· ὁ πορφυροῦς μέγας κίων τοῦ φόρου, πλοϊζόμενος ἀπὸ Ῥώμης, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μεγέθους αὐτοῦ, τρεῖς χρόνους ἐποίησεν ἕως τοῦ ἐλθεῖν ἐνταῦθα. εἰς δὲ τὴν ῥηθεῖσαν πόρταν τῶν Σοφιῶν μέλλοντος ἀχθῆναι τοῦ κίονος ἐκ τῶν σχεδίων, καὶ τοῦ τόπου χαύνου καὶ ἀλσώδους ὄντος, δεδοικότες, μὴ ὁ κίων χωσθεὶς, οὐ δυνήσεται ἐξελθεῖν, διὰ σιδηρῶν μοχλῶν κατέστρωσαν τὴν περὶ τὴν πόρταν ὁδὸν, καὶ οὕτως ἐκλήθη πόρτα σιδηρᾶ.

Τὸν ἅγιον Λουκᾶν, ἐν ᾧ οἱ τεθνεῶτες θάπτονται Εἰρήνη ἡ Ἀθηναία ἔκτισεν, ὅπως δωρεὰν ἐν

Digitized by Google

ἐν αὐτῷ θάπτονται οἱ πένητες. πάνυ γὰρ εὐσεβεστάτη οὖσα πολλὰ γηροκομεῖα, καὶ ξενοδοχεῖα, καὶ πτωχοτροφεῖα ἐποίησεν, εἰς ἀποστροφὴν τῶν πενήτων. ἀλλὰ καὶ φόρων βάρη ἐξέκοψε. τρία δὲ μάλιστα ταῦτα τὰ κυριώτερα ἐποίησε, θανάτου, καὶ ζωῆς, καὶ ὑγείας. Θανάτου μὲν ξενοτάφιον τοῦ ἁγίου Λουκᾶ, ζωῆς δὲ τὸ πιστωρεῖον, ὑγείας δὲ τὸν ξενῶνα, τὰ καλούμενα τῆς μακαρίας Εἰρήνης.

Τὸν ἅγιον Διομήδην ἔκτισε μὲν ὁ ἅγιος Κωνσταντῖνος, Βασίλειος δὲ ὁ Μακεδὼν, διὰ τὸ λαβεῖν ἀπ' ἐκεῖσε τὸν περὶ τῆς βασιλείας χρησμὸν, ἐπλάτυνε, καὶ ἐκάλυνε, καὶ χρήματα πολλὰ ἀπεχαρίσατο.

Τὰ Στουδίου Στούδιος πατρίκιος ἔκτισε ἐν τοῖς χρόνοις Λέοντος τοῦ Μακέλλου, καὶ κτήματα πολλὰ ἐπεκύρωσε, καὶ μοναχοὺς χιλίους ἀπέκειρε.

Ἡ καλουμένη τοῦ ἁγίου Αἰμιλιανοῦ πόρτα οὕτως ἐκλήθη, διὰ τὸ εἶναι πλησίον τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Αἰμιλιανοῦ, ὃς πρότερον μὲν ἦν εὐκτήριον μικρόν. ὅτε δὲ ἤχθη εἰς τὴν πόλιν τοῦ Μωσέως ἡ ῥάβδος ἐπὶ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἐδέξατο αὐτὴν ὁ Βασιλεὺς ἐκεῖσε πεζὸς, καὶ ἀνήγειρε μέγιστον ναὸν τῆς Θεοτόκου, ἔνθα καθέθετο τὴν ῥάβδον. ἔκτισε δὲ μείζονα καὶ τὸν ἅγιον Αἰμιλιανόν. μετὰ δὲ ταῦτα ἀπενέγκατο τὴν ἁγίαν ῥάβδον ἐν τῷ παλατίῳ.

Ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου, ἤχθη ἐλέφας μικρὸς ἀπὸ Ἰνδίας καὶ ἐτρέφετο εἰς τὰ Βασίλεια. ἱππικοῦ δὲ ἀγομένου, καὶ ἀπαγομένου αὐτοῦ πρὸς αὐτὸ, καταλλάκτης τις διερχόμενον αὐτὸν διὰ τοῦ Μιλίου, ἔπαισε μετὰ ῥάβδου σφοδρῶς. χρόνων δὲ διελθόντων δέκα, ἀνατραφεὶς ὁ Ἐλέφας, συνέβη καὶ αὖθις, ὡς ἔθος ἀπάγεσθαι εἰς τὸ ἱππικόν. περὶ δὲ τὸν τόπον τοῦ Μιλίου γενομένος, καὶ τοῦ ποτὲ τύψαντος αὐτὸν ἀναμνησθεὶς, καὶ ἰδὼν ἐν τῷ τραπεζίῳ καθεζόμενον, καὶ γνωρίσας, ἀθρόως δραμὼν πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐπὶ βρυχισάμενος ἔκρουσε μετὰ τοῦ ὀδόντος αὐτοῦ, καὶ ἔσχισεν εἰς μέσον τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐθαύμασε πᾶς τὸ φυσιμνησί κακον τοῦ θηρίου.

Τὰ δὲ Κλαυδίου οἶκος ἦν Κλαυδίου πατρικίου καὶ Κοιαίστορος, ἐν τοῖς χρόνοις Βασιλίσκου τοῦ Βασιλέως.

Τὰ δὲ Κανικλείου οἶκος ἦν Θεοκτίστου μαγίστρου καὶ ἐπὶ κανικλείου, τοῦ σφαγέντος εἰς κοῖλα τοῦ ἱπποδρομίου παρὰ Βάρδα Καίσαρος τοῦ θείου Μιχαὴλ τοῦ μεθυστοῦ.

Τὸν τοῦ Ἐλευθερίου λιμένα ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρε, κτίζων τὴν πόλιν. ἔλαβε δὲ τὴν προσηγορίαν ταύτην ἀπὸ Ἐλευθερίου πατρικίου καὶ παρισταμένου εἰς τὸ κτίσμα. ἵστατο δὲ ἐν τῷ αὐτῷ λιμένι στήλη μαρμάρινος Ἐλευθερίου, φέρουσα πτύον καὶ κόφινον. ὁ δὲ Βασιλεὺς Θεοδόσιος ὁ μικρὸς, τὸν ἀναχωματισμὸν τοῦ κτισθέντος παρ' αὐτοῦ κίονος ἐν τῷ Ταύρῳ χύσας ἐν αὐτῷ κατέχωσε, καὶ ἠφάνισε τὸν λιμένα, πλακωτὸν ὄντα κάτωθεν καὶ βαθύτατον.

Τὸν ἅγιον Παντελεήμονα Θεοδώρα ἡ γυνὴ τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ ἀνήγειρε, διότι ἦλθεν ἀπὸ Παφλαγονίας, ἐκεῖσε ἐν τῷ ἐμβόλῳ κατῴκει, πένης οὖσα καὶ ἔριαν ἤθουσα ἐξ ὧν εἶχε τὴν διατροφήν. μετὰ δὲ τὸ βασιλεῦσαι, ἔκτισε τὴν πενιχρὰν ἐκείνην οἰκίαν εἰς ναόν.

Τὰ

dem singulari pietate mota, complures domus senibus, peregrinis, & pauperibus sustentandis aedificavit. Item tributorum onera minuit. Imprimis autem tria haec morti, vitae, & sanitati exstruxit: morti Xenotaphium, sive Coemeterium peregrinorum, vitae Pistoriam sanitati, Hospitale, quod Beatae Irenae dicitur.

Templum Sancti Diomedis primus aedificavit Constantinus magnus: post eum autem Basilius Macedo id maius, & pulcrius reddidit, multisque donavit divitiis, propterea quod inde oraculum de futuro imperio acceperat.

Monasterium Studii Studius Patricius condidit tempore Leonis Macelae, & plurimis ditavit possessionibus, atque Monachos mille in eo instituit.

Porta S. AEmiliani nomen accepit a proximo templo S. AEmiliani, quod prius parvum erat oratorium. Quum autem sub Constantino magno virga Moysis in urbem adferretur, pedes eam in hoc loco excepit Imperator, & magnam condidit Ecclesiam S. Deiparae, ubi eam deposuit, atque templum S. AEmiliani valde ampliavit. Ceterum postea sacram illam virgam in Palatium transtulit.

Tempore Theodosii magni iuvenis elephas ex India adductus fuit, qui alebatur in Palatio Imperatoris. Hic quum ad ludos circenses deduceretur, Collybista quidam ei, per Miliarium transeunti, fustem impegit, quam vehementissime. Post annos vero decem Elephas, qui iam succreverat, iterum pro more ad Hippodromum ducebatur, & ubi ad Miliarium pervenit, reminiscens eius, a quo olim ibi erat caesus, & fortuito ipsum mensae vides adsidentem, & recognoscens, subito impetu illuc accurrit, & hominem cum barritu adorsus, dente eum feriit, mediumque discerpsit. Vnde omnes in eo animali naturalem offensae recordationem admirati sunt.

In loco nominato Claudii domus erat Claudii Patricii, & quaestoris tempore Basilisci Imperatoris.

In loco dicto Caniclei, domus erat Theoctisti magistri, & praefecti Caniclei, qui capite plexus fuit in caverna Hippodromi iussu Bardae Caesaris, qui patruus fuit Michaelis cognomine Ebriosi.

Portum Eleutherii Constantinus magnus struxit eodem tempore, quo ipsam urbem condidit. Nomen vero accepit ab Eleutherio Patricio, qui eius structurae praefuit. Eiusdem statua ibi posita erat, manu gerens ligonem, & cophinum. Ceterum Imperator Theodosius iunior, cum columnam, cum statua sua in Tauro erigeret, terram fodiendo erutam, in hunc portum ingessit, atque eum opplevit, qui antea fundum lapide quadrato pavitum, & altissimum habuit.

Ecclesiam S. Pantelemonis Theodora uxor Iustiniani magni exstruxit, quoniam ex Paphlagonia Constantinopolim veniens, ibi habitaverat in porticu, paupercula tunc, & lanificio sibi victum quaeritans. Sed postquam ad imperium pervenit aedes illas paupertinas in Ecclesiam mutavit.

Quam

Digitized by Google

Quam vocant Narsetis, domus erat Narsetis Patricii, & Praepositi Eunuchi tempore Iustiniani magni, quam ipse postea mutavit in Hospitale, & Gerocomium.

Idem Narses templa SS. Probi, Tarachi, & Andronici aedificavit.

Templum S. Thomae dictum Amantii, domus erat Amantii accubitoris tempore Anastasii Dichori, quam ipse mutavit in Ecclesiam: incendio autem consumtam restituit filius eius Basilius.

Monasterium adpellatum Martinacae condidit Martinaces Patricius, avunculus Dominae Theophanus, sub Michaele Methysta, & Basilio Macedone.

Templum S. Ioannis Praecursoris cognominatum Probi Probus Patricius exstruxit, item Palatium aedificavit admiratione dignum.

Toxara, ut vocant, domus erat Toxarae manclavitae, qui iussu Basilii Macedonis Michaelem Ebriosum in templo S. Mamantis occidit.

Templum Curatoris condidit Verina uxor Leonis Macellae ad instar Sepulchri Christi. Structurae autem Curator quidam domesticus eius praefuit.

Ecclesiam Diaconissae exstruxit Cyriacus Patriarcha tempore Mauricii Imperatoris. Ita vero denominata est, quod Patriarcha adhuc Diaconus ibi habitaret, & soror eius ibidem esset Diaconissa.

Ecclesiam S. Anastasiae Pharmacolytrae, Anastasius Dicorus aedificavit eo loco, ubi Pharmaci cuiusdam Patricii domus fuit.

Locus dictus Leomacellum ita denominatum fuit, quod Leo Macelas antequam Imperio potiretur, carnes ibi vendiderit, & uxor eius chordas torqueret.

In loco nominato Florentii domus erat Florentii Patricii, & Ducis Antiochiae, qui vixit tempore Arcadii Imperatoris, & domum suam mutavit in Gerocomium.

Anthemiana domus erat Anthemii magistri, quem Marcianus Imperator in urbe coronavit, &, data ei in uxorem filia, quam ex prima uxore susceperat, Imperatorem Romam misit. Is vero domum suam in templum Gerocomium, & balneum mutavit.

Monasterium Festinationis, condidit Anna Augusta Leonis Isauri. Quum enim gravida esset, & revertens ex Blachernis in via pariendi necessitate urgeretur, festine divertit, ad quemdam Protospatharum, & ibi peperit; domumque in Monasterium mutatam Festinationis vocavit, ob acceleratum partum. Eadem Augusta Monasterium Annae aedificavit.

Gerocomium Severi condidit Severus Patricius, frater adoptivus Constantini Imperatoris, qui nepos Heraclii fuit, & in balneo occisus est. Idem quoque templum exstruxit, quo loco domus eius sita fuerat. Imperatore autem supradicto in Sicilia interemto, sumsit sibi hic Severus Romanam classem, & cum ea usque ad locum cui Phoenicis nomen est, pervenit.

Gainae quae vocatur, domus erat Gainae Patri-

Τὰ Ναρσοῦ οἶκος ἦν Ναρσοῦ πατρικίου καὶ πραιποσίτου εὐνούχου, ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου, καὶ μετετέθη εἰς ξενῶνα καὶ γηροκομεῖον παρ' αὐτοῦ.

Τὸν ἅγιον Πρόβον, Τάραχον, καὶ Ἀνδρόνικον ὁ αὐτὸς Ναρσῆς ἀνήγειρε.

Ὁ δὲ ἅγιος Θωμᾶς, ὁ τὰ Ἀμαντίου καλούμενος, οἶκος ἦν Ἀμαντίου παρακοιμωμένου ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Δικόρου. κἀκεῖνος ναὸν ἀνήγειρεν· ὕστερον δὲ πυρποληθέντα ὁ υἱὸς Βασίλειος ἀνήγειρεν.

Τὴν μονὴν τοῦ Μαρτινάκου ἀνήγειρε Μαρτινάκες πατρίκιος, ὁ θεῖος τῆς Δεσποίνης Θεοφανοῦς ἐπὶ Μιχαὴλ τοῦ μεθυστοῦ καὶ Βασιλείου Μακεδόνος.

Τὸν Πρόδρομον τὰ Πρόβου Πρόβος πατρίκιος ἀνήγειρε, καὶ παλάτια ἔκτισε θαυμαστὰ πάνυ.

Τὰ λεγόμενα Τοξαρᾶ οἶκος ἦν Τοξαρᾶ μαγκλαβίτου, τοῦ ἀνελόντος κατ' ἐπιτροπὴν τοῦ Βασιλέως τοῦ Μακεδόνος Μιχαὴλ τὸν μεθυστὴν εἰς τὸν ἅγιον Μάμαντα.

Τὰ Κουράτορος ἐκτίσθη παρὰ Βερήνης γυναικὸς Λέοντος τοῦ Μακέλου, εἰς τύπον τοῦ τάφου Χριστοῦ. παρίστατο δὲ Κουράτωρ ἄνθρωπος οἶκος αὐτῆς, εἰς τὸ κτίσμα.

Τὰ Διακονίσσης ἔκτισε Κυριακὸς ὁ Πατριάρχης ἐν τοῖς χρόνοις Μαυρικίου τοῦ βασιλέως. ἐπεκλήθη δὲ οὕτως, ὅτι ὁ Πατριάρχης ἔτι διάκονος ὢν ἐκεῖσε ᾤκει, καὶ ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ ἐκεῖσε ἦν Διακόνισσα.

Τὴν ἁγίαν Ἀναστασίαν τὴν Φαρμακολύτραν, Ἀναστάσιος ὁ Δίκορος ἀνήγειρεν. ἦν δὲ ἐκεῖσε οἶκος πατρικίου τινὸς Φαρμακοῦ καλουμένου.

Τὸ λεγόμενον Λεωμάκελλον τρόπον τοιοῦτον ἐκλήθη οὕτως, ὅτι Λέων ὁ Μακέλης, ὃς ἑρμηνεύεται σφαγεὺς, πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι λέγεται, ὅτι κρέα ἐπώλει, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἔπλεκε χορδὰς ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ.

Τὰ Φλωρεντίου οἶκος ἦν Φλωρεντίου πατρικίου καὶ Δουκὸς Ἀντιοχείας, τοῦ ἐν τοῖς χρόνοις Ἀρκαδίου τοῦ Βασιλέως ὅστις τελευτῶν ἐποίησε τὸν οἶκον αὐτοῦ γηροκομεῖον.

Τὰ Ἀνθημίου οἶκος ἦν Ἀνθημίου μαγίστρου τοῦ ἐν τοῖς χρόνοις Μαρκιανοῦ, ὃς καὶ ἔστεψεν αὐτὸν ἐν τῇ πόλει, δεδωκὼς αὐτῷ τὴν ἐκ πρώτης γυναικὸς αὐτοῦ θυγατέρα. καὶ ἀπέστειλε εἰς Ῥώμην Βασιλέα. ὁ δὲ τὸν αὐτοῦ οἶκον εἰς ναὸν καὶ γηροκομεῖον ἀνήγειρε, καὶ λοῦμα.

Τὰ Σπουδῆς, Ἄννα ἡ Αὐγοῦστα ἔκτισεν, ἡ Λέοντος τοῦ Συρογενοῦς. ἔγκυος γὰρ οὖσα, καὶ στεφομένη ἀπὸ τῶν Βλαχερνῶν, τῆς τοῦ τεκεῖν αὐτὴν ὥρας παραστάσης, εἰσῆλθε κατὰ σπουδὴν εἰς οἶκόν τινος πρωτοσπαθαρίου, καὶ ἀπέτεκε, καὶ ἐποίησε τὸν οἶκον ἐκεῖνον μονὴν, καὶ ἐπωνόμασε Σπουδῆς, διὰ τὸ κατεπείγειν αὐτὴν καὶ ἐπισπεύδειν τὸν τοκετόν. ἀλλὰ καὶ τὴν μονὴν τὰ Ἄννης. ἡ αὐτὴ ἄνασσα Ἄννα ἐποίησε.

Τὰ Σεβήρου τὸ γεροκομεῖον Σεβῆρος πατρίκιος ἔκτισεν ὁ ἀδελφοποιητὸς Κώνσταντος Βασιλέως, τοῦ ἐγγόνου Ἡρακλείου, ὃς ἀνῃρέθη ἐν τῷ Βαλανείῳ, εἰς Σικελίαν. ἀλλὰ καὶ ναὸν ἀνήγειρεν, ἐπεὶ οἶκος αὐτοῦ ἐνταῦθα ἦν. μετὰ γοῦν τὸ σφαγῆναι τὸν ῥηθέντα Βασιλέα ἐν Σικελίᾳ, παρέλαβον αὐτὸς τὸν Ῥωμαϊκὸν στόλον, καὶ ἀνῆλθεν ἕως τοῦ καλουμένου Φοίνικος.

Τὰ Γαϊνᾶ, οἶκος ἦν Γαΐνα Πατρικίου τοῦ τυραν-

νήσαν-

νήσαντος εἰς τὰ Θρᾳκῷα μέρη, ἐν τοῖς χρόνοις Ἀρκαδίου, ϗ σφαγέντος ἐκεῖσε.

Τὰ Εὐσεβίου Εὐσέβιές τις ἔκτισε πατρίκιος, ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουςίνου ϗ Σοφίας τοῦ εὐσεβεςάτου ζεύγους.

Τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον τὰ Κύρου, Κῦρος πατρίκιος ϗ ἔπαρχος ἔκτισεν ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, ὃς ϗ παρίςατο εἰς τὸ κτίσμα τοῦ χερσαίου τείχους, ὅτε ἐκτίζετο παρὰ τῶν δύο μερῶν, καὶ ὑπὸ τῶν δημοτῶν ἀγαπηθεὶς ἦν. ὅτε ϗ φωνῇ μεγάλῃ εἶπεν. Κῦρος ϗ εἰς ἄλλο νικήσει, ϗ προκόψῃ. ὅπερ ἀκούσας ὁ Βασιλεὺς, ἐποίησεν αὐτὸν μητροπολίτην εἰς Σμύρναν.

Εἰς δὲ τὸ χρυσοκάμαρον, τὸ ὄπισθεν τοῦ μυρελαίου, ζώδιον ἵςατο χρυσοῦν, ἐξ οὗ ἐκλήθη Χρυσοκάμαρον. ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Βάρδα Καίσαρος τοῦ θείου Μιχαὴλ ἐκλάπη. εἰς δὲ τὸ Χρυσοκάμαρον τὸ πλησίον τοῦ ἁγίου Ἀκακίου, ὅπου ἐςὶ τὸ Μωσηλὲ ὁ οἶκος, Χριςοῦ ὑπῆρχεν εἰκονισμός.

Εἰς τὰ δύο Μυρέλια μύρα ἔῤῥεε, καὶ ἰαμάτα πολλὰ ἐγίνετο ὑπὸ τῆς Θεοτόκου, ϗ διὰ τοῦτο ἐκλήθησαν.

Τὸ ἀνεμοδούλιον τὸ χαλκοῦν ἐςηλώθη παρὰ Ἡλιοδώρου ἀςρονόμου ἐν τοῖς χρόνοις Λέοντος τοῦ Συρογενοῦς· ἐν ᾧ εἰσὶν ἐςηλωμένοι οἱ δώδεκα ἄνεμοι. τὰ δὲ χαλκουργήματα τὰ μεγάλα ἤχθη ἀπὸ τοῦ κάςρου Δυῤῥαχίου. εἶχε δὲ αὐτά τις γυνὴ εἰς προῖκα αὐτῆς.

Τον ἅγιον Ἀκάκιον τὸν Χαρέαν ἔκτισεν ὁ ἀδελφὸς Ναρσῆ πατρικίου ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουςίνου ϗ Προκοπίας.

Ὁ ἅγιος Προκόπιος τὰ Βιγλεντίας, εἰς τὸν Ταῦρον, ἐκτίσθη παρὰ Ἰουςινιανοῦ, ὃς ϗ ἄλλα πολλὰ αὐτόθι παλάτια ἔκτισε, λόγῳ τῆς αὐταδέλφης αὐτοῦ Βιγλεντίας. ὑπὸ δὲ ἐμπρησμοῦ ἀφανισθέντα, Ἀντωνίνα ἡ γυνὴ Βελισαρίου τοῦ μαγίςρου, ἥτις ζωςὴ ἦν Θεοδώρας τῆς γυναικὸς Ἰουςινιανοῦ τοῦ μεγάλου, μετὰ τὸ χηρεῦσαι αὐτὴν, κατῴκει μετὰ Βιγλεντίας, καὶ συναινέσει αὐτῆς πάλιν ἀνήγειρε τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Προκοπίου, τὰ Βιγλέντια καλούμενον.

Τὸ δὲ λεγόμενον Κοντοσκάλιον ἡ πόρτα ἀπὸ Γαληνοῦ, τοῦ παριςαμένου εἰς τὸ κτίσμα τοῦ λιμένος, ἔλαβε τοὔνομα· καὶ γὰρ ἐκεῖνος Κοντόσκολος ἐπωνομάζετο.

Ἡ λεγομένη τοῦ Ψαρελαίου μονὴ, πρότερον Μυρόδωνος ἐκαλεῖτο. ὁ δὲ Κοπρώνυμος διερχόμενος ἐκεῖ, ἠρώτησε τὸν πατρίκιον τὸν Καμουλιανόν. πῶς κέκληται ἡ μόνη· τοῦδε μὴ εἰδέναι εἰπόντος, αὐτὸς εἰδὼς, ϗ ἐνυβρίσαι θέλων τὴν τῶν μοναχῶν βρῶσιν Ψαρελαίου καλεῖσθαι ταύτην ἐκέλευσε, ϗ γέγονε τὸ τούτου ῥῆμα κύριον ὄνομα τῇ μονῇ. οἱ δὲ ἐκεῖσε μοναχοὶ τηνικαῦτα ἐξέφυγον.

Ὁ χορτοβολὼν ὁ ὢν εἰς τὸ Βύκινον ἐκκλησία ἦν τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου, ἣν ἀνήγειρε Ἰουςινιανὸς ὁ μέγας. ὁ δὲ Καβαλίνος ἐποίησεν αὐτὴν χορτοβωλῶνα.

Εἰς τὴν καλουμένην Ψαμαθέαν εἴδωλον ἵστατο σεβόμενον παρ' Ἕλληνός τινος. ἔλεγον οὖν οἱ Χριςιανοὶ πρὸς τὸν σέβοντα αὐτό. κατὰ ψεῦσμα Θεός ἐςι τοῦτο τὸ σὸν εἴδωλον. ϗ ἐκ τούτου ἔλαβεν ἡ πόρ-

Patricii, qui tempore Arcadii Imperatoris imperium adfectavit in Thraciae partibus, atque ibi occisus fuit.

AEdificium nominatum Eusebii Eusebius quidam Patricius exstruxit tempore Iustini, & Sophiae coniugum piissimorum.

Ecclesiam S. Deiparae cognominatam Cyri, Cyrus Patricius & Praefectus sub Theodosio iuniore condidit. Idem structurae terrestris muri praefuit, & a populo adeo dilectus fuit, ut publice exclamaret, fore, ut ad maiorem proveheretur dignitatem. Quo audito Imperator eum Metropolitanum Episcopum Smyrnae fecit.

In Chrysocamera, quae sita est post Myrelaeum, stabat olim signum aureum, a quo Chrysocamera nomen accepit. Hoc autem tempore Bardae Caesaris furto inde ablatum fuit. In altera Chrysocamera, quae est prope S. Acacium, ubi est domus Mosele, Christi imago adservabatur.

In duobus illis locis, quae vocantur Myrelaea, unguenta scaturibant, & multi sanitati restituebantur, ope virginis Deiparae, unde etiam nomen obtinuerunt.

Anemodulium aereum, in quo duodecim ventorum signa posita sunt, tempore Leonis Isauri ab Heliodoro Astronomo erectum fuit. Magna autem eius simulacra aerea Dyrrhachio adlatae sunt a muliere quadam, quae in dotem illa acceperat.

Ecclesiam S. Acacii dictam Chaream aedificavit frater Narsetis Patricii tempore Iustini & Procopiae.

Templum S. Procopii cognominatum Vigilantiae, quod situm est in Tauro, primus exstruxit Iustinianus, qui etiam multa alia Palatia ibi aedificavit nomine Vigilantiae germanae suae sororis; sed istam Ecclesiam incendio absumtam, reaedificavit Antonina uxor Belisarii Magistri, quae vestitrix fuit Theodorae uxoris Iustiniani magni, suasu ipsius Vigilantiae, cum qua post mariti sui mortem habitavit.

Porta, quae vocatur Contoscalium, nomen accepit a Galeno, qui structurae portus praeerat, & cognominabatur Contoscelus.

Monasterium Psarelaei, antea nominabatur Myrodonis. Quum autem quodam tempore Constantinus Copronymus illud praeteriens Camulianum Patricium interrogaret, quomodo id Monasterium vocaretur, atque is se nomen eius nescire responderet, Imperator; qui bene illud noverat, nominari iussit Monasterium Psarelaei, illudens scilicet Monachis, quod semper comederent pisces. Et Monasterium quidem hoc nomen retinuit, Monachi vero propterea inde profugerunt.

Foenile, quod est in loco nuncupato Buccino, prius Ecclesia erat S. Apostoli Andreae, quam exstruxerat Iustinianus magnus. Constantinus vero Copronymus eam mutavit in faenile,

In Porta, quae vocatur Psamathea, sive littorea, idolum stabat, quod colebatur a quodam gentili: propterea igitur, quod Christiani eius cultori dicere solerent: falsus est,

Digitized by Google

est, & ementitus Deus hoc tuum idolum; ideo Porta sic nominata est, vel propter exaltatum ibi sanctae, & venerandae Crucis signum, quod supra eam positum erat.

Porta, quae vocatur Quinta, ex eo nomen habet, quod numero quinta sit.

Porta Charsiae, ita dicta est a Charsia secundario factionis Venetae, qui structurae eius loci praefuit, quum conderetur murus terrestris.

Porta, quae vocatur Xylocercos, nomen ex eo habet; quod artifices eum struentes, propter magnam aquae copiam ibi repertam, & crebram maris inundationem, roboreis tignis & palis in aqua defixis fundamentum superposuerunt.

Ecclesiam S. Deiparae, quae cognominatur ad fontem, Iustinianus magnus condidit. Quum enim aliquando in Thraciam venatum iret, & ex hoc templo, quod tunc temporis parvum Oratorium erat, magnam videret prodire populi multitudinem, interrogavit: quidnam illud sibi vellet; Strategio autem quodam magistro & custode imperialis pecuniae respondente, fontem ibi esse morbos sanantem, valde hoc admiratus est Imperator, & ex superflua materia magnae Ecclesiae ingens ibi, & splendidum aedificavit templum, quod terrae motu collapsum Irene Attica reaedificavit, ducentis & septuaginta septem annis post primam eius aedificationem.

Templa imaginis non manufactae, & sancti Ioannis Theologi a beato Constantino primo exstructa fuerunt.

Ecclesiam S. Ioannis Baptistae Theodosius magnus condidit, quia ipso imperante sanctum eius caput in urbem adlatum fuit, quod Imperator cum Patriarcha Nectario in Hebdomo suburbio excepit, & in sancti Ioannis Evangelistae templo deposuit, usque dum per Rufinum magistrum Ecclesia supradicta sancti Ioannis Baptistae aedificaretur.

Monasterium Paulini Paulinus magister condidit, qui valde familiaris fuit Imperatori Theodosio iuniori, & una cum ipso educatus. Hunc postea Theodosius zelotypia occidit ob coniugem Eudociam Augustam. Quippe offerebatur aliquando Imperatori pomum mirae magnitudinis e Phrygia adlatum, quod ipse plurimum admiratus eum, qui adtulerat, centum hyperpyris remuneravit. Pomum vero ex templo sanctae Sophiae, ubi hoc ipsi oblatum erat, ad Eudociam Augustam misit, quae illud accipiens, aeque magnitudinem, atque pulcritudinem eius mirata fuit. Accedens autem ad eam Paulinus, & idem pomum simili cum admiratione spectans, dixit: ubinam, Domina, egregius ille fructus repertus est? At ipsa, quae eum amabat; tu, ait, accipe illud. Paulinus igitur pomum ab ea acceptum Imperatori remisit, ignorans ab eo prius Augustae illud donatum fuisse. Imperator autem pomum recipiens, & cognoscens idem esse, quod antea Augustae miserat, ipsam ad se vocatam interrogavit: ubi est pomum, quod tibi misi? Illa vero respondit: Paulino nostro fidelissimo

πόρτα τὴν τοιαύτην ἐπίκλησιν. ἢ ἀπὸ τὸ ὕψωμα θεῖον, διὰ τὸ ἄνωθεν ἵστασθαι τὸν τίμιον σταυρόν.

Ἡ πέμπτη λεγομένη πόρτα ἐκλήθη, διὰ τὸ εἶναι τὸν ἀριθμὸν τὴν πέμπτην.

Ἡ δὲ Χαρσίου πόρτα ἐκλήθη ἀπὸ Χαρσίου, τοῦ δευτερεύοντος τοῦ μέρους τῶν Βενέτων, ὅτι παρίστατο ἐκεῖσε, ὅτι ἐκτίζετο τὸ Χερσαῖον τεῖχος.

Ἡ Ξυλόκερκος πόρτα διὰ τοῦτο ἐκλήθη οὕτως, ὅτι οἱ τεχνῖται ἐν τῷ τόπῳ εὑρόντες ὕδατα πολλὰ, καὶ μὴ δυνάμενοι θῆσαι τεῖχος διὰ τὴν πολλὴν πλημμύραν, κέρκους καὶ παντουρώματα μετὰ ξύλων ποιήσαντες, τεθήκασι τὸ θεμέλιον.

Τὴν Θεοτόκον τὴν καλουμένην πηγὴν ὁ μέγας Ἰουστινιανὸς ἔκτισε, ἀπερχόμενος γὰρ εἰς Θρᾴκην ἐπὶ τῷ κυνηγῆσαι, εἶδε πλῆθος λαοῦ ἐξερχομένου ἐκ τοῦ ἐκεῖσε ναοῦ, μικροῦ ἔτι ὄντος εὐκτηρίου, καὶ ἠρώτησε, τί ἐστιν; στρατήγιος δέ τις μάγιστρος καὶ φύλαξ τῶν βασιλικῶν χρημάτων εἶπεν αὐτῷ. ἡ πηγὴ τῶν ἰαμάτων ἐστὶ Δέσποτα· καὶ ὁ Βασιλεὺς θαυμάσας ὥρισε, καὶ ἐκτίσθη ναὸς μέγιστος καὶ περικαλλὴς, ἐκ τῆς περισσευσάσης ὕλης τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. ὑπὸ σεισμοῦ δὲ συμπτωθεὶς ἐκτίσθη πάλιν παρὰ Εἰρήνης τῆς Ἀθηναίας, ἔχων ὁ ναὸς, ἀφ᾽ οὗ ἐκτίσθη ἕως τῆς Ἀθηναίας Εἰρήνης ἔτη διακόσια ἑβδομήκοντα ἑπτά.

Ἡ δὲ ἀχειροποίητος, καὶ ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Θεολόγος παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Κωνσταντίνου ἐκτίσθη.

Ὁ δὲ πρόδρομος ὁ στρογγυλόστεγος ἐκτίσθη παρὰ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου, ὅτι ἐπὶ ἡμέρων αὐτοῦ ἤχθη ἡ τιμία Κάρα τοῦ προδρόμου εἰς τὴν πόλιν, ἣν καὶ ἐδέξατο ἀπὸ τοῦ Ἑβδόμου μετὰ Νεκταρίου Πατριάρχου, καὶ κατέθετο εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεολόγου. εἶτα διὰ τοῦ μαγίστρου Ῥουφίνου ἔκτισε τὸν ναὸν τοῦ προδρόμου.

Ἡ μονὴ τοῦ Παυλίνου ἐκτίσθη παρὰ Παυλίνου μαγίστρου τοῦ οἰκειοτάτου ἀνθρώπου τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ. σύντροφος γὰρ αὐτῷ ὑπῆρχεν. ὃς καὶ ἀνήγειρε τὸν ναὸν τῶν ἁγίων ἀναργύρων. οὗτος ὁ Παυλῖνος ἀνῃρέθη παρὰ Θεοδοσίου, ζηλοτυπήσαντος αὐτὸν διὰ τὴν ἰδίαν γυναῖκα Εὐδοκίαν τὴν βασίλισσαν. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ εὑρέθη μῆλον παμμεγεθέστατον, ἀπὸ Φρυγίας κομίσαντος αὐτό τινος. ὅπερ λαβὼν ὁ Βασιλεὺς καὶ θαυμάσας, δέδωκε τῷ κομίσαντι ὑπέρπυρα ἑκατόν. τὸ δὲ μῆλον ἀπέστειλεν Εὐδοκίᾳ τῇ βασιλίσσῃ ἐκ τῆς ἁγίας Σοφίας, ἐκεῖσε γὰρ ὄντι τῷ Βασιλεῖ ἐκομίσθη, κἀκείνη λαβοῦσα κατεῖχε, καὶ ἐθαύμασεν ἐπὶ τῷ μεγέθει καὶ κάλλει αὐτοῦ. προσελθὼν δὲ Παυλῖνος, καὶ ἰδὼν παρὰ τῇ Δεσποίνῃ τὸ μῆλον, ἐθαύμασεν, εἰρηκὼς αὐτῇ· πόθεν τοῦτο τὸ ἀγαθὸν εὑρέθη, Δέσποινά μου; ἡ δὲ ἐρῶσα αὐτοῦ, λάβε τοῦτο, ἔφη. ὁ δὲ λαβὼν ἔπεμψε δῶρον τοῦτο τῷ Βασιλεῖ, μὴ εἰδὼς, ὅτι παρ᾽ αὐτοῦ ἐδόθη τῇ Δεσποίνῃ. ὁ δὲ Βασιλεὺς λαβὼν, καὶ γνοὺς, ὅτι, ὅπερ ἀπέστειλε τῇ Βασιλίσσῃ, μῆλόν ἐστι, προσεκάλεσε τὴν Αὐγοῦσταν, καὶ ἐπηρώτησε αὐτήν. ὅπερ ἔστειλά σοι μῆλον, ποῦ ἐστιν; ἡ δὲ εἶπε. Παυλίνῳ τῷ πιστοτάτῳ ἡμῶν δέδωκα. ὁ δὲ αὐτὴν μὲν ἐπείλησε ῥήμασιν αὐστηροῖς.

ρεῖς. Παυλῖνον δὲ προσέταξε φονευθῆναι εἰσερχόμενον εἰς τὸ παλάτιον. καὶ δῆτα ἀνερχόμενον τὸν σκοτεινὸν κοχλίαν, οὐκ ἠδυνήθησαν οἱ προσταχθέντες τοῦτον φονεῦσαι, εἰ μὴ τὰ ὦτα αὐτοῦ μόνα ἐξέκοψαν. καὶ γνοὺς ἐκεῖνος τὴν ἐπιβουλὴν ἔφυγε. τοῦτο δὲ εἰς θαῦμα τῶν ἁγίων ἀναργύρων γέγονεν, ὡς ἂν τελειώσῃ τὸν ναὸν αὐτῶν. Ὁ δὲ Βασιλεὺς ἀκούσας, ὅπως αὐτὸς ἔφυγε τὸν προκείμενον φόνον, καὶ αἰσχυνθεὶς, ἄγνοιαν προὐβάλλετο, καὶ τοὺς τολμητὰς ἀμύναι ἔλεγεν. ἀλλὰ μετὰ ταῦτα ἤδη τετελειωκότα τὸν ναὸν τῶν ἁγίων ἀναργύρων ἀπεκεφάλισεν αὐτόν.

simo dedi. Tunc Imperator illam quidem severa interminatione increpuit; Paulinum autem, dum ingrederetur Palatium, interfici iussit. Constituti igitur insidiatores cum in adscensu testudinis tenebrosae adgressi sunt, cui tamen, solis auribus praefectis, vitam adimere non potuerunt; ipse enim, simulatque per insidias se circumventum sensit, recta inde profugit. Ceterum hoc ita evenit, miraculoso auxilio SS. Anargyrorum Cosmae, & Damiani, nempe, ut inchoatum eorum templum exaedificaret. Imperator vero, audiens eum vitae periculum effugisse, prae pudore nil sibi hac de re cognitum fuisse simulavit, & insuper adgressores se puniturum promisit. Nihilominus, post absolutum templum sanctorum Anagyrorum caput ei praecidi iussit.

Τὴν ἁγίαν Σορὸν, τὴν ἐν τοῖς χαλκοπρατείοις, Ἰουστῖνος καὶ Σοφία ἀνήγειρεν. ἐν δὲ τῇ ἀγρυπνίᾳ ἀνεγίνωσκον μεγάλοι ἄνθρωποι, ὅ, τε Μιχαὴλ ὁ Ῥαγγαβὲ ὁ κουροπαλάτης, πρὸ τοῦ Βασιλεῦσαι, καὶ Βάρδας Καῖσαρ ὁ θεῖος Μιχαὴλ τοῦ υἱοῦ Θεοφίλου, καὶ πολλοὶ τῶν μαγίστρων. ἐκεῖσε γὰρ ἐναπόκειται ἡ τιμία ζώνη καὶ ἡ ἐσθὴς τῆς Θεοτόκου. τὸ δὲ ὠμοφόριον ἐν βλαχέρναις.

Templum sacri conditorii in Chalcopratiis Iustinus & Sophia aedificarunt. In vigilia autem viri magni lectorum officio ibi fungebantur, nempe Michael Rangabe Curopalata, antequam imperio potiretur, & Bardas Caesar, patruus Michaeli filii Theophili, & complures magistri. Ibi enim deposita est veneranda zona, & vestis S. Deiparae: humerale vero in Blachernis adservatur.

Τὸν ἅγιον Ἰάκωβον, τὸν πλησίον αὐτῆς. ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς ἀνήγειρεν. ἔνθα εἰσιν ἐν σοροῖς λείψανα τῶν ἁγίων νηπίων, Συμεὼν, τοῦ Θεοδόχου, τοῦ προφήτου Ζαχαρίου, καὶ Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου. ἐν δὲ τῷ δεξιῷ μέρει τῆς ἁγίας σοροῦ εἰσὶ κείμενα τῶν ἁγίων μυροφόρων γυναικῶν τὰ σώματα. ἐν δὲ τῷ εὐωνύμῳ αἱ τρίχες τοῦ τιμίου Προδρόμου.

Prope supradictum templum idem Imperator Ecclesiam sancti Iacobi exstruxit, ubi suis in conditoriis adservantur Reliquiae sanctorum Innocentium, & Simeonis Theodochi, & Prophetae Zachariae, & Iacobi fratris Christi. Ceterum in dextra parte sacri conditorii posita sunt corpora sanctarum mulierum, quae unguenta ad Christi Sepulchrum tulerunt tulerunt, in sinistra vero, coma beati Ioannis Praecursoris.

Τὸ λοῦμα τοῦ Γερμανοῦ, Γερμανὸς, ἐν τοῖς χρόνοις Οὐαλεντινιανοῦ στρατηγὸς γενόμενος Πελοποννήσου, ἀνήγειρε, οἶκον αὐτοῦ ἔχων.

Thermas Germani Germanus, qui sub Valentiniano Praetor fuit Peloponnesi exstruxit, quod domus eius ibi esset.

Περὶ δὲ τῆς τοῦ Βοσπορίου ἐπονυμίας ταῦτα φησὶ Ἰωάννης Ἀντιοχεὺς, ὅτι εἰς τὸ σιγματοειδὲς τοῦ τείχους εἶχον ἔθος πολεῖν τοὺς βόας, ὃ καὶ ἐκράτει μέχρι τοῦ Κοπρωνύμου. εἷς δὲ ποτε βοῦς οἰστρηλατήσας εἰσῆλθε τὴν θάλασσαν. καὶ ἐπέρασεν εἰς χρυσόπολιν, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη Βοσπόριον.

De Bosporii Portus denominatione refert Ioannes Antiochenus, in illa muri parte, quae a similitudine fabricae Sigma nuncupatur, boves olim venisse, quod etiam moris fuit usque ad Constantinum Copronymum. Accidisse autem aliquando, ut bos quidam oestro percitus in mare desiliret, & tranaret usque Chrysopolim, atque hinc Bosporium nominis originem traxisse.

Τὸν δὲ πύργον, ὃς καλεῖται τὸ κεντηνάριον, μέγαν καὶ περιφανῆ ἀνήγειρεν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, καὶ ἐδαπάνησε κεντηνάριον. σεισμοῦ δὲ γενομένου, καὶ τελείως χαλασθέντος, ἐκτίσθη παρὰ Θεοφίλου, καθὰ νῦν ὁρᾶται, φέρει δὲ τὸ ἀρχαῖον ἐπώνυμον.

Turrim, quae vocatur Centenaria, Constantinus magnus magnifice & splendide exstruxit, & in eius structuram centum librarum millia impendit. Hanc postea terrae motu deiectam reaedificavit Theophilus, ita ut hodieque visitur. Ceterum retinuit cognomen pristinum.

Τὸ παλάτιον Πέτριον Πέτρος τις πατρίκιος ἐπὶ τοῖς χρόνοις Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου ἔκτισεν. ἔλεγον δὲ αὐτὴν καὶ Βαρσυαμιανὸν τὸν σύρον πολλὰς ἀρχὰς τῷ τότε ἀνύσαντα.

Palatium, quod vocatur Petrium, Petrus quidam Patricius tempore Iustiniani magni condidit. Idem qui dictus etiam alio nomine Barsyamianus Syrus, multos eo tempore gessit magistratus.

Ἡ δὲ μονὴ Ῥωμαίου ἐκτίσθη ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Λέοντος Μακέλου παρὰ Αἵμωνος πατρικίου τοῦ Ῥωμαίου. εἰσελθὼν γὰρ εἰς τὴν πόλιν ἐκεῖσε ᾤκει.

Monasterium Romae, sive Romani, condidit tempore Leonis Macelae Haemon quidam Patricius Romanus. Ibi enim in urbem veniens habitavit.

Ἡ μονὴ ἡ καλουμένη Προκοπίας, παρὰ Προκοπίας ἐκτίσθη τῆς θυγατρὸς Νικηφόρου τοῦ Σελευκηνοῦ, καὶ γυναικὸς Μιχαὴλ Ῥαγγαβὲ τοῦ ἀπὸ Κουροπαλάτων.

Monasterium Procopiae exstruxit Procopia filia Nicephori Seleucensis, uxor Michaelis Rangabe ex Curopalata Imperatoris.

Τὸν ἅγιον Εὐστάθιον ἔκτισεν Εἰρήνη ἡ Ἀθηναῖα.

Templum sancti Eustathii aedificavit Irene Attica.

Digitized by Google

Monasterium ad Armamenta, sive S. Panteleeonis, primo quidem a Mauricio in armamentarium exstructum fuit. Theodora autem uxor Theophili Imperatoris in Monasterium mutavit, post annos ducentos quadraginta & octo.

AEdificium, quod vocatur Picridii, condidit Picrides cubicularius tempore Irenae Atticae.

Castellum aedificavit Tiberius Imperator socer Mauricii, ne Chaganus Bulgarorum Princeps classem eius combureret. Ibi enim naves suas subduxit, & locum munivit castello.

Templa B. Archangeli Michaelis in Anaplo, & Sosthenio Constantinus magnus aedificavit.

Templum S. Mamantis Leo Macelas aedificavit, quum urbs sex integros menses continuo incendio flagrasset. Ibidem quoque Palatium exstruxit, & Hippodromum privatae Imperatorum aurigationi destinatum, ubi etiam Michael Theophili Imperatoris filius a Basilio Macedone occisus fuit. Ferunt autem, durante illo incendio adeo saevam fuisse hyemem, ut alias numquam. Eodem quoque tempore puram putam stacten pluit, ita ut ad spithamae altitudinem vasa eo replerentur. Eodem S. Daniel in Anaplo degebat.

Monasterium sancti Tarasii nomen habet a Tarasio Patriarcha, qui ibi sepultus est. Post obitum vero illius in Monasterium mutatum fuit.

Monasterium Damiani Damianus Accubitor natione Sthlavus, condidit temporibus Theophili Iconomachi, & Michaelis filii eius.

Ecclesiam sancti Phocae trans fetum, Basilius Macedo aedificavit: item sanctae Deiparae templum in Foro, & Ecclesiam novam in Palatio, & Palatium ultra fontes.

Ecclesiam trans fretum sitam, & auratis tegulis tectam piissimi Principes Iustinus, & Sophia condiderunt. Item Orphanotrophium sancti Pauli, & domum mutilatis recipiendis destinatam quas dicitur sancti Zotici, & portum Sophiae, & Palatia Sophiana trans fretum.

Columellas iunctas, quibus signa Crucis imposita erant, Romanus senior erexit.

Portum Eutropii condidit Eutropius Protospatharius, & Quaestor temporibus Zenonis, & Anastasii Imperatorum, ubi Mauricio, & uxori eius, atque liberis capita praecisa sunt.

AEdificium, quod vocatur Macellae, Leo Protoasecretis exstruxit.

In Monasterio dicto Pelamidae statua marmorea collocata erat, quam erexit Theophilus Philosophus tempore Constantini Porphyrogeniti.

Palatia sita in Heraeo Iustinianus magnus aedificavit, quae postea exornavit Iustinus eius nepos. Vocatur autem locus ille Heraeum, quod antiquitus ibi templum Iunonis esset, vel Herium, quoniam cives olim ibi sepeliebantur, uti etiam nunc testantur multa marmorea monumenta. Pala-

Τὰ δὲ ἀρμαμέντα ἡ μονὴ, ἤγουν ὁ ἅγιος Παντελεήμων, πρῶτον μὲν ὁ Μαυρίκιος ἀρμαμενταρεῖον αὐτὸ ἔκτισε· μετὰ δὲ χρόνους διακοσίους τεσσαράκοντα ὀκτὼ, Θεοδώρα ἡ γυνὴ Θεοφίλου τοῦ Βασιλέως μονὴν αὐτὸ ἐποίησε.

Τὰ Πικριδίου ἔκτισε Πικρίδιος ὁ κοιτωνάριος ἐν τοῖς χρόνοις Εἰρήνης τῆς Ἀθηναίας.

Τὸ δὲ Καστέλλιον Τιβέριος ἔκτισε ὁ Βασιλεὺς, ὁ πενθέρος Μαυρικίου, διὰ τὸ μὴ καῦσαι τὸν στόλον αὐτοῦ Χάγανον τὸν ἄρχοντα Βουλγαρίας. ἐκεῖσε γὰρ τὰ πλοῖα ἤγαγε καστελλώσας καὶ ὀχυρώσας αὐτὰ ἐκεῖσε.

Τὸν Ἀρχιστράτηγον τὸν εἰς τὸν Ἀνάπλουν, καὶ τὸ Σωσθένιον ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἔκτισε.

Τὸν ἅγιον Μάμαντα ὁ Λέων Μακέλης ἀνήγειρε, διότι ἐκαίετο ἡ πόλις μῆνας ἕξ, ἐν ᾧ Βασιλεὺς καὶ παλάτια ἔκτισε καὶ ἱπποδρόμιον, ἐν ᾧ οἱ Βασιλεῖς ἡνιόχευον, ὅπου καὶ Μιχαὴλ ὁ υἱὸς Θεοφίλου τοῦ Βασιλέως ἀνῃρέθη παρὰ Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος. λέγεται δὲ, ὅτι κατὰ τὴν τότε μονὴν τοῦ ἐμπρησμοῦ, καὶ χειμὼν γέγονε, οἷος οὐκ ἐγένετο ἄλλοτε ποτέ. ἀλλὰ καὶ στακτὴν καθαρὰν ἔβρεξεν, ὡς κεῖσθαι ἐν τοῖς κεράμοις μέχρι σπισθαμῆς. τότε δὲ καὶ ὁ ὅσιος Δανιὴλ ἐν τῷ Ἀνάπλῳ ἦν.

Τὸν ἅγιον Ταράσιον τὴν μονὴν, λέγουσιν ὅτι ὁ ἅγιος Ταράσιος ὁ πατριάρχης ἐκεῖσε ἐτέθη. καὶ μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐγένετο μονή.

Τὴν μονὴν τοῦ Δαμιανοῦ, Δαμιανὸς παρακοιμώμενος ὁ σθλάβος ἔκτισεν ἐν τοῖς χρόνοις Θεοφίλου τοῦ εἰκονομάχου, καὶ Μιχαὴλ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.

Τὸν ἅγιον Φωκᾶν πέρα Βασίλειος ὁ Μακεδὼν ἔκτισεν. ὁμοίως καὶ τὴν Θεοτόκον ἐν τῷ Φόρῳ, καὶ την νέαν εἰς τὸ παλάτιον, καὶ τὰ παλάτια πέρα τῶν πηγῶν.

Ἡ δὲ πέραθεν τοῦ στενοῦ λεγομένου Ἐκκλησία χρυσοκέραμος παρὰ Ἰουστίνου καὶ Σοφίας τῶν εὐσεβεστάτων Βασιλέων ἐκτίσθη, καὶ ὁ ἅγιος Παῦλος τὸ ὀρφανοτροφεῖον, καὶ ὁ ὅσιος Ζωτικὸς, ὁ εἰς τοὺς λωβούς. ἀλλὰ καὶ ὁ λιμὴν τῶν Σοφιῶν καὶ αἱ Σοφιαναὶ τὰ παλάτια πέρα τοῦ στενοῦ.

Τὰ δὲ ζευκτὰ κιόνια παρὰ Ῥωμανοῦ τοῦ γέροντος ἀνηγέρθησαν, καὶ εἶχον τοὺς τιμίους σταυρούς.

Τὰ δὲ Εὐτροπίου ὁ λιμὴν, ἐκτίσθη παρὰ Εὐτροπίου πρωτοσπαθαρίου καὶ κοιαίστορος, ἐν τοῖς χρόνοις Ζήνωνος καὶ Ἀναστασίου τῶν Βασιλέων. ἐν ᾧ λιμένι ἀπετμήθη τὴν κεφαλὴν Μαυρίκιος, καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, καὶ ἡ γυνὴ, παρὰ Φωκᾶ τοῦ τυράννου.

Τὰ Μακελίας ἀνήγειρε Λέων ὁ πρωτοασεκρήτης.

Ἐν δὲ τῇ μονῇ τῇ λεγομένῃ Πελαμίδου, στήλη ἵστατο μαρμάρινος, ἣν ἀνήγειρε Θεόφιλος ἐν τοῖς χρόνοις Κωνσταντίνου τοῦ πορφυρογεννήτου.

Τὰ δὲ ἐν τῷ Ἡραίῳ παλάτια ἐκτίσθη παρὰ τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ. ὁ δὲ ἀνεψιὸν αὐτοῦ Ἰουστῖνος ἐκαλλώπισεν. Ἥραιον δὲ ἐκλήθη, ὅτι πάλαι τῆς Ἥρας ἦν ὁ ναὸς ἐκεῖ. ἢ Ἡρίον, ὅτι τὸ παλαιὸν ἐκεῖ ἐθάπτοντο οἱ πολῖται, καὶ δηλοῖ τοῦτο τὰ πολλὰ μαρμάρινα κιβούρια.

Τὰ

Digitized by Google

Τὰ εἰς τὸν Βρύαντα παλάτια Τιβέριος ὁ Βασιλεὺς ἔκτισε, καὶ ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Μαυρίκιος. ἐκλήθη δὲ Βρύας προφητικῇ ῥήσει, διὰ τὸν μέλλοντα αὐτόθι ἀκουσθῆναι βρυγμὸν τῆς πόλεως· καὶ γὰρ ὁ ταύτης τῆς πόλεως ἔσχατος Βασιλεὺς μέλλων ἐξελθεῖν προστάξει Θεοῦ, καὶ ἀπελθεῖν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀποδοῦναι τῷ κυρίῳ τὴν Βασιλείαν τῶν Ῥωμαίων ἅμα τῷ διαδήματι αὐτοῦ, ἐπειδὰν γενήσεται ἐν τῷ τοιούτῳ βουνῷ τῷ Βρύαντι μέλλει ἀκοῦσαι, μετὰ πάντων τῶν ἀκολουθούντων αὐτῷ, τὴν βοὴν καὶ τὸν βρυγμὸν τοῦ ἐναπομείναντος λαοῦ τῆς πόλεως, ἤδη ποντιζομένης.

Τὰ τοῦ Δαματρίου παλάτια οἱ αὐτοὶ Βασιλεῖς ἔκτισαν. ἔστι δὲ ἐκεῖσε τὸ πήδημα Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ Εἰρήνης τῆς Ἀθηναίας, τοῦ τυφλωθέντος παρὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ.

Τὰ Φλωρεντίου καὶ τὰ Καλλιστράτου ἀπὸ δύο αὐταδέλφων οὕτω καλουμένων ἐκτίσθη. μετὰ δὲ τὸν θάνατον αὐτῶν ἐγένετο δύο μοναστήρια ἐν τοῖς χρόνοις Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου. μετὰ δὲ τετρακόσια καὶ εἰκοσιοκτὼ ἔτη Παῦλος Πατριάρχης ἐν τοῖς χρόνοις Εἰρήνης τῆς Ἀθηναίας παρῃτήσατο, καὶ κατελθὼν τοῦ Πατριαρχείου, ἐκεῖσε ἡσυχάσας, μετὰ μῆνας τέσσαρας τέθνηκε.

Τὰ παλάτια τοῦ Ἐλευθερίου, καὶ τὰ ἐργοδοσία, ἡ αὐτὴ Εἰρήνη ἔκτισεν. ἀπὸ δὲ τῶν Ἐλευθερίου παλατίων μέχρι τοῦ Ἀμαστριανοῦ, ἱπποδρόμιον ἦν, παρὰ τοῦ δευτέρου κτίστορος τῆς πόλεως τοῦ μικροῦ Θεοδοσίου κατασκευασθὲν, ὅπερ κατέλυσεν ἡ Ἀθηναία, καὶ ἔκτισεν ἐν αὐτῷ τὰ Πιστώρια.

Τὸ δὲ καλούμενον μέγα λουτρὸν πλησίον τοῦ Βοὸς ἐκτίσθη παρὰ Νικήτα Εὐνούχου, καὶ ἐπὶ τῆς τραπέζης, ἐπὶ τοῖς χρόνοις Θεοφίλου τοῦ Βασιλέως.

Ὁ Ἀρχιστράτηγος τὰ Ἀβάκια, ὁ πλησίον τοῦ Ξηρολόφου ἐκτίσθη παρὰ Λεωμακέλλου, ἐκλήθη δὲ οὕτω, διὰ τὸ εὑρεθῆναι ἐκεῖσε Ἀβάκια παμμεγέθη καὶ ἀξιοθαύμαστα.

Ἡ Παναγία Θεοτόκος τὸ Κρύσταλλον διὰ τοῦτο οὕτως ἐκλήθη, ὅτι τοῦ Λεωμακέλλου ἐκεῖσε διερχομένου ἐφ' ἵππῳ, χειμῶνος ὄντος, κρύσταλλον ἔπεσε καὶ ἔδωκεν αὐτόν.

Περὶ δὲ τῶν Ἡρίων λέγεται, ὅτι οἱ ἀποθνήσκοντες τῶν πολιτῶν, πρὸ τοῦ κτισθῆναι τὸν ἅγιον Λουκᾶν, ἐκεῖσε ἐθάπτοντο. ἔκτισε δὲ ἐκεῖσε ναὸν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ὁ μέγας Κωνσταντῖνος. Ἰστέον, ὅτι καὶ πρῶτον εἰς τὸ Βυζάντιον ἐλθὼν ὁ ἅγιος Ἀνδρέας, ἐκεῖσε ἐκάθισε καὶ ἐδίδασκεν, εἶτα ἐχειροτόνησε τὸν ἅγιον Στάχυν εἰς τὴν ἁγίαν Εἰρήνην τοῦ Γαλάτου πέραθεν. ἐκλήθη δὲ οὕτως ἀπό τινος Γαλάτου ἀνδρὸς ἐκεῖσε οἰκοῦντος. ὁ δὲ ἅγιος Ἀνδρέας πρὸ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἦλθεν εἰς τὸ Βυζάντιον, καὶ εἰς τὰ λεγόμενα Ἁρματίου ἐποίησε τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, καὶ ἐκάθητο διδάσκων. ἐποίησε δὲ καὶ σταυρὸν ἰδιοχείρως, λατομήσας αὐτὸν καὶ γλύψας, ὃν ἔστησεν εἰς τὴν ἁγίαν Εἰρήνην τὴν παλαιάν. μετὰ δὲ ταῦτα ἦλθεν εἰς τὸ καλούμενον κερατέμβολον, καὶ ἐδίδασκε κἀκεῖσε, ἐκλήθη δὲ οὕτως ὁ τοιοῦτος ἔμβολος, διότι στήλη τις ἦν, καὶ ἐπάνω αὐτῆς ἵστατο ζώδιον, ἔχον ἐν τῇ κεφαλῇ τέσσαρα κέρατα, καὶ θαῦμα ἐγένετο ἐν αὐτῷ. ὅστις γὰρ εἶχεν ὑπόληψιν τοῦ εἶναι κερατίας, ἡνίκα ἐλθὼν προσέγγιζε τῇ στήλῃ. εἰ ἦν ὡς ὑπελαμβάνετο, ἐγύριζεν ἡ στήλη ἐκ τρίτου, εἰ δὲ οὐκ ἦν, ἵστατο σιγῇ.

Ὁ τρίκλινος τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου λέγεται Ma-

Palatia, quae sunt in Bryante, Tiberius Imperator, & Mauricius eius gener aedificarunt. Dictus autem est ille locus Bryas Prophetico praesagio futuri urbis fremitus, qui ibi olim exaudietur. Quum enim ultimus huius urbis Imperator iussu divino ex urbe discedet, & proficiscetur Ierosolymam, traditurus Deo una cum suo diademate Imperium Romanorum, tunc in hoc colle nominato Bryante ipse & omnes, qui eum comitabuntur, clamorem audiunt, & strepitum populi remanentis in urbe.

Palatia Damatrii idem Imperatores aedificarunt. Visitur autem ibi πήδημα Constantini, qui a matre Irene Attica excaecatus fuit.

AEdes Florentii, & Callistrati, duo Germani fratres ita nominati exstruxerunt: quae post eorum mortem in Monasteria mutatae fuerunt. Hic post quadringentos & viginti octo annos tempore Irenae Atticae Paulus Patriarcha, deposita Patriarchali dignitate, requievit, & post quatuor menses mortus est.

Palatia Eleutheriana, & officinas eadem Irene condidit. Hippodromum vero, qui inter aedes Eleutherianas, & Amastrianas, a secundo urbis conditore Theodosio iuniore exstructus erat, demolita est Augusta, eiusque loco Pistrina aedificavit.

Thermas magnas, quae sunt prope Bovem, exstruxit Nicetas Eunuchus, & Praefectus mensae tempore Theophili Imperatoris.

Templum B. Archangeli Michaelis nuncupatum ad Abacos, quod est prope Xerolophum, aedificavit Leo Macelas. Ita vero nominatum est, quod ibi inventi fuerint Abaci magnitudinis admirandae.

Ecclesia sanctae Deiparae ad glaciem, inde cognomen habet, quod Leonem Macelam equo illac transvehentem hiemali tempore, glacies delapsa adflixerit.

De loco nuncupato Herio referunt, olim cives ibi sepeliri solitos, antequam conderetur coemeterium S. Lucae. Ibidem Constantinus magnus templum S. Georgii condidit. Sciendum est, quod S. Andreas Apostolus Byzantium veniens, primum in eo loco consederit, atque docuerit, & deinde ordinaverit S. Stachyn Episcopum Ecclesiae S. Irenae trans fretum, in loco qui a Galata quodam ibi habitante, Galata vocatur. S. Andreas autem ante Constantinum magnum Byzantium venit, & in loco, qui dicitur Harmatii, tabernaculum struxit, atque ibi docuit. Sculpsit etiam propria manu signum Crucis ex lapide, collocavitque in Ecclesia antiqua S. Irenae. Postea migravit in Neorium, & ibi quoque docuit in porticu, quae cornuta ob hanc causam vocatur. Stabat ibi columnae imposita statua, quatuor cornua in capite gerens. Quisquis igitur subspectam habebat pudicitiam uxoris, ad hanc statuam accedebat, & si res ita se haberet, ut subspicabatur, ter in gyrum se vertebat statua; sin minus, stabat immobilis.

Triclinium magni Constantini propterea Ma-nau-

Digitized by Google

naura dicitur. Quum Imperator Anastasius Dicorus viginti sex annos, & quatuor menses imperasset, accidit, ut tonitrua, & fulgura circum undique Palatium vehementer impeterent. Quare consternatus Imperator, & hinc inde prae formidine cursitans, in hoc demum triclinio numinis ira perculsus, & penetrabili fulminis ictu ambustus fuit. Moribundus autem extrema haec verba magna voce protulit: o Mana, aura pereo, atque hinc Triclinium illud Manaurae nomen retinuit.

Ecclesiam S. Dei Genitricis, quae vocatur Sigma, Constantinus magnus primo condidit, deinde Iustinianus magnus restauravit. Post annos autem trecentos viginti octo, imperante Basilio Macedone, magno terrae motu totum hoc templum collapsum est, die Dominico, qui nonus erat Ianuarii, & S. Polyeucto sacer. Hac ruina omnes, quotquot in eo erant, oppressi sunt, & templum inde cognominatum fuit Sisma, idest, Conquassatio, sive Sema, idest, sepulchrum. Vulgo autem vocatur Sigma.

Ecclesiam novam B. Archangeli Zeno, & Ariadne aedificarunt.

Monasterium Procopiae sanctimonialium Patruus Iustiniani magni cum uxore Euphemia condidit, & post obitum ibidem sepultus est.

Monasterium Chorae prius Oratorium erat. Postquam vero Priscus Praefectus, & gener Phocae tyranni eo relegatus fuit, sua impensa magnum, & pulchrum Monasterium eius loco exstruxit, multasque possessiones ei largitus est. Cognominatur autem hoc Monasterium Chora, quod ibi olim ager, seu praedium esset; quemadmodum etiam Monasteria Studii, & Xerocerami, extra urbem sita erant.

Templum S. Mamantis condidit soror Mauricii Imperatoris. Illa enim, Mauricio, & liberis eius a Phoca tyranno interfectis, corpora eorum collegit, atque ibi deposuit. Ceterum uxor Mauricii cum suis filiabus primum quidem a Phoca aliquantulum in Monasterio dicto novo inclusa fuit. Postea autem & ipsa, & universa Mauricii cognatio, ferro ab eo interemta est, & in mare proiecta.

Monasterium S. Euphemiae, & sepulcra, quae sunt in Petrio, Basilius Macedo condidit, & filias suas ibidem attondit.

Ecclesiam S. Zotici prope cisternam Mocisiam prius Imperator Marcianus exstruxit, in qua etiam mortui corpus depositum fuit.

Templum SS. Notariorum Theodosius aedificavit, & multis ditavit possessionibus.

Ecclesiam SS. Manuel, Sabel, & Ismael, quae sita est ad murum terrestrem, Theodosius magnus condidit. Postquam enim a Iuliano Apostata fuerunt cremati, reliquiae eorum ibidem in loco supplicii depositae sunt.

Portam, quae vocatur Antiqua, Constantinus magnus exstruxit. Eo enim usque antiquus, & ab eo erectus murus terrestris pertingebat.

Templum S. Eleutherii Basilius quidam tempore Arcadii aedificavit.

Duo

Μαναῦρα διὰ τὸν τρόπον τοιοῦτον. Ἀναστάσιος Βασιλεὺς ὁ Δίκορος τῷ κϛʹ. ἔτει τῆς Βασιλείας αὐτοῦ, καὶ τῷ τετάρτῳ μηνὶ, βροντῶν καὶ ἀστραπῶν περὶ τὸ παλάτιον εἰλουμένων, ἀδημονῶν, καὶ μὴ φέρων, ἐκ τόπου εἰς τόπον ἔφευγε. καὶ δὴ εἰσελθόντα εἰς τὸν τοιοῦτον Τρίκλινον, κατέλαβεν ἐκεῖσε αὐτὸν ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ. ὑπὸ γὰρ βροντῆς βιαίας καὶ κεραυνοῦ ἀπέψυξε, καὶ ἐγένετο πυρίκαυστος. ὅτε δὲ ἀπέθνησε, φωνῇ μεγάλῃ ἔφη. ὦ Μάνα, ὑπὸ αὔρας ἀπόλλυμαι, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη ὁ Τρικλίνος Μαναῦρα.

Τὸ Σίγμα τὴν Θεοτόκον πρῶτον μὲν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἔκτισεν. εἶτα δὲ Ἰουστινιανὸς ὁ μέγας ἀνέκτισε. μετὰ δὲ τριακόσια εἰκοσιοκτὼ ἔτη ἐν τῇ Αὐτοκρατορίᾳ Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος. σεισμοῦ μεγάλου γεγονότος, συνεπτώθη παντελῶς ὁ ναὸς, ἐν ἡμέρᾳ κυριακῇ, μηνὸς Ἰανουαρίου θʹ. τοῦ ἁγίου Πολυεύκτου, καὶ τοὺς ἐκεῖσε ἀνθρώπους διέφθειρε, καὶ ἐκτότε ἐκλήθη σεῖσμα, ἢ σῆμα. ἰδιωτικῶς δὲ καλοῦσι σίγμα.

Τὸν μικρὸν Ἀρχιστρατηγὸν, τὴν νέαν, Ζήνων καὶ Ἀριάδνη συνήγειραν.

Τὴν γυναικείαν μονὴν τῆς Προκοπίας, ὁ θεῖος τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ ἔκτισε σὺν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Εὐφημίᾳ, ἔνθα καὶ θανὼν ἐτάφη.

Ἡ χώρα πρῶτον εὐκτήριον ἦν. Πρίσκος δὲ ὁ ἔπαρχος καὶ γαμβρὸς Φωκᾶ τοῦ τυράννου, περιορισθεὶς ἐκεῖ, παρὰ τοῦ ἰδίου ἔκτισε ταύτην μονὴν εἰς κάλλος καὶ μέγεθος, ἀποχαρισάμενος καὶ κτήματα πολλά. ἐκλήθη δὲ χόρα, διότι ἐπὶ τῶν Βυζαντίων χωρίων ἦν ἐκεῖ. καθὰ καὶ ἡ τοῦ Στουδίου μονὴ ἔξω τῆς πόλεως ὑπῆρχε, καὶ ἡ μονὴ τοῦ Ξηροκεράμου.

Ὁ ἅγιος Μάμας, ἐκτίσθη παρὰ τῆς ἀδελφῆς τοῦ Μαυρικίου Βασιλέως. μετὰ γὰρ τὸ ἀναιρεθῆναι παρὰ τοῦ Φωκᾶ τὸν Μαυρίκιον ἅμα τοῖς τέκνοις αὐτοῦ, λαβοῦσα τὰ σώματα αὐτῶν κατέθετο ἐκεῖσε. ἡ δὲ σύμβιος Μαυρικίου μετὰ τῶν θυγατέρων αὐτῆς, ἐφρουρεῖτο παρὰ τῶν τοῦ Φωκᾶ ἐν τῇ νέᾳ καλουμένῃ μονῇ, πρὸς ὀλίγον τινὰ καιρόν. ὕστερον δὲ ἀνῃρέθη παρ' αὐτοῦ καὶ αὐτὴ διὰ ξίφους ἀποτμηθεῖσα, καὶ πᾶσα ἡ συγγένεια Μαυρικίου, καὶ τῇ θαλάσσῃ ἐῤῥίφησαν.

Τὴν μονὴν τῆς ἁγίας Εὐφημίας, καὶ τοὺς τάφους τοὺς ὄντας ἐν τῷ Πετρίῳ, καὶ τὸ λουτρὸν, Βασίλειος ὁ Μακεδὼν ἀνήγειρε, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτοῦ ἐκεῖσε ἀπέκειρε.

Τὴν ἁγίαν Ζωὴν, τὴν οὖσαν εἰς Μωκισίαν, ὁ ὅσιος ἀνήγειρε Μαρκιανὸς, οὗ καὶ θανὼν κατετέθη.

Τοὺς ἁγίους Νοταρίους ὁ μέγας Θεοδόσιος ἀνήγειρε καὶ κτήματα πολλὰ ἐπεκύρωσε.

Τὸν ναὸν τῶν ἁγίων Μανουὴλ, Σαβὲλ, καὶ Ἰσμαὴλ ἐπὶ τὸ Χερσαῖον τεῖχος ὁ μέγας ἀνήγειρε Θεοδόσιος μετὰ γὰρ τὸ καυθῆναι αὐτοὺς παρὰ τοῦ παραβάτου Ἰουλιανοῦ, τὰ σώματα αὐτῶν ἐκεῖ κατέθετο. Ἐπεὶ ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ἀνῃρέθησαν οἱ ἅγιοι.

Τὴν δὲ παλαιὰν λεγομένην πόρταν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρε, καὶ ἕως ἐκεῖ ἦν τὸ ἀρχαῖον καὶ παρ' αὐτοῦ κτισθὲν χερσαῖον τεῖχος.

Τὸν ἅγιον Ἐλευθέριον Βασίλειός τις ἐν τοῖς χρόνοις Ἀρκαδίου ἀνήγειρε.

Αἱ

Αἱ δύο μοναὶ τῆς τε ἁγίας Δομνίνας, ἣ ἐπωνομάζεται τὰ Ἀλεξάνδρου, καὶ ἡ ἄλλη, ἣ λέγεται τὰ Μαύρας ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἐκτίσθησαν. ἐλθοῦσαι γὰρ ἀπὸ Ῥώμης εὗρον ἄοικον τὸν τόπον καὶ αἰτησάμεναι τὸν Βασιλέα, δέδωκεν αὐταῖς τὸν τόπον, καὶ συνδρομήν. καὶ ἀνήγειραν μονάς. ὡσαύτως καὶ ὁ ὅσιος Δῖος αἰτησάμενος τὸν Βασιλέα, τόπον λαβὼν, ἔκτισε τὴν μονὴν τοῦ Δίου καλουμένην.

Ἡ μονὴ ἡ λεγομένη τὸ Μυριοκέρατον, ἐκτίσθη ἐν τοῖς χρόνοις Μαρκιανοῦ τοῦ Βασιλέως. φασὶ δὲ πολλοὶ τῶν ἱστορικῶν, ὅτι τὸ κέρας ἐκεῖνο τοῦ ἐλαίου, ᾧ ἔχριε Σαμουὴλ ὁ προφήτης τοὺς Βασιλέας εἰς τὴν τοιαύτην μονὴν ἐκρέματο, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη Μυριοκέρατον.

Ἡ μονὴ τοῦ Ξυλινίτου ἐκτίσθη παρὰ μαγίστρου Νικήτα ἐν τοῖς χρόνοις Λέοντος τοῦ Συρογενοῦς τοῦ πατρὸς Καβαλίνου, παρ' οὗ καὶ ἀπεκεφαλίσθη εἰς τὸν σφενδόνα. ἔχει δὲ τὸ ὄνομα ἡ μονὴ, διὰ τὸ τὰς μοναζούσας χρᾶσθαι εἰς ὑπόδεσιν τοῖς οὕτω καλουμένοις ξυλίνοις.

Ἡ μονὴ τῆς Εἰκασίας ἐκτίσθη παρὰ Εἰκασίας μοναχῆς εὐσεβεστάτης καὶ παρθένου ὡραίας τῷ εἴδει, ἥ τις σωφωτάτη οὖσα καὶ κάνονας πολλοὺς, καὶ στιχηρὰ, καὶ ἄλλα τινὰ ἀξιοθαύμαστα ἐποίησε καὶ ἐμελῴδησεν, ἐν τοῖς χρόνοις Θεοφίλου τοῦ Βασιλέως.

Τὰ Σμαράγδου ἐκτίσθη παρὰ Σμαράγδου πατρικίου καὶ στρατηγοῦ ἐν τοῖς χρόνοις Τιβερίου τοῦ Θρᾳκός. οὕτως δὲ ἐκλήσθη, ἐπεὶ οἶκος ἦν αὐτοῦ ἐκεῖ.

Ὁ ἅγιος Μάρκος ὁ πλησίον τοῦ Ταύρου ἐκκλησία ἦν μεγάλου ξυλότρουλλος, κτισθεῖσα ὑπὸ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου. εἶτα ὑπὸ σεισμοῦ κατενεχθεῖσαν, ἀνήγειρεν αὐτὴν Ῥωμανὸς ὁ γέρων ὁ Λακαπηνός.

Χαλκοῦς δὲ κώνωψ, καὶ μυῖα καὶ ἄλλα μικρὰ ζωΰφια ἐπάνω τῆς δυτικῆς ἁψῖδος τοῦ Ταύρου ἵστατο. ἐστοιχειωμένα παρὰ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως. καὶ ἕως μὲν οὖν ἵσταντο, οὐκ ἐφοίτων τῇ πόλει μυῖαι, ἢ ψύλλοι, ἢ κώνωπες. Ὁ δὲ βασιλεὺς Βασίλειος ἐξ οἰκίας ἀγνοίας κατήγαγε, καὶ ἠφάνισεν αὐτά.

Ἡ δὲ γυναικοειδὴς στήλη ἡ χαλκῆ, ἡ ἱσταμένη εἰς τὴν φιάλην τοῦ ἱπποδρομίου, εἰς τὸ στυράκιον, Εἰρήνης ἐστὶ τῆς Ἀθηναίας, ἣν ἀνήγειρε Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτῆς εἰς θεραπείαν αὐτῆς.

Ὁ τόπος, ὃς καλεῖται τὰ νεκρὰ, οὕτως ἔλαβε τὸ ἐπώνυμον, ὅτι τὰ σώματα τῶν ἀναιρεθέντων πολιτῶν, ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου ἐκεῖσε ἐτέθησαν, διὰ τὸ μὴ χωρεῖν ἀλλαχόθι θάψαι αὐτά. ἀπέφραξε δὲ καὶ τὰ σκαλία ἀπὸ τοῦ παραθύρου, καὶ μέχρι τοῦ καμιλαυκίου, καὶ οὕτως ἐτίθουν τὰ σώματα τῶν νεκρῶν.

Τὰ δὲ παμμεγεθέστατα κτίσματα εἰς τὸν ἅγιον Σέργιον, οἶκοι ἦσαν Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου ἔτι ὄντος αὐτοῦ Πατρικίου.

Εἰς τὸν ναὸν τῆς Θεοτόκου τὰ Πατρικίας, γέγραπται, ὅτι ὅτε ἤρχοντο οἱ Βασιλεῖς μετὰ τῶν δεσποινῶν ἐπὶ προελεύσεως εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν, ἐν τῷ τοιούτῳ τόπῳ ἵσταντο. ἦν γὰρ οἶκος ἐκεῖσε μέγας κτισθεὶς παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. καὶ οἱ μὲν πατρίκιοι καὶ πραιπόσιτοι ἐκεῖσε ἤλασαν καὶ ἐζώννυον τὸν Βασιλέα. ὁμοίως καὶ αἱ Ζωσταὶ ἐζώννυον τὸν Βασιλέα. ὁμοίως καὶ αἱ Ζωσταὶ ἐζώννυον τὴν δέσποιναν.

Duo Monasteria, quorum unum S. Domninae cognomento Alexandri, alterum vero S. Maurae dicitur, tempore Theodosii magni condita fuerunt. Tunc enim sanctae illae feminae Roma venerunt, & impetrata ab Imperatore loci huius, tunc inhabitati, copia, Monasteria ibi aedificarunt. Similiter etiam S. Dius locum ab Imperatore petiit, & Monasterium in eo exstruxit, quod vocatur Dii.

Monasterium, quod vocatur Myrioceratum tempore Marciani Imperatoris conditum fuit. Referunt autem multi Historici fuisse in hoc Monasterio subspensum cornu olei, quo Propheta Samuel Reges Iudaeorum inunxit, atque hinc ita nominatum esse Monasterium.

Monasterium Xylinitae Nicetas magister condidit tempore Leonis patris Constantini Caballini, a quo etiam decollatus fuit in Sphendone Hippodromi. Nomen vero Xylinitae inde habet, hoc Monasterium, quod Monachae loco calceorum soleis ligneis uterentur.

Monasterium Icasiae aedificavit Icasia virgo sanctimonialis piissima, & pulcerrima, quae valde erudita fuit, & multos hymnos, & stichera, & alia quaedam admirabiliter composuit tempore Theophili Imperatoris.

Monasterium Smaragdi, Smaragdus Patricius, & Praefectus militum tempore Tiberii Thracis condidit, cuius illic domus fuit.

Ecclesiam S. Marci prope Taurum, primo Theodosius magnus cum trullo ligneo exstruxit; postea terraemotu collapsam reaedificavit Romanus senior cognomine Lecapenus.

Æreus culex & musca, & alia insecta supra occidentalem arcum Tauri ab Apollonio Tyaneo posita erant. Quamdiu autem illa permanserunt integra, nec muscae, nec pulices, nec culices urbem intrarunt. Ceterum Imperator Basilius Macedo ea deiecit, atque confregit.

Statua muliebris aerea, posita in Phiala Hippodromi, Irenae Atticae est, quam in honorem eius Constantinus filius posuit.

Locus nuncupatus Necra, sive Cadaverum, ex eo nomen habet, quod sub Iustiniano magno civium supplicio adfectorum cadavera ibi deponerentur. Alibi enim ea sepeliri vetitum erat. Idem vero scalas ab ostio laterali usque ad Camilaucium muro seiunxit, atque ita defunctorum corpora ibi condebant.

Maxima illa aedificia, prope Templum S. Sergii, aedes fuerunt Iustiniani magni, cum Patricius adhuc esset.

De Ecclesia S. Deiparae cognomine Patriciae memoriae proditum est Imperatores, & Augustas tempore Processionis ad S. Sophiam ibi stationem facere consuevisse. Etenim illic amplissimum erat Palatium, a Constantino magno exstructum. Huc igitur accedebat Patricii, & Praepositi, & succingebant Imperatorem: matronae vero, quae vocantur Zostae, Imperatricem. Tem-

Digitized by Google

Templum S. Nicolai cognominatum Basilidae, domus erat Basilidae Patricii, & Quaestoris Iustiniani magni.

Portae aereae, quae prius stabant in Tricymbalo Tzycanisterii, a Basilio Macedone ex porticu Fori in Ecclesiam novam translatae fuerunt.

Monasterium Dalmatae, Dalmata Patricius condidit. Quare etiam Tiberius Apsimarus, postquam cum chelandiis suis Byzantium pervenit, & imperio potitus est, Leontium Imperatorem, naso praeciso, in hoc Monasterio inclusum custodivit.

Templum S. Georgii cognominatum Chalcidae Sergius Patriarcha haereticus exstruxit: ubi etiam profanum eius cadaver sepultum est. Idem quoque aedificavit Oratoria, quae sunt in Catechumenis, & muta templo largitus est aurea, & argentea cimelia, & purpureas vestes auro distinctas.

AEdem S. Stephani prope Sigma, Constantinus magnus condidit: Imperator vero Leo Philosophus ad minorem formam redegit, & omnem eius materiam, marmora, columnas, & aureas crustulas in Templum omnium Sanctorum transtulit, ubi depositae Reliquiae S. Isaacii.

Ecclesiam S. Metrophanis Constantinus magnus exstruxit: uti etiam aedem sanctae Trinitatis, quae sita est in Exocionio, & nunc vocatur SS. Apostolorum. Vtramque vero vetustate collapsam Iustinianus magnus restauravit.

De Templo S. Ioannis Praecursoris cognomine Ilii tradunt maximum draconem olim in eo loco latitasse, ubi tum aerarium imperiale erat, & multos incaute illac transeuntes devorasse. Tamdem vero S. Hypatius eo accessit, & fustem subtus clavatum draconi impegit, atque eum interemit. Hinc igitur locus denominatus est, vel, ut supra quoque diximus, ab Ilio magistro, qui ob affectatum Imperium ab Imperatore Basilisco occisus fuit.

Ecclesiam S. Theophanis, quae sita est extra veterem testudinem monumentorum Imperialium in templo SS. Apostolorum aedificavit Constantinus primus Porphyrogenitus filius Leonis Sapientis.

Templum Salvatoris in Chalce Romanus senior condidit, & sub duabus parvis columellis Altare, ut nunc conspicitur, institutis ibidem duodecim Clericis. Deinde vero Ioannes Tzimisces illud in praesentem magnitudinem, & pulcritudinem provexit, & quinquaginta Clericos in eo instituit. Praeterea multis sacris donariis exornavit, & quicquid bonorum post reditum ex suo praesidio possidebat, ibi obtulit. Collocavit etiam in eo sacram Christi imaginem Beryto adlatam, & eius sandalia. Ipse quoque ibidem sepultus est.

Sacrum balneum in Blachernis Basilius iunior filius Romani Porphyrogeniti, cognomine Pueri, pretiosius quam ante fuerat exornavit, & auro, argentoque obduxit.

Monasterium sancti Lazari Imperator Leo Sapiens condidit, & Monachos eunuchos in eo instituit. Eo etiam transtulit Reliquias S. La-

Τὰ Βασιλίδου ὁ ἅγιος Νικόλαος οἶκος ἦν πατρικίου Βασιλίδου καλουμένου, καὶ Κοιαίστορος τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ.

Αἱ χαλκαὶ πύλαι, αἱ πρότερον μὲν ἱστάμεναι εἰς τὸ Τρικύμβαλον τοῦ Τζυκανιστηρίου, ἐπήρθησαν παρὰ Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος ἀπὸ τοῦ ἐμβόλου τοῦ Φόρου εἰς τὴν νέαν.

Ἡ μονὴ τοῦ Δαλμάτου παρὰ Δαλμάτου πατρικίου ἐκτίσθη. ἐξ οὗ καὶ Ἀψίμαρος, ὃς καὶ Τιβέριος, ὅτε ἀνῆλθε μετὰ τῶν χελανδίων, καὶ ἐκράτησε τῆς Βασιλείας, τὸν Βασιλέα Λεόντιον καταγαγὼν, καὶ περιορίσας ἐκεῖσε, εἶτα ῥινοκοπήσας ἐν τῇ τοιαύτῃ ἐφρούρει μονῇ.

Τὸν ἅγιον Γεώργιον τὰ Χαλκίδου Σέργιος ὁ Πατριάρχης ἔκτισεν ὁ αἱρετικὸς, ἐν ᾧ καὶ τὸ βέβηλον αὐτοῦ σῶμα κεῖται. ὁμοίως καὶ τὰ ἐν τοῖς κατηχουμένοις εὐκτήρια πάντα ὁ αὐτὸς ἔκτισε, Δοὺς ἐκεῖ χρυσᾶ κειμήλια καὶ ἀργυρᾶ, καὶ πορφύρας διαχρύσους.

Τὸν ἅγιον Στέφανον τὸν πλησίον τοῦ Σίγματος ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἔκτισεν, ὁ δὲ Βασιλεὺς Λέων ὁ Φιλόσοφος ἐσμίκρυνε τοῦτον καὶ ὕλην πᾶσαν, τάτε μάρμαρα καὶ κίονας, καὶ τὰς χρυσᾶς ἀπέθετο εἰς τοὺς ἁγίους πάντας, ὅπου κεῖται τὰ λείψανα τοῦ ἁγίου Ἰσακίου.

Τὸν ἅγιον Μετροφάνην ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρεν. ὡσαύτως καὶ τὴν ἁγίαν Τριάδα, τὴν οὖσαν εἰς τὸ ἐξωκιόνιον, τὴν νῦν δὲ ἁγίους Ἀποστόλους ὀνομαζομένην. συμπτωθέντας δὲ ὕστερον ὁ μέγας Ἰουστινιανὸς ἔκτισε.

Περὶ δὲ τοῦ προδρόμου τοῦ Ἴλλου λέγεται, ὅτι πηγὴ ἦν ἐν τῷ τόπῳ, καὶ δράκων ἐφώλευε παμμεγεθέστατος, (ἦν δὲ ταμεῖον Βασιλικὸν ἐκεῖ) καὶ πολλοὺς ἀσκέπτως ἐρχομένους κατήσθιεν. ὁ δὲ ἅγιος Ὑπάτιος προσελθὼν, ἐπάταξε τὸν θῆρα μετὰ τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, ἐχούσης ἧλον κάτωθεν σιδηροῦν, καὶ ἐφόνευσεν αὐτὸν, ἐξ οὗ καὶ ἔσχεν ὁ τόπος τὴν ἐπωνυμίαν· ἢ, καθότι καὶ ἀνώτερον εἴπομεν, ἀπὸ Ἴλλου μαγίστρου τοῦ τυραννήσαντος καὶ ἀναιρεθέντος παρὰ Βασιλίσκου.

Τὴν ἁγίαν Θεοφανὼ, τὴν οὖσαν ἔξωθεν τῆς παλαιᾶς κόγχης τῶν μνημοθεσίων Βασιλικῶν εἰς τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους, ἀνήγειρε Κωνσταντῖνος ὁ πρῶτος πορφυρογέννητος, ὁ υἱὸς Λέοντος τοῦ σοφοῦ.

Τὸν Σωτῆρα εἰς τὴν χαλκῆν Ῥωμανὸς ὁ γέρων ἀνήγειρε, ὑπὸ στυρακίων μικρῶν δύο, ὡς ἔστιν ὁρώμενον τὸ θυσιαστήριον, ποιήσας κληρικοὺς ιβ΄. ὁ δὲ Τζιμισκὴς Ἰωάννης, ἀνήγειρεν αὐτὸν εἰς ὅπερ ὁρᾶται νῦν, μέγεθος καὶ κάλλος, τυπώσας κληρικοὺς πεντήκοντα. πολλοῖς δὲ ἱεροῖς ἀναθήμασιν αὐτὸν κατεφαίδρυνε, προσκυρῶν, ἅπερ ἀπὸ τοῦ ταξιδίου κατευοδούμενος ἐκτᾶτο. ἀπέθετο ἐκεῖσε καὶ τὴν ἐκ Βηρυτοῦ ἁγίαν εἰκόνα, καὶ τὰ σανδάλια τοῦ Χριστοῦ, καὶ θανὼν ἐτάφη ἐν αὐτῷ.

Τὸ ἅγιον Λοῦμα τῶν Βλαχερνῶν ὁ νέος Βασίλειος ὁ υἱὸς Ῥωμανοῦ τοῦ καλουμένου παιδίου τοῦ πορφυρογεννήτου πολυτελεστέρως ἐκόσμησε, χρυσώσας καὶ Ἀργυρώσας, πλέον παρ᾽ ὃ ἦν.

Ἡ μονὴ τοῦ ἁγίου Λαζάρου παρὰ Λέοντος τοῦ σοφοῦ ἐκτίσθη. μοναχοὺς δὲ εὐνούχους ἐν αὐτῇ τετύπωκεν. ἔφερε καὶ τὰ λείψανα ἀπὸ Κύπρου καὶ Βυ-

Digitized by Google

Βηθανίας τῆς τε μυροφόρου Μαρίας καὶ Λαζάρου, καὶ ἐκεῖ ἐπέθετο.

Ἡ μονὴ τοῦ Τζαούτζου ἐκτίσθη παρὰ Τζαούτζου μαγίστρου, οὗ τινος τὴν θυγατέρα ἐμοίχευσε Λέων ὁ σοφὸς, Ζωὴν ὀνομαζομένην.

Ἡ μονὴ τοῦ Λιβὸς ἐν τοῖς χρόνοις Ῥωμανοῦ τοῦ γέροντος καὶ Κωνσταντίνου τοῦ πορφυρογεννήτου ἐκτίσθη παρὰ Λιβὸς πατρικίου καὶ δρουγγαρίου τοῦ πλωίμων, ὃς καὶ ξενῶνα ἐποίησε.

Περὶ δὲ τῶν παμμεγέθων πετρῶν τῶν ἔξωθεν κειμένων τοῦ παραλίου τείχους λέγεται, ὅτι, κτιζομένης τῆς πόλεως παρὰ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου καὶ σχεδὸν ἁπάσης πετρώδους ὑπαρχούσης ἰσάζοντες τοὺς τόπους οἱ λιθοξόοι, ὡς ἂν κτίσωσι τοὺς τε ἐμβόλους καὶ τὰ ἐξάερα, ἔκοπτον τὰς κορυφὰς τῶν πετρῶν καὶ τῶν ὀρέων, καὶ κατεκύκλιον πρὸς τὴν θάλασσαν. πανταχόθεν οὖν τοῦ αἰγιαλοῦ ῥιφέντες ἐποίησαν εἴργεσθαι τὴν ἐπιφορὰν τῶν κυμάτων. διὸ καὶ ἔσωθεν αὐτῶν ἔκτισαν τὸ παράλιον τεῖχος, ὡς ἵνα κινουμένη ἡ θάλασσα καταθραύηται ταῖς πέτραις, καὶ γαληνιῶσα προσπέλαζε τοῖς τείχεσιν.

S. Lazari, & Mariae unguentiferae, ex Cypro, & Bithynia adlatas.

Monasterium Tzautzae tempore eiusdem Leonis Tzautze magister exstruxit; cuius filiam Zoen Leo sapiens concubinam habuit.

Monasterium Libis tempore Romani senioris, & Constantini Porphyrogeniti aedificatum fuit a Libe Patricio, & Drungario classis navalis, qui etiam Hospitale condidit.

De ingentibus istis saxis, quae sita sunt extra murum maritimum, haec narrantur. Quum Constantinus magnus urbem hanc conderet, & fere totus eius situs saxosus esset, lapicidae ad porticus exstruendas loca deplanantes, montium apices exciderunt, iisque ad mare devolutis, & undique disiectis, totum littus adversus inruentem fluctuum violentiam communierunt; ideoque murus maritimus intra hasce petras erectus fuit, ut mare turbatum eis illisum frangeretur, & tranquille muris adflueret.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΙΚΟΔΟΜΗΣ
τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας.

ΤΗΣ μεγάλης Ἐκκλησίας, ἤγουν τῆς ἁγίας Σοφίας, εἰδωλείου τὸ πρὶν οὔσης, καὶ πολλῶν ἀγαλμάτων ἐκεῖσε ἱσταμένων, ἀφεῖλεν αὐτὰ, καθὼς προείρηται ὁ μέγας Κωνσταντῖνος καὶ Ἰουστινιανός. καὶ ὁ μὲν μέγας Κωνσταντῖνος πρώτην αὐτὴν ἀνήγειρε δρομικὴν, ὁμοίαν τοῦ ἁγίου Ἀγαθονίκου, καὶ τῆς ἁγίας Δυνάμεως. ἀνήγειρε δὲ καὶ τὴν ἁγίαν Εἰρήνην τὴν παλαιὰν, πλησίον αὐτῆς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἤγουν τῆς ἁγίας Σοφίας. καὶ πληρώσας αὐτὴν τὴν ἁγίαν Σοφίαν, στήλας ἔστησε πολλὰς, ὡς προείπομεν. διήρκεσε δὲ τὸ κτίσμα ἐκεῖνο, μέχρι τῆς Βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου. Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις ἐκείνου, κατὰ τὴν δευτέραν ἐν Κωνσταντινουπόλει σύνοδον, στασιάσαντες οἱ Ἀρειανοὶ, κατέφλεξαν τὸ στέγος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ὄντος πατριάρχου Νεκταρίου τοῦ ἁγιωτάτου, εἰς τὴν εἰρήνην καθεζομένου τὴν παλαιάν. Διῆλθοσαν δὲ χρόνοι δεκαέξ, καὶ ἦν ἀσκεπὴς ἡ ἁγία Σοφία. προστάξας δὲ ὁ Βασιλεὺς Θεοδόσιος Ῥουφῖνον τὸν μάγιστρον, ἐσκέπασε τὸ στέγος, διὰ κυλινδροειδῶν καμάρων. καὶ διήρκεσεν οὕτω μέχρι τῆς Βασιλείας Ἰουστινιανοῦ. Εἰς δὲ τὸν πέμπτον χρόνον τῆς αὐτοῦ Βασιλείας 1, μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν σφαγὴν 2 ἐν τῷ ἱππικῷ τῶν τριακονταπέντε χιλιάδων 3, ἀναιρεθέντων ἐκεῖσε, διὰ τὸ ἀναγορευθῆναι παρὰ τῶν δημοτικῶν δύο μερῶν, Ὑπάτιον τὸν Πατρίκιον 4. καὶ δήμαρχον μέρους τῶν Βενέτων, ἐνέπνευσεν ὁ πανάγαθος Θεὸς καὶ φιλάνθρωπος εἰς τὴν διάνοιαν τοῦ Βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, τοῦ οἰκοδομῆσαι ναὸν, οἷος οὐκ ἐγένετο ἀπὸ Ἀδὰμ, οὔτε γενήσεται. Ἔγραψε δὲ καὶ τοῖς στρα-

DE STRVCTVRA
Templi S. Sophiae.

QVum olim magna Ecclesia, videlicet sancta Sophia, Idolorum esset delubrum, simulacra ibi collocata, Constantinus magnus, & Iustinianus, ut antea dictum est, inde abstulerunt. Primum quidem Constantinus magnus eam instar Circi oblongam exstruxit, templi sancti Agathonici, & sanctae Potentiae similem. AEdificavit quoque prope magnam Ecclesiam, sive sanctam Sophiam templum sanctae Pacis, quod cognominatur antiquum. Postquam vero sanctam Sophiam absolvit, multas in ea collocavit statuas, ut iam ante diximus. Structura autem illa duravit usque ad Imperium Theodosii magni. Huius enim tempore, quum secunda Synodus Constantinopoli haberetur, Arriani seditione excitata, tectum magnae Ecclesiae exusserunt, sub Patriarchatu sanctissimi Nectarii, in antiqua Irene praesidentis. Exinde totis sexdecim annis tecto sancta Sophia caruit. Imperator vero Theodosius Rufinum magistrum operi praeficiens tecto ex cylindricis fornicibus composito eam operuit: & ita permansit usque ad Imperium Iustiniani. Quinto autem anno eius Imperii post illam stragem, in qua triginta quinque hominum millia in Hippodromo interfecti sunt, quia duae populi partes Hypatium Patricium, & Praefectum Venetae factionis Imperatorem salutarant, Deus optimus, & humanissimus Imperatori Iustiniano mentem dedit, ut templum, quale

1 Εἰς τὸν πέμπτον χρόνον τῆς αὐτοῦ βασιλείας) Inquiramus hic. Codinus noster quintum annum imperii ponit. Matthaeus Palmerius in Chronico dicit orsum esse aedificationem anno XXXI. Zonaras indictione XV. idest anno imperii eius XVII. Vide dissidium in historia, quod quis componat?

2 Μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν σφαγὴν) Vide Cedrenum pag. 303. & Zonaram Annal. III.

3 Τῶν τριάκοντα πέντε χιλιάδων) Consentit Cedrenus, Zonaras tradit quadraginta millia. Procopius de Bello Vandal. Evagrius lib. IV. cap. XIII. tantum triginta.

4 Ὑπάτιον τὸν Πατρίκιον) Erat hic cognatus Anastasii Imperatoris, teste Zonara.

Digitized by Google

quale ab Adamo non fuit, neque fiet, aedificaret. Scripsit etiam Praesidibus, Toparchis, Satrapis, Ducibus & omnibus Praefectis omnium Provinciarum Imperii ad Orientem, Occidentem, Septemtrionem & Meridiem, ut sibi mitterent materiam ad exstruendum tam mirabile & Dei praesidio munitum custoditumque, & pulcritudine conspicuum Templum, ubicumque videlicet invenirent columnas, lapides, tabulas & clathratas ianuas. Omnes igitur ei rei ab Imperatore Iustiniano destinati, alacresque Imperatori materiam eiusmodi submiserunt, collectam ex delubris idolorum, Palatiis, balneis & aedibus omnium Provinciarum universi terrarum orbis. Ceterum octo columnas Romanas, ut refert Plutarchus primus a secretis & ab epistolis Iustiniano, vidua quaedam nomine Marcia, quae in dotem illas acceperat, Roma curavit eo ratibus pervehi. Stabant autem Romae in templo Solis, quod Valerianus Romanus Imperator, qui seipsum Persis in manum dedit, construxerat; sic vero Imperatori scripsit: Mitto tibi, Domine Imperator, octo columnas Romanas, longitudine & rotunditate, audeo dicere, & pondere aequales pro animae meae salute. Alias octo columnas admirandas, coloris prasini, Constantinus Dux e latumiis excisas secum Epheso abduxit. Reliqua omnis materia & columnae Cyzico advectae sunt: alias ex Troade, alias ex Cycladibus insulis, & Athenis Praefecti Imperatoris miserunt. Omnis autem haec materia septem annis cum dimidio collecta est. Anno vero duodecimo Imperii Iustiniani, templum a fundamentis everterunt: omnem autem eius materiam seorsim deposuit: nullo enim modo ea opus habebat, quoniam multo meliorem coacervaverat, & ad manus habebat. Coepit igitur emere domos illic, atque in contiguis aedibus habitantium, ac primum cuiusdam viduae nuncupatae Annae, quae quum recusaret Imperatori vendere, dixit: etiam si quingentas libras nummum mihi obtuleris, tamen eam non tibi tradam. Imperator vero cum multos ex proceribus suis misisset, ut blanditiis mulierem demulcerent, nihil impetravit: ipse autem mulierem accedens obnixe rogavit ut suam domum venderet: illa quum vidisset Imperatorem, cecidit ad pedes eius suppliciter dicens: Domine Imperator, non quidem par est, me sero aedium pretio quidquam a te accipere, volo autem me in partem venire sumtuum structurae huius templi, & ut & ego in die Iudicii habeam mercedem, & post mortem meam sepeliar prope aedes meas, & identidem meae donationis memoriam fieri. Locus autem aedium eius, quem dedit magnae Ecclesiae, totum Scevophylacium cum templo S. Petri continet.

στρατηγοῖς Τοπάρχαις, καὶ Σατράπαις, καὶ Δουξὶ, καὶ πᾶσι τοῖς οὖσιν ἀρχηγέταις πάντων τῶν Βασιλικῶν Θεμάτων ἀνατολῆς τε καὶ δύσεως, ἄρκτου καὶ μεσημβρίας, πέμψαι αὐτῷ ὕλην ἀνήκουσαν, εἰς τὸ ἀνεγεῖραι τοιοῦτον ἀξιοθαύμαστον, καὶ θεοφρούρητον, καὶ θεοφύλακτον, καὶ περικαλλῆ ναὸν, ὅπου δηλαδὴ εὑρεθῶσι κίονές τε, καὶ συστημάτια, στηθεά τε, καὶ ἀβάκια, καὶ καγγελοθύρια. Πάντες δὲ οἱ παρ' αὐτοῦ τοῦ Βασιλέως Ἰουστινιανοῦ ὁρισθέντες, χαίροντές τε καὶ ἀγαλλιώμενοι, ἔπεμπον τῷ Βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ τὴν τοιαύτην ὕλην, συναγαγόντες αὐτὴν ἀπό τε ναῶν εἰδωλικῶν, καὶ παλατίων, λουτρῶν τε καὶ οἴκων, ἀπὸ πάντων τῶν Θεμάτων τῆς οἰκουμένης. καὶ ἡ μὲν ὀκτὼ κίονες οἱ Ῥωμαῖοι, καθώς φησι Πλούταρχος πρωτασηκρῆτις καὶ ἐπιστολογράφος Ἰουστινιανοῦ, μετὰ σχεδίων ἀπεστάλησαν παρὰ γυναικὸς χήρας ἀπὸ Ῥώμης, ὀνόματι Μαρκίας. οὕς τινας εἶχεν εἰς προῖκα αὐτῆς. ἵστατο δὲ εἰς τὴν Ῥώμην, εἰς τὸν ναὸν τοῦ Ἡλίου τὸν κτισθέντα παρὰ Οὐαληριανοῦ τοῦ Βασιλέως Ῥώμης, τοῦ προδόντος ἑαυτὸν Πέρσαις 1. ἔγραψε δὲ τῷ Βασιλεῖ οὕτως· Ἀπέστειλά σοι, Δέσποτα Βασιλεῦ, ὀκτὼ κίονας Ῥωμαίους, ἰσομήκεις, ἰσοκύκλους, τολμῶ εἰπεῖν καὶ ἰσοστάθμους, ὑπὲρ ψυχικῆς μου Σωτηρίας. τοὺς δὲ ἑτέρους ὀκτὼ, πρασίνους κίονας τοὺς ἀξιοθαυμάστους, ἐκόμισεν ὁ στρατηγὸς Κωνσταντῖνος ὑπὸ Ἐφέσου λελατομημένους. ἡ δὲ λοιπὴ πᾶσα ὕλη καὶ πάντες οἱ κίονες ἀπὸ Κυζίκου ἤχθησαν. ἑτέρους δὲ ἀπὸ Τρωάδος, καὶ ἄλλους ἀπὸ Κυκλάδων νήσων, καὶ ἀπὸ Ἀθηνῶν οἱ ἄρχοντες Βασιλέως ἔπεμπον. Συνήχθη δὲ πᾶσα ἡ ὕλη, χρόνους ἑπτὰ ἥμισυ. τῷ δὲ δεκάτῳ δευτέρῳ ἔτει τῆς Βασιλείας Ἰουστινιανοῦ, ἐκ θεμελίων κατέλυσαν τὸν ναὸν τὴν δὲ ἅπασαν ὕλην αὐτοῦ ἰδίως ἀπέθεντο. οὐ γὰρ εἶχον χρέαν αὐτῆς τὸ σύνολον, διὰ τὸ πολλὴν καὶ ἄπειρον κρέττονα ὕλην ἀθροῖσαι καὶ ἑτοιμάσαι. ἤρξατο οὖν ἐξωνεῖσθαι οἰκήματα τῶν ἐκεῖσε οἰκούντων καὶ πλησιαζόντων. καὶ πρῶτον μὲν χήρας τινὸς γυναικὸς ὀνόματι Ἄννης, ἐκείνης δὲ μὴ βουλομένης ταῦτα πρᾶσαι τῷ Βασιλεῖ, ἔλεγε μέχρι νομισμάτων λίτρας Φ'. ἐάν μοι παράσχης, οὐ δίδωμί σοι ταῦτα. ὁ δὲ Βασιλεὺς, πολλοὺς τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ ἀποστείλας πρὸς θεραπέαν τῆς γυναικὸς, οὐδὲν ἤνυε. παραγενόμενος δὲ ὁ Βασιλεὺς, εἰς ἱκεσίαν τῆς γυναικὸς, ἐδέετο αὐτῆς περὶ τῆς διαπράσεως τῶν οἰκημάτων αὐτῆς. ἡ δὲ θεασαμένη τὸν Βασιλέα, ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ δεομένη καὶ λέγουσα. Δέσποτα Βασιλεῦ, ἐγὼ μὲν χάριν τιμῆς τῶν οἰκημάτων, οὐκ ὀφείλω λαβεῖν τι ἀπὸ σοῦ. θέλω δὲ κοινωνὸν κἀμὲ γενέσθαι εἰς τὸν κτιζόμενον ναὸν, ἵνα ἔχω κἀγὼ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως μισθὸν, καὶ μετὰ θάνατόν μου ταφῶ πλησίον τῶν οἰκημάτων μου, καὶ διηνεκῶς μνημονεύεσθαί με, ὡς κτῆμα δοῦσαν αὐτά. Ἔστι δὲ ὁ τόπος τῶν οἰκημάτων αὐτῆς, ὃν δέδωκεν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, τὸ Σκευοφυλάκιον ὅλον, σὺν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Πέτρου. Τὸ δὲ ὀνομαζόμενον ἅγιον Φρέαρ 2, καὶ τὸ ἅγιον θυ-

1 Παρὰ Αὐρηλιανοῦ τοῦ βασιλέως, τοῦ προδόντος ἑαυτὸν πέρσαις) Scribo Οὐαλεριανοῦ. Nam Valerianus est, qui captivum se Sapori Persarum regi tradidit, non Aurelianus, qui inter Constantinopolim, & Heracleam in itinere fraude servi circumventus ab amicis trucidatus est. Notum hoc Historiae Romanae vel paullummodo peritis.

A

2 Τὸ δὲ ὀνομαζόμενον ἅγιον φρέαρ) Cedrenus adpellat τὸ φρέαρ τοῦ μαρτυρίου. Constantinus de Administr. Roman. Imperii. Εἰσέρχονται ἐν τῷ βήλῳ τῷ κεκαμμένῳ τὸ εἰς τὸ ἅγιον φρέαρ. Nicetas Paphlago in vita Ignatii Patriarchae Constantinopolit. διὰ τοῦ ἁγίου φρέατος ἀνάγεται.

Digitized by Google

θυσιαστήριον ὅλον, καὶ ὁ τόπος τοῦ ἄμβωνος, ἕως τῆς μέσης τοῦ ναοῦ, ὑπῆρχεν οἶκος Ἀντιόχου τινὸς ὀστιαρίου, καὶ εὐνούχου, ὃς ἀπετιμήθη, εἰς ὑπερπυραλίτρας ν'. τούτου δὲ δυσχεραίνοντος τοῦ μὴ πρᾶσαι ἀξίως τὸν ἴδιον τῷ Βασιλεῖ, ὁ Βασιλεὺς φιλοδίκαιος ὢν καὶ μισοπόνηρος, πρὸς τὸ μὴ θέλειν τινα λυπῆσαι ἢ ἀδικῆσαι, ἠθύμει ἀδημονῶν, τί ἂν πράξοι εἰς αὐτόν. Στρατήγιος δὲ Μάγιστρος, καὶ φύλαξ τῶν Βασιλικῶν χρημάτων, καὶ τοῦ Βασιλέως ἀδελφοποιητὸς, ὑπέσχετο τῷ Βασιλεῖ τοῦ νικῆσαι αὐτὸν διά τινος μηχανῆς, καὶ πιπρᾶσαι τὰ οἰκήματα αὐτοῦ καὶ μὴ βουλομένου. ὁ δὲ ῥηθεὶς Ἀντίοχος καὶ ὀστιάριος, ἐφίλει τὸ κυάνεον χρῶμα, φιλιππόδρομος ὤν, καὶ ἀντεποιεῖτο αὐτοῦ λίαν, καὶ ἔχαιρεν ἐπ' αὐτῷ. ἱππικοῦ δὲ μέλλοντος γίνεσθαι, ὁ Μάγιστρος Στρατήγιος, τὸν ὀστιάριον ἐφρούρησε, καὶ καθεῖρξεν αὐτὸν εἰς τὸ πραιτώριον 1, τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἱππικοῦ. ἐκεῖνος δὲ ἐβόα μετὰ κλαυθμοῦ ὀδυνηρῶς, καὶ ἔλεγεν. Ἴδω τὸν ἀγῶνα τοῦ ἱππικοῦ, καὶ τὸ θέλημα τοῦ Βασιλέως ποιήσω. ὑπομνησθέντος δὲ τοῦ Βασιλέως, ἤγαγον αὐτὸν ἐν τῷ καθίσματι, καὶ ἐποίησαν ἐκεῖ τὴν πρᾶσιν, παρόντος καὶ τοῦ κοιαίστορος, καὶ ὑπογραψάσης πάσης τῆς συγκλήτου. ἐπράθησαν δὲ εἰς χρυσίου λίτρας πέ. Τὸ δὲ δεξιὸν μέρος τοῦ γυναικίτου ἕως τοῦ κίονος τοῦ ἁγίου Βασιλείου, ὑπῆρχον οἰκήματα Χαρίτωνος εὐνούχου τοὐπίκλην χηνοπόδη, ἃ καὶ μετ' εὐχαριστίας πολλῆς δέδωκε τῷ Βασιλεῖ, διπλῷ τιμήματι ἀποτιμηθέντα λίτρας ιβ'. τὸ δὲ εὐώνυμον μέρος τοῦ γυναικίτου μέχρι τοῦ κίονος τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ, ὑπῆρχον οἰκήματα Ξενοφῶντος τινὸς ῥάπτου, καὶ ᾐτήσατο τὸν Βασιλέα, ἵνα λάβῃ διπλοῦν τὸ τίμημα λίτρας ιδ'. καὶ ποιήσῃ αὐτὸν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἱππικοῦ καθεζόμενον προσκυνεῖσθαι ὑπὸ τῶν τεσσάρων ἡνιόχων. τῶν δὲ δήμων, καὶ πάσης τῆς συγκλήτου εἰπόντων τῷ Βασιλεῖ, οὐκ ἔξεστι προσκυνεῖσθαι αὐτὸν οὕτως, εἰ μὴ μόνον τὸν Βασιλέα, προσέταξεν ὁ Βασιλεὺς, ἐξόπισθεν προσκυνεῖσθαι αὐτὸν, καὶ ὀνομάζεσθαι ἄρχοντα τῶν καταχθονίων· καὶ τοῦτο φυλάσσεται μέχρι τοῦ νῦν. τὸ δὲ ἐπίπεδον τοῦ ναοῦ καὶ ὁ λουτὴρ καὶ οἱ νάρθηκες, καὶ τὰ πέριξ αὐτῶν, οἶκος ἦν Δαμιανοῦ πατρικίου Σελευκείας, ἅτινα ἀπετιμήθησαν εἰς λίτρας ς'. καὶ μετὰ πολλῆς εὐφροσύνης δέδωκεν αὐτὰ τῷ Βασιλεῖ. ὁ δὲ Βασιλεὺς καταμετρήσας τὸν τόπον, εὗρε στεφαναίαν πέτραν, ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἕως τῆς κάτω ἀψῖδος, καὶ ἐθεμελίωσεν ἐκεῖ γύρωθεν τὰ θεμέλια τοῦ μεγάλου τρούλλου. ἀπὸ δὲ τοῦ βήματος μέχρι τοῦ ἔξω νάρθηκος, εὗρε τόπον ἀλσώδη καὶ χαῦνον, καὶ ἐθεμελίωσεν. ἀρξαμένη δὲ τοῦ θεμελιοῦσθαι, προσκαλεσάμενος Εὐτύχιον τὸν Πατριάρχην, ἐποίησεν εὐχὴν περὶ συστάσεως ἐκκλησίας. ὁ δὲ Βασιλεὺς, οἰκείαις χερσὶ λαβὼν ἄσβεστον μετὰ ὀστράκου, ἔβαλεν εἰς τὸν θεμέλιον πρὸ πάντων 2. καὶ ἔκτισε τὸν ἅγιον Ἰωάννην 3 τὸν ὄντα

net. Porro locus nuncupatus puteus sacer, & sanctum altare, & locus suggesti, usque ad mediam partem templi, erat domus cuiusdam Antiochi ostiarii & Eunuchi, quam quinquaginta nummorum libris aestimabat. Indignante vero ipso, quod non posset iusto pretio suam domum Imperatori vendere; Imperator iustitiae & probitatis amans, quod nollet quemquam iniuria vel damno adfici, moestus animo cogitabat, quid cum illo ageret: Strategius autem Magister, thesauri Imperatoris Praefectus, eiusque adoptivus frater, Imperatori promisit, se aliquo commento illum victurum, ut aedes suas etiam, invitus vendere cogeretur. Praedictus enim Antiochus ostiarius, Circensium studio flagrans, venetum colorem sive ceruleum amabat, illoque admodum delectabatur: Quum igitur ludi Circenses exercendi essent, Magister Strategius ostiarium comprehendit, eumque in praetorium inclusit, ipso ludorum die: at ille cum eiulatu & dolore clamans dicebat: Circenses spectem, & quidquid Imperator iusserit faciam. Imperatoris igitur iussu statim in caveam abductus est, ibique aedes suas, praesente Quaestore & universo Senatu subscribente vendidit, idque octoginta quinque libris auri. Dextera pars ubi Gynaeconitis usque ad columnam S. Basilii erat domus Charitonis Eunuchi, cognomento Anseripedis, quam cum grata animi significatione Imperatori obtulit, duplo pretio, duodecim libris aestimatam. Sinistra vero pars Gynaeconitidis usque ad columnam S. Gregorii Thaumaturgi erant aedes cuiusdam Xenophontis sutoris, qui ab Imperatore duplum pretium, libras quatuordecim petiit, & ut Circensium die in circo sedentem quatuor agitatorum factiones adorarent. Sed populo & universo Senatu Imperatori dicentibus; Non licet nobis ipsi eum honorem soli Imperatori debitum exhibere; iussit Imperator eum a tergo adorari & vocari Principem inferorum, quod etiam ad hoc usque tempus observatur. Templi vero area, lavacrum & porticus narthecis, & quae in ambitu eius sunt, erat domus Damiani Patricii Seleuciae, quam sex libris aestimatam, lubentissimo animo Imperatori obtulit. Imperator vero cum locum dimensus esset, invenit rotundum lapidem ab altari usque ad inferiorem arcum, & circum illum fundamenta iecit apsidis maioris sive trulli magni. A suggesto vero usque ad exteriorem narthecem, solum palustre & fungosum invenit. Quum autem fundamenta ponere ordiretur, Eutychio Patriarcha accersito, pro structura Ecclesiae precatus est. Postea Imperator primus omnium calcem cum testa acci-

1 Εἰς τὸ πραιτώριον) Quod Iustinus Imperator reparavit. Exstat hac de re epigramma Pauli Silentiarii Anthol. lib. IV. cap. XXIII.

2 Ὁ δὲ βασιλεὺς οἰκείαις χερσὶ λαβὼν ἄσβεστον μετ' ὀστράκου ἔβαλεν εἰς τὸν θεμέλιον πρὸ πάντων) Augusti alicuius operis principia ipsi Imperatores, aut viri ceteroqui principes, dabant. Vides hic in aedificatione templi Sophiae de Iustiniano. Et narrat de Nerone Suetonius capit. XIX. *In Achaia Isthmum perfodere adgressus, praetorianos pro concione ad inchoandum opus cohortatus est; tubaque signo dato primus rastello humum effodit, & corbula congestam humeris extulit.*

3 Ἔκτισε τὸν ἅγιον Ἰωάννην) Templa Ioannis Baptistae Constantinopoli duo; hoc in Strobelo, illud in Macedonianis: quorum unum magna ex parte reparavit Basilius, alterum a fundamentis exstruxit. Cedrenus pagin. 483.

cipiens, fundamenti initium posuit. Condidit etiam oratorium S. Ioannis, iuxta Horologium, Baptisterium vulgo dictum; & aedificia vicina Metatorii, ut ibi subinde cum Proceribus suis commoraretur, & cibum sumeret: inde etiam usque in Palatium porticum transitoriam rectam fecit, ut quoties vellet eo accederet. Erant autem Magistri numero centum, centenos singuli manuarios opifices mercenarios sub se habentes, ita ut summa decem millia operariorum essent: Quorum quinque millia a dextera, quinque a sinistra parte opus coeperunt. Magno autem studio contendebant, ut quam celerrime opus absolverent. Ceterum templi formam Angelus per somnium Imperatori ob oculos posuit. Erat autem machinator quidam summae peritiae in exstruendis templis: Stabant etiam cacabi magni hordei bullientis, cuius liquorem calce & testa miscebant: liquor autem ille hordei tepidus aquae vicem supplebat. Quin etiam dissectos ulmi cortices admiscebant calci, & in massam redigebant: qua nec calida nimis, neque frigida ad structuram utebantur, sed tepida; quo tenacius adhaerescebat, & lapides instar ferri conglutinaret. Fundamento autem duobus cubitis supra terram elevato, ut dictus auctor & expensae rationum scriba refert, quadringenta quinquaginta duo auri centenaria expensa fuerant. Miliarisia vero quotidie adferebant, terraeque ea permiscentes, iuxta Horologium & circumsita aedificia humo obruebant. Ita quum ab opere abituri suam singuli terram circumcirca lustrarent, multa hinc inde inveniebant, & loti discedebant. Alia etiam miliarisia in Horologio exposita servabantur, & singulis qui lapidibus, calce, tegulis, aut cocto latere onusti adscendebant, pro labore, argentum distribuebatur, ne cui conviciandi aut conquerendi occasio esset. Quidam vero ex iis cum ingemiscens vae exclamasset, statim praeceps dilapsus, & casu contusus exspiravit. Ceterum post pilarum eductionem & erectionem magnarum columnarum, decreverant etiam una cum illis Romanas columnas collocare, quod tamen minime factum fuit, sed eas quatuor conchis fulciendis adposuerunt. Imperator autem somno pomeridiano abstinens, magnoque studio operi incumbens, fabros, & quadratarios circumeundo inspectabat; comitante eum Troilo cubiculario. Verum Strategius adoptivus Imperatoris frater, eiusque pecuniarum custos, expensarum rationibus praeerat. Praeceperat autem ei Imperator, ut citra mercedem & diurnum argentum, bis illos singulis septimanis stipe aliqua muneraret. Quoties vero spectandi causa accedebat, albam gestabat tunicam, & exiguum baculum manu tenebat. Quum vero fornices porticuum muliebrium utrimque tegerentur, & a pelis usque ad Catechumenia opus iterum inchoaretur, iussit Strategius die septimo hora tertia, miliarisio-

τα εἰς τὸ Ὡρολόγιον 1, τὸν λεγόμενον Βαπτιστήρα, καὶ τὰ πλησιάσαντα τοῦ Μετατωρίου 2, ἵνα ἐκεῖσε παραμένῃ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ καὶ πολλάκις ἐσθίῃ· ἐν ᾧ καὶ τὰ διαβατικὰ σκεπαστὰ τοῦ παλατίου ἐποίησεν, ἵνα διέρχεται ὁσάκις ἂν ἐθέλῃ. ὑπῆρχον δὲ μαΐστορες, τὸν ἀριθμὸν ἑκατὸν, ἔχοντες ἀνὰ ἑκατὸν μισθίους προσχειριαρίους. ὁμοῦ οἱ κάμνοντες, χιλιάδες δέκα. καὶ αἱ μὲν πέντε χιλιάδες τὸ δεξιὸν μέρος ἤρξαντο, αἱ δὲ πέντε τὸ εὐώνυμον. εἶχε δὲ αὐτοὺς ἔρις καὶ πολλὴ σπουδὴ, εἰς τὸ ταχέως κτίζεσθαι. τὸ δὲ σχῆμα τοῦ ναοῦ Ἄγγελος κατ' ὄναρ ὑπέδειξε τῷ Βασιλεῖ. ἦν δὲ μαΐστωρ εἷς μηχανικὸς, καὶ πολλῆς γνώσεως γέμων εἰς τὸ ἀνεγεῖραι ναοὺς ἐπιτηδείους. ἡ δὲ κριθὴ ἵστατο βράζουσα εἰς καχάβους εὐμεγέθεις, καὶ τὸν ζωμὸν αὐτῆς ἐμίγνυον μετὰ τοῦ ἀσβέστου καὶ τοῦ ὀστράκου. ἀντὶ δὲ ὕδατος αὐτοῖς ὑπῆρχεν ὁ ζωμὸς τῆς κριθῆς χλιαρός. ἔκοπτον δὲ καὶ τοὺς φλοιοὺς τῆς πτελέας, καὶ ἐμίγνυον μετὰ τοῦ ἀσβέστου. καὶ ἐποίουν μάζας. καὶ οὔτε ἄγαν θερμὸν, οὔτε πάλιν ψυχρὸν ἐτίθουν, ἀλλὰ χλιαρὸν, διὰ τὸ κολλητικώτερον εἶναι, καὶ τοὺς λίθους κολλᾷν δίκην σιδήρου· δύο δὲ πήχεις τοῦ θεμελίου ἀπὸ τῆς γῆς ὑψωθέντος, ὥς φησιν ὁ εἰρημένος ποιητὴς, καὶ ἀπογραφόμενος τὴν ἔξοδον, ἐξωδιάσθησαν χρυσίου κεντηνάρια υνβ'. μιλιαρίσια δὲ ἔφερον καθεκάστην καὶ ἐμίγνυον τὸν χοῦν, καὶ ἔχυνον εἰς τὸ ὡρολογεῖον καὶ τῶν πέριξ κτισμάτων. καὶ ἡνίκα ἔμελλον ὑποχορεῖν γυρεύοντες τὸν χοῦν ἕκαστος αὐτῶν, διάφορα εὕρισκε, καὶ ἀπῄει χαίρων, καὶ ἕτερα μιλιαρίσια 3 ἀπέκειντο εἰς τὸ ὡρολογεῖον, καὶ ὅσοι ἀνεβίβαζον καὶ ἐκόμιζον λίθον, ἢ ὄστρακον μετὰ ἀσβέστου ἢ βησάλῃ 4, ἑνὶ ἑκάστῳ ἐκ τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐδίδου ἀργύριον, διὰ τὸ μὴ βλασφημῆσαι ἢ στενάξαι τινά. ἐξ αὐτῶν δὲ εἷς στενάξας, καὶ εἰπὼν τὸ οὐαὶ, ἔπεσεν ἀθρόως, καὶ συνετρίβη καὶ ἀπέψυξε. τῶν δὲ πινσῶν 5 ὑψωθέντων, καὶ τῶν μεγάλων κιόνων σταθέντων, ἔμελλον μετ' αὐτῶν καὶ τοὺς Ῥωμαίους κίονας στῆσαι. ἀλλ' οὐκ ἐποίουν, ἀλλ' ἔστησαν τούτους εἰς τὰς τέσσαρας κόγχας. Ὁ δὲ Βασιλεὺς, τὸ δειλινὸν οὐκ ἐκάθευδεν, ἀλλὰ πολλὴν σπουδὴν ἐποιεῖτο τοῦ ἔργου, καὶ ἐπορεύετο βλέπων τοὺς λιθοξόους καὶ τοὺς οἰκοδόμους. ἤρχετο δὲ μετὰ Τρωΐλου Κουβικουλαρίου αὐτοῦ. τὴν δὲ ἔξοδον κατεῖχε Στρατήγιος ὁ ἀδελφοποιητὸς τοῦ Βασιλέως, ὁ καὶ φύλαξ τῶν βασιλικῶν χρημάτων. ἐπηγγείλατο δὲ αὐτῷ ὁ Βασιλεὺς καὶ ἐκτὸς τοῦ μισθοῦ αὐτῶν καὶ τῶν καθημερινῶν ἀργυρίων, δὶς τῆς ἑβδομάδος εὐεργετεῖν αὐτούς. ὁσάκις δὲ ἤρχετο εἰς θεωρίαν, ἐφόρει λευκὸν κωλόβιον 6, καὶ ῥάβδον λεπτὴν κατεῖχε τῇ χειρί. σκεπάσαντες δὲ ἐπάνω τὰς ἁψῖδας ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τῶν ἐμβόλων τῶν γυναικίτων 7· καὶ ἀναλαβόντες εἰς τοὺς πινσοὺς, μέχρι τῶν κατηχουμένων, προσέταξε Στρατήγιος

1 Εἰς τὸ ὡρολογεῖον) Quod condidit Iustinianus anno imperii VII. Auctor Cedrenus.

2 Καὶ τὰ πλησιάσαντα τοῦ μιταρίου) Puto legendum μιτατωρίου. Cedrenus. Διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους διήρχετο εἰς τὸ μιτατώριον.

3 Μιλιαρίσια) Vide Glossarium nostrum.

A

4 Ἡ βησάλου) Vide Glossarium.

5 Τῶν δὲ πινσῶν) Vide Glossarium.

6 Λευκὸν κωλόβιον) Vide Glossarium.

7 Τῶν γυναικίτων) Erat hoc palatium Imperatricis. Zonaras Annal. III.

Digitized by Google

ἡμέρᾳ ἑβδόμῃ ὥρᾳ τρίτῃ, μιλιαρίσια προσαγαγεῖν εἰς πλῆθος, καὶ τοὺς μαΐςορας καθελθεῖν εἰς τὸ ἄριςον. ὁ δὲ μαΐςωρ Ἰγνάτιος, κατέλιπε τὸν υἱὸν αὐτοῦ καθορᾷν πάντα τῶν τεχνιτῶν τὰ ἐργαλεῖα. ἦν δὲ ὁ παῖς ὡσεὶ χρόνου δεκατεσσάρων. καθεζομένου δὲ αὐτοῦ, ἐφώνησεν αὐτῷ λευκοφόρος τὶς, εὐνοῦχος δῆθεν ἐκ τοῦ παλατίου πεμφθεὶς, λέγων αὐτῷ τινος χάριν τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ ταχέως οὐκ ἐπλήρωσαν οἱ κάμνοντες, ἀλλὰ καταλιπόντες αὐτὸ ἀπῆλθον πάντες καὶ ἐσθίουσιν; ὁ δὲ παῖς λέγει, ταχέως Κύριέ μου παραγίνονται. κἀκεῖνος πάλιν εἶπεν, ἄπελθε ταχέως, φώνησεν αὐτούς. τοῦ δὲ παιδὸς φοβουμένου, διὰ τὸ μὴ ἀπολέσθαι τὶ τῶν ἐργαλείων, ὁ φανεὶς Ἄγγελος ἔφη μεθ' ὅρκου τῷ νέῳ, ἄπελθε, λάλησον αὐτοῖς, ἐγὼ δὲ ἀπὸ τῶν ὧδε οὐχ ὑποχωρῶ, ἕως ἂν ἔλθῃς, μὰ τὴν ἁγίαν Σοφίαν, ἥτις ἐςὶν ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ, τὴν νῦν κτιζομένην. τοῦτον οὖν τὸν ὅρκον ἀκούσας ὁ παῖς κατῆλθε, καὶ εὗρε τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἰγνάτιον, καὶ ἐξηγήσατο αὐτῷ ταῦτα, καὶ αὐτὸς ἤγαγεν αὐτὸν τῷ Βασιλεῖ. ἐκεῖσε ἐσθίοντι τότε ἐν τῷ Βαπτιςῆρι [1]. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Βασιλεὺς, μετεκαλέσατο πάντας τοὺς εὐνούχους. καὶ μηδένα ἐξ αὐτῶν γνωρίσας ὁ παῖς, τότε ἔγνω ὁ Βασιλεὺς, ὅτι Ἄγγελός ἐστι Κυρίου. ἐσημειώσατο δὲ τὸν ὅρκον ὃν εἶπεν ὁ παῖς, καὶ ὅτι λευκοφόρος ἐςιν ὁ λαλήσας τῷ νέῳ. καὶ αἱ παρειαὶ αὐτοῦ πῦρ ἀπέπεμπον, καὶ ἐνηλλαγμένη ἦν ἡ ὄψις αὐτοῦ. μεγάλως δὲ χαρεὶς ὁ Βασιλεὺς, ἐδόξασε τὸν Θεὸν, ὅτι εὐδοκεῖ εἰς τὸ ἔργον αὐτοῦ. καὶ ἔκτοτε ἔλαβεν ὁ ναὸς τὴν προσηγορίαν, ἡ ἁγία Σοφία, καί περ διασκεπτομένου τοῦ Βασιλέως τί καλέσει τὸν ναόν. Βουλευσάμενος δὲ ὁ Βασιλεὺς, πολλοὺς ὁσίους καὶ ἀρετὴ μετιόντας, εἶπον. μὴ δεῖν ὑποςρέφειν τὸ παιδίον ἐκεῖσε. ἂν γὰρ ςραφῇ, ὁ φύλαξ Ἄγγελος ὑποχωρεῖ τοῦ τόπου. ὃ καὶ ἐποίησε. πλουτίσας γὰρ τὸν παῖδα, εἰς τὰς νήσους ἐξέπεμψε διάγειν αὐτὸν, ὥς τε φυλάσσειν τὸν Ἄγγελον μέχρι τῆς σήμερον κατὰ τὸν ὅρκον αὐτοῦ. ἐγένετο δὲ τὸ ῥῆμα τοῦ Ἀγγέλου πρὸς τὸν παῖδα εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ πινσοῦ πλησίον τοῦ Συλλαγόνου. φθασάντων δὲ εἰς τὰ δεύτερα κατηχούμενα καὶ τοὺς κίονας, ἀνηγέρθησαν αἱ καμάραι, σκεπασθέντων δὲ τῶν πέριξ, ἐγένετο τὸν Βασιλέα ἀθυμεῖν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν χρυσικὴν ποσότητα. ἱςαμένου δὲ αὐτοῦ ἐν τῇ ἀψῖδι ὕπερθεν, καὶ ὁρῶντος τὰ κτίσματα, ἐφάνη αὐτῷ εὐνοῦχος ὡραῖος εἰρηκὼς αὐτῷ, τι λυπῇ περὶ χαράγματος; δός μοι τινὰς αὔριον πρωῒ ἐκ τῶν μεγιςάνων σου, καὶ κομίσω σοι χάραγμα ὅσον ἂν βούλοι. τῇ δὲ ἑξῆς πορευομένου τοῦ Βασιλέως καὶ ὁρῶντος τὰς κτίσεις, ἰδοὺ ὁ εὐνοῦχος ὤφθη τῷ Βασιλεῖ λέγων, δός μοι ἄνθρωπον καὶ πορευθῶμεν. δέδωκε δὲ αὐτῷ τὸν εἰρημένον Στρατήγιον καὶ Βασιλίδην Κοιαίςωρα, καὶ Θεόδωρον Πατρίκιον, καὶ ἔπαρχον, καὶ Κολοκύνθην, καὶ ὑπηρέτας μέχρι τῶν ὀκτὼ, καὶ ἡμιόνους μετὰ βουλγιδίων εἴκοσι. τούτους λαβὼν ὁ εὐνοῦχος, ἐξήει τῆς πόλεως. καὶ ἐλθὼν εἰς τὸ τριβουνάλιον, ἐφάνησαν παλάτια ἀχειροποίητα θαυμαςὰ ἐκτισμένα.

Ὁ Κύριος Κωνσταντῖνος ὁ Δούκας, ἔτη ζ΄. μῆνας ς΄. καὶ τελευτήσας κατέλιπε βασιλεύουσαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ τὴν Δέσποιναν, τὴν κυρὰν Εὐδοκίαν τὴν μακρεμβολίτησαν, σὺν τῷ υἱῷ αὐτοῦ τῷ κυρῷ Μιχαὴλ, καὶ τῷ κυρῷ Κωνσταντίνῳ τῷ Πορφυρογεννήτῳ. ἐκράτησε οὖν καὶ ἡ κυρὰ Εὐδοκία ἡ δέσποινα σὺν τοῖς δυσὶν υἱοῖς αὐτῆς μῆνας ζ΄. ἡμέρας δέκα. εἶτα λαβοῦσα ἄνδρα γνώμῃ τοῦ Πατριάρχου καὶ τῆς συγκλήτου πάσης, τὸν κύριον Ῥωμανὸν τὸν Διογένην ἀνεγόρευσεν αὐτὸν Βασιλέα, κατὰ τὸν Μάρτιον μῆνα τῆς ε΄. Ἰνδικτιῶνος τοῦ ,ςφοε΄. ἔτους.

Ὁ Κύριος Ῥωμανὸς ὁ Διογένης, μετὰ τῆς κυρᾶς Εὐδοκίας, ἔτη γ΄. μῆνας η΄. καὶ διαφόρως ἐκστρατεύσας κατὰ Περσῶν, ἐν τῇ τρίτῃ αὐτοῦ ἐκστρατείᾳ ἐκρατήθη αἰχμάλωτος παρὰ τοῦ Σουλτάνου καὶ τῶν Τούρκων. ἀναγορεύθη δὲ Βασιλεὺς ὁ Κύριος Μιχαὴλ ὁ Δούκας, καὶ ἐκράτησε τῆς βασιλείας ἅμα τῇ μητρὶ αὐτοῦ Εὐδοκίᾳ, καὶ συνεβασίλευσε ταύτῃ μῆνα α΄. κατεβίβασε ταύτην καὶ ἀπέκειρε μόναρχος αὐτὸς κληθεὶς ἐκράτησε τῆς βασιλείας. Ὁ οὖν Κύριος Μιχαὴλ ὁ Δούκας, ὁ υἱὸς τοῦ Κυρίου Κωνσταντίνου καὶ τῆς μακρεμβολιτίσσης κυρᾶς Εὐδοκίας, μετὰ Μαρίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ἔτη ς΄. καὶ ἥμισυ. καταβιβασθεὶς δὲ παρὰ τοῦ Βοτανιάτου, ἀπὸ τῆς προδοσίας τῆς συμβίου αὐτοῦ, καὶ τὸ μοναχικὸν σχῆμα ἐνδυθεὶς, ἀπεστάλη εἰς τὴν μονὴν τοῦ στουδίου. ὕστερον δὲ γέγονε καὶ μητροπολίτης Ἐφέσου.

Ὁ Κύριος Νικηφόρος ὁ Βοτανιάτης, ἔτη γ΄. καὶ ἥμισυ, κατεβιβάσθη δὲ τῆς βασιλείας κατὰ τὴν πρώτην τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς τῆς δ. ἰνδικτ. τοῦ ,ςφπθ΄. ἔτους; καὶ ἀποσταλεὶς ἐν τῇ μονῇ τῆς περιβλέπτου ἀπεκάρη.

Ὁ Κύριος Ἀλέξιος ὁ Κομνηνὸς, ὁ πάππος τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως, ἐβασίλευσεν εὐσεβῶς ἔτη λζ΄. μῆνας δ΄. καὶ ἥμισυ, ἐτελεύτησε δὲ κατὰ τὴν ιε΄. τοῦ Αὐγούστου μηνὸς, ἤτοι τῆς ἡμέρας τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἰνδικτ. ια΄. τοῦ ,ςχκς΄. ἔτους.

Ὁ Κύριος Ἰωάννης ὁ Κομνηνὸς, ὁ Πορφυρογέννητος, ὁ υἱὸς αυτοῦ ἐκράτησε μηνὶ Αὐγούστῳ ιε΄. Ἰνδικτ. ια΄. τοῦ ,ςχκς΄. ἔτους, καὶ εὐσεβῶς ἐβασίλευσε καὶ θεαρέστως ἔτη κδ΄. μῆνας ζ΄. ἡμέρας κγ΄.

Ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ Πορφυρογέννητος Κύριος Μανουὴλ ὁ Κομνηνὸς ἐκράτησε μηνὶ Ἀπριλλίῳ α΄. ἰνδικτ. ς΄. τοῦ ,ςχνα΄. ἔτους, καὶ ἐβασίλευσεν εὐσεβῶς ἔτη λζ΄. μῆνας ε΄. ἡμέρας κγ΄. ἐξεδήμησε δὲ πρὸς Κύριον τῇ κδ΄. τοῦ Σεπτεμβ. μηνὸς, τῆς ιδ΄. ἰνδικτ. τοῦ ,ςχπθ΄. ἔτους, ὥρᾳ α΄. διὰ τοῦ μεγάλου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος Ματθαῖος μοναχὸς μετονομασθεὶς κατὰ δὲ τὴν ι΄. μηνὸς Σεπτεμβ. ἰνδικτ. γ΄. ἔτους ,ςχοη΄. ἤγουν ἐν τῷ κη΄. ἔτει τῆς Βασιλείας αὐτοῦ, ἐγεννήθη ὁ κάλλιστος υἱὸς αὐτοῦ ὁ Πορφυρογέννητος Κύριος Ἀλέξιος ὁ Κομνηνός. ἐστέφθη δὲ παρ᾽ αὐτοῦ ὁ τοιοῦτος εἰς Βασιλέα κα-

Digitized by Google

κατὰ ἰνδικτ. έ. τοῦ ͵ϛχπ΄. ἔτους. μηνὶ Σεπτεμβ. ιζ΄. ἰνδικτ. ί. ἔτους ͵ϛχπέ. γέγονεν ἐν τῷ * * κατάλυσις τοῦ βασιλέως κυρίου Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ. κατὰ δὲ τὴν ιγ΄. ἰνδικτ. τοῦ ͵ϛχπή. ἔτους, μηνὶ Μαρτίῳ β΄. ἡμέρα κυριακῇ συνέζευξε τὸν κύριον Ἀλέξιον τὸν υἱὸν αὐτοῦ γυναικὶ τῇ κυρᾷ Ἄννῃ. τῇ θυγατρὶ τῇ εὐγενεστάτου ῥηγὸς Φραγγίας μετὰ ἀρραβῶνος εὐχῆς, τούτοις δοθείσης παρὰ τοῦ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου κυροῦ Θεοδοσίου τοῦ Ἀντιοχέως. κατὰ δὲ τὴν κδ΄. τοῦ Σεπτεμβ. μηνὸς, τῆς ιδ΄. Ἰνδικτ. τοῦ ͵ϛχπθ΄. ἔτους, ὥρα ά. τῆς ἡμέρας καθ' ἣν ὁ ἀείμνηστος πατὴρ αὐτοῦ τῆς ἐπιγείου Βασιλείας ἠλλάξατο τὴν οὐράνιον, ἀνηγορεύθη Αὐτοκράτωρ, καὶ ἐβασίλευσεν εὐσεβῶς σὺν τῇ μητρὶ αὐτοῦ τῇ δεσποίνῃ τῇ κυρᾷ Μαρίᾳ, τῇ διὰ τοῦ θείου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος Ξένῃ μετονομασθείσῃ ἐχούσῃ παραδυναστεύοντα τὸν πρωτοβεστιάριον κύριον Ἀνδρόνικον τὸν Κομνηνὸν ἔτος ά. μῆνας ιά. ἡμέρας γ΄. εἶτα δῆθεν μόνης ἀναιρεθείσης τῆς ἁγίας γυναικὸς ἐκείνης παρὰ τοῦ τυράννου ἐκεῖ, καὶ αὐτοῦ τοῦ τυράννου αὐθεντικῶς ποιοῦντος ὅσα ἐβούλετο, χρόνον ἕνα, μῆνας ιά. ἡμέρας κδ΄. εἶτα ἀποπνιγέντος καὶ αὐτοῦ τοῦ Πορφυρογεννήτου παρὰ τοῦ τυράννου, ἐβασίλευσε ἀναφανὲς ὁ αὐτὸς Ἀνδρόνικος, ἔτος ἕν. μῆνας ί. ἡμέρας ί. μετὰ ταῦτα ὑστέρως αὐτοῦ ὁ Κύριος Ἰσαάκιος ὁ Ἄγγελος προσφυγὼν τῇ Ἐκκλησίᾳ, κἀκεῖθεν ἀπελθὼν σὺν τῷ συρφετώδῃ λαῷ, καὶ τοῖς φυλακίταις, καί τισι τῶν συγγενῶν καὶ φίλων αὐτοῦ, καὶ αὐτῷ τῷ Πατριάρχῃ κυρῷ Βασιλείῳ τῷ καματηρῷ, εἰς τὸ μέγα παλάτιον, καὶ εἰσελθὼν ἐν αὐτῷ καὶ τῆς Βασιλείας δεξάμενος, τοῦ Ἀνδρονίκου φυγόντος. ἑάλω δὲ, ἀνέμων βιαίων ἀντιπνευσάντων αὐτῷ ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ, ἤτοι μεγάλῃ θαλάσσῃ, καὶ ἔπαθεν ὅσα αὐτὸν ἴσως ἔδει παθεῖν. Χριστιανοὺς δὲ καὶ Ῥωμαίους ταῦτα πρᾶξαι, ἀνοίκειον ἦν. ὅμως ἐβασίλευσε ὁ Κύριος Ἰσαάκιος ὁ Ἄγγελος ἔτη ἐννέα. ἐπ' αὐτοῦ ἔσχεν ἀρχὴν ἡ ἐν Ζαγορίᾳ Βλάχων καὶ Βουλγάρων κατὰ τῶν Χριστιανῶν Ῥωμαίων ἐπανάστασις, καὶ ἐλεηλατίσθη πᾶσα ψυχὴ, καὶ ἠφανίσθη πᾶσα σχεδὸν δυτικὴ χώρα, ὑπὸ τὴν Ῥωμαϊκὴν οὖσα ἐπικράτειαν· ὀψὲ δέ ποτε ἐγερθέντες δῆθεν ἐκεῖνοι καὶ ὁρμήσαντες ἐκστρατεῦσαι κατ' αὐτῶν, καὶ οὐκ ὀλίγα ἐπισυναγαγόντες στρατεύματα, ὅμως καὶ οὕτως μετὰ τῆς συνήθους νωθρείας ἢ δειλίας περιπατοῦντες, ἤ, ὅ, τι ἂν εἴποι τις, καὶ διὰ τῶν κατ' αἰγιαλῶν κατερχόμενοι κάστρων, καὶ ἀπελθόντες μέχρι τῶν κυψέλων, ὁ αὐτάδελφος αὐτοῦ Κύριος Ἀλέξιος ὑποποιησάμενος τὸ στρατόπεδον, καί τινας τῶν ὑπερεχόντων μετὰ τοῦ αὐτοῦ, ταῦτα αἰτιᾶσθαι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἅπερ αὐτὸς μετὰ τὸ ἐγκρατὴς γενέσθαι τῆς Βασιλείας πολλαπλασίονα ἐνεδείξατο, ἀνεγορεύθη Βασιλεὺς Αὐτοκράτωρ, καὶ ἀμάχως ἐκάθισεν ἐπὶ τῆς σκηνῆς καὶ τῆς κλίνης αὐτοῦ. ἐκείνου πρὸς κυνηγέσιον ἀπελθόντος. ὃ καὶ μαθὼν ἐκεῖνος φυγῇ ἐχρήσατο. ἄλους δὲ παρὰ τῶν οἰκείων αὐτοῦ, καὶ οὓς ἐν τάξει μεγάλων ἀνθρώπων εἶχε, καὶ πιστοτάτων ἀνθρώπων, ἀπετυφλώθη ἐν τῇ κλεισούρᾳ τῆς Μάκρης, καὶ ἐβασίλευσε ὁ κύριος Ἀλέξιος, ἔτη ζ΄. οὐαὶ δὲ τὴν Ῥωμανίαν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις· αὐτοῦ γὰρ Σαρδαναπάλου διάγοντος, καὶ μηδ' ὅλως μήτε αὐτοῦ, μήτε τῶν θεραπευτῶν αὐτοῦ οἵαν δή τινα στρατιωτικὴν ἢ ἀρχοντικὴν οἰκονομίαν ἐνησχολημένων, τὰ μὲν περιληφθέντα κάστρα καὶ αἱ χῶραι τῆς δύσεως λεία Βλάχων γεγόνασι καὶ Κομάνων, μέ-

χρι

ne 10. anni 6685. imperio decessit Dominus Manuel Comnenus. Indictione vero decima tertia anni 6688. secundo die Martii, die dominica Domino Alexio filio suo in matrimonium dedit Dominam Annam, nobilissimi Regis Franciae filiam, cum arrhabone orationis, opera Domini Theodosii Patriarchae Antiochiae. Ceterum die 24. Septembris, indictione 14. anni 6689. hora tertia diei, quo pater eius imperium terrestre cum caelesti commutavit Imperator renunciatus est, & pie imperavit cum matre sua Dominica Maria, quae post adsumtum ordinem monasticum Xene sive Peregrina nominata fuit, & imperii collegam habuit Dominum Andronicum Comnenum Protosebastum & Protovestiarium, annum 1. menses undecim, dies tres. Postea vero sanctam illam feminam Andronicus tyrannus clanculum interfici curavit, & annum unum, menses undecim, dies 24. omnia pro lubito administravit, atque demum, ipso Alexio Porphyrogenito strangulato, aperte imperavit annum unum, menses 10. dies 10. Deinde Isaacius Angelus ad Ecclesiam confugit, & inde cum incomposita populi colluvie, & custodibus, atque quibusdam suis cognatis & amicis, ipsoque Patriarcha Domino Basilio Camatero, ad magnum Palatium ivit, atque eo ingressus imperium suscepit. Andronicus autem quamvis sese in fugam dedisset, attamen ventorum adversorum vi impeditus & captus est in Ponto Euxino sive mari magno, atque illa passus est, quae ipsum quidem pati par erat: Christianos vero & Romanos agere: non conveniebat. Imperavit igitur Dominus Isaacius Angelus annos novem. Eius tempore in Zagoria initium cepit bellum Walachorum & Bulgarorum adversus Christianos Romanos, quo omnis anima praedando abacta, & tota fere occidentalis regio, potestati Romanae subiecta, devastata est. Sed quum longo tamdem post tempore Romani expergefacti expeditionem in eos pararent, & non mediocres coegissent exercitus, & nihilominus tamen cum solita pigritia & timiditate procederent, * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * frater Imperatoris Dominus Alexius, conciliato sibi favore exercitus, & quorumdam eorum, qui ei praeerant, fratrem suum earum rerum incusare coepit, quas ipse, postquam imperio potitus est, multo amplius commisit, & Imperator salutatus, solium eius sine controversia occupavit. Quo audito Imperator Isaacius, qui venatum iverat, fugam tentavit, sed captus a familiaribus suis, quos prae ceteris magni aestimaverat, sibique fidissimos, excaecatus est in claustro Macrae, imperavitque Dominus Alexius annos 7. Vae autem Romaniae in illis diebus; Imperatore enim Sardanapali instar vivente, & neque ipso neque ministris eius ad militarem disciplinam & gubernationem imperii intentis, multa ex reliquis castris & regionibus occidentalibus & maritimis in Walachorum & Comanorum potestatem devenerunt: plurima vero integre a Ioannitze occupata sunt. Tamdem quoque ipsa urbium regina Constantinopolis, quae sola in Imperatoris potestate supererat, turpi ipsius

& mu-

Digitized by Google

& inutili fuga Latinis prodita est. Quum enim nepos eius Dominus Alexius Domini Isaacii filius, qui in Alemaniam confugerat ad Philippum, sororis suae maritum, collectis undique militibus, cum magna Latinorum classe inde reverteretur de patria sibi erepta dimicaturus, primo quidem Imperator bellum adversus Latinos de die in diem differre videbatur, demum vero per noctem quasi venale mancipium aufugit. Quare nepos eius Dominus Alexius noctu Palatium Blachernarum ingressus, & cum Patre suo Domino Isaacio Imperator salutatus est, imperavitque menses quinque. Plebs vero quum Latinos pro libito magnum Palatium intrare videret, & quod postea eventus comprobavit, se magnum malum ab iis passuros esse coniectaret, in magnam Ecclesiam convenit, & post multas turbas & tumultuationes Imperatorem salutavit Dominum Nicolaum Canabum, qui paucissimos dies aerumnose in Ecclesia magna permansit. His enim de rebus certiores facti, qui erant in Palatio, Dominum Alexium imperio abdicarunt, & eius loco Imperatorem creaverunt Dominum Alexium Ducam Murtzuplum. Paulo itaque post populus ab Ecclesia in Palatium discessit ad Dominum Alexium Ducam; ceptoque Canabo, imperavit Dominus Alexius Ducas menses 2. Tunc Latini Constantinopolim, olim reginam urbem, gravius & manifestius obsidere ceperunt, & brevi ceptum ad finem perductum est, captoque Imperatore, urbs domina in servitutem redacta est, & omnigenis oppleta miseriis; nam sacra profanata sunt, & sanctae Imagines conculcatae, & Deo sacrata templa in stabula equorum mutata, &, ut summatim omnia dicam. Derelicta est filia Sion ut umbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerio, vacua omni bono, & referta omnigenis miseriis.

χρι· καὶ αὐτῶν τῶν παραλίων, καὶ τὰ πλείω δὲ ὑπὸ τὸν Ἰωαννίτζην γεγόνασι καθ᾽ ὁλόκληρον. τέλος δὲ καὶ αὐτὴν τὴν μονὴν περιλειφθεῖσαν εἰς βασιλείαν αὐτοῦ βασιλίδα τῶν πόλεων τοῖς Λατίνοις προέδοτο, αὐτὸς ἀνάνδρως καὶ ἀχρήστως φυγών. τοῦ γὰρ ἀνεψιοῦ αὐτοῦ κυρίου Ἀλεξίου, τοῦ υἱοῦ τοῦ κυρίου Ἰσαακίου φυγόντος ἐντεῦθεν, ἀπελθόντος εἰς Ἀλαμανίαν, εἰς τὸν ἐπ᾽ ἀδελφῇ γαμβρὸν αὐτοῦ τὸν Φίλιππον, τοῦ μετὰ στόλου Λατινικοῦ βαρέως ἀπελθόντος, μετὰ τὸ ἐπισυναχθῆναι πανταχόθεν τοὺς στρατιώτας, καὶ σφαδάζειν ὑπὲρ τῆς πατρίδος αὐτῶν, ἐφαίνετο αὐτὸς ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸν πρὸς τοὺς Λατίνους ὑπερθέμενος πόλεμον. τέλος νύκτωρ, ὡς ὠνητὸν ἀπέδρα ἀνδράποδον. εἰσῆλθε οὖν διὰ τῆς νυκτὸς ἐκεῖ εἰς τὸ ἐν Βλαχέρναις παλάτιον ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ κύριος Ἀλέξιος, καὶ ἀνηγορεύθη σὺν τῷ πατρὶ αὐτοῦ Κυρίῳ Ἰσαακίῳ, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη * μῆνας ε. ὅτε δὲ ἑώρα ὁ χυδαῖος δῆμος, αὐθεντικῶς εἰσερχομένους ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ τοὺς Λατίνους καὶ μέγα κακὸν παθεῖν ἐξ αὐτῶν ὑπώπτευσαν, ὃ καὶ ἐξ ἀποτελέσματος ἀληθὲς ἐφάνη. συνῆλθον ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ μετὰ πολλὰς ὀχλήσεις καὶ ἀναστασίας, ἀνηγόρευσαν Βασιλέα τὸν σεβαστὸν κύριον Νικόλαον τὸν Καναβὸν, καὶ διήρκεσεν ὁ καλὸς ἐκεῖνος ἄνθρωπος κακοπαθῶν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ὀλιγιστὰς τινὰς ἡμέρας. μαθόντες γὰρ ταῦτα οἱ ἐν τῷ παλατίῳ, τὸν μὲν κύριον Ἀλέξιον παρέστειλαν τῆς ἀρχῆς. τὸν δὲ Δούκαν κύριον Ἀλέξιον τὸν λεγόμενον Μούρτζουφλον ἀνηγόρευσαν, καὶ οὕτω κατὰ μικρὸν ἀπέρρευσαν τὸ πλῆθος ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας εἰς τὸ παλάτιον πρὸς τὴν Δούκαν Ἀλέξιον· ὁ δὲ Καναβῶς ἑάλω. καὶ ἐβασίλευσεν ὁ Δούκας κύριος Ἀλέξιος ἔτη * * μῆνας β'. ἔκτοτε οὖν ἀναισχυντότερον καὶ ἀναφανδὸν ἤρξαντο οἱ Λατῖνοι τὴν ποτὲ βασιλίδα πολιορκεῖν τῶν πόλεων, καὶ εἰς ἔργον τὸ προβουλευθὲν διὰ βραχέως ἐξωλέχθη, καὶ ὁ βασιλεὺς ᾐχμαλωτίσθη, καὶ δούλη γέγονεν ἡ κυρία, καὶ παντάπορος ἡ πολύολβος, καὶ ἐβεβηλώθησαν, οἴμοι, οἴμοι, τὰ ἅγια, αἱ ἅγιαι εἰκόνες κατεπατήθησαν, ἱπποστάσια γεγόνασιν οἱ θεῖοι ναοὶ, εἰπεῖν δι᾽ ὀλίγου τὸ πᾶν, ἐγκατελείφθη ἡ θυγάτηρ Σιὼν, ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον ἐν σικυηλάτῳ, ἔρημος παντὸς ἀγαθοῦ, πλήρης παντοίων κακῶν.

Theodorus Lascares, vir generosus & potens, & ceteri post ipsum usque ad primum Palaeologum Dominum Michaelem, fugati a Latinis, Imperii sedem posuerunt in Asia, e regione scilicet Constantinopoleos, imperavitque Theodorus Lascares annos 19.

Post hunc imperavit Ioannes Ducas, cognomento Batatzes, annos 33.

Dominus Theodorus Lascares Secundus, filius eius Porphyrogenitus, imperavit annos 3. cum dimidio.

Post hunc Imperio potitus est Michael primus Palaeologorum, qui Latinos Constantinopoli expulit, eique pristinum splendorem restituit, imperavitque annos 24. menses 2. dies 20.

Andronicus filius eius, piissimus & animi incomparabilis, imperavit annos 45. menses 6.

Michael filius eius, secundus istius nominis ex Palaeologis, nomine & re ipsa Imperator, imperavit annos 13. dies 22.

Andronicus filius eius Porphyrogenitus, Gratiarum compendium, imperavit annos 31. menses tres.

Θεόδωρος ὁ Λάσκαρις, ἀνὴρ γεννάδας καὶ κραταιός. οὗτος καὶ οἱ μετ᾽ αὐτὸν μέχρι τοῦ πρώτου Παλαιολόγου κυρίου Μιχαὴλ, διῆγον ἔχοντες τὰ βασίλεια ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῇ ἀντίπεραν δηλαδὴ Κωνσταντινουπόλεως, φυγάδες ὄντες τοῖς Λατίνοις, ἔτη ιθ'.

Μετὰ τοῦτον ἐκράτησεν Ἰωάννης ὁ Δούκας, ὁ λεγόμενος Βατάτζης, συνετὸς καὶ βριαρόχειρ ἀναφανεὶς, ἔτη λγ'.

Ὁ Κύριος Θεόδωρος ὁ Λάσκαρις ὁ δεύτερος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ Πορφυρογέννητος, ἔτη γ'. καὶ ἥμισυ.

Μετὰ τοῦτον ἐκράτησε καὶ ἐβασίλευσεν ὁ κραταιὸς Μιχαὴλ ὁ πρῶτος τῶν Παλαιολόγων, ὃς ἐξῶσε τοὺς Λατίνους τῆς Βασιλίδος τῶν πόλεων, καὶ ἀπέδωκεν αὐτῇ πάλιν τὸν οἰκεῖον αὐτῆς κόσμον, ἔτη κδ'. μῆνας β'. ἡμέρας κ'.

Ἀνδρόνικος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ εὐσεβέστατος, καὶ νοῦς ἀσύγκριτος, ἔτη με'. μῆνας ς'.

Μιχαὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ δεύτερος, ὁ λόγῳ καὶ πράξει βασιλεὺς ὄντως, ἔτη ιγ'. ἡμέρας κβ'.

Ἀνδρόνικος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ Πορφυρογέννητος, ἡ τῶν χαρίτων συνδρομὴ, ἔτη λα'. μῆνας τρεῖς.

Digitized by Google

Μανουὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ Πορφυρογέννητος, ὁ στρατηγικώτατος, καὶ τῶν ἀνακτόρων κλέος, ἔτη μά.

Ἰωάννης ὁ Καντακουζηνὸς, ὁ τῷ σχήματι μετονομασθεὶς Ἰωάσαφ μοναχὸς, ἔτη δεκατέσσαρα.

Ἰωάννης τῶν Παλαιολόγων ὁ δεύτερος ὁ ἕκτος, ὁ διὰ τοῦ θείου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος μετονομασθεὶς Ἰωάσαφ μοναχὸς, ὁ Πορφυρογέννητος, ἔτη β'. καὶ ἥμισυ.

Μανουὴλ ὁ δεύτερος, ὁ υἱὸς Ἰωάννου, ὁ Πορφυρογέννητος, ἔτη ιβ'. μῆνας δ'. ἡμέρας κέ.

Ἰωάννης τρίτος, ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ Πορφυρογέννητος, ὁ συγκροτήσας τὴν Σύνοδον ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ καὶ συγκλίνας κατ' ἀνάγκην τοῖς Λατίνοις, συμπαρόντων τῶν τε ἄλλων λογάδων καὶ αὐτοῦ τοῦ κυροῦ Μάρκου τοῦ εὐγενικοῦ, καὶ μητροπολίτου Ἐφέσου, ἔτη κγ'. μῆνας γ'. ἡμέρας ί.

Κωνσταντῖνος τῶν Παλαιολόγων ὁ ὕστερος, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὁ Πορφυρογέννητος, ὁ δικαιότατος, μόνος ὢν δεσπότης ἁπάσης τῆς Πελοποννήσου, καὶ μετὰ τὸν θάνατον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ κυροῦ Ἰωάννου, εἰς τὸ τῆς βασιλείας ὕψος ἀρθεὶς, ἔτη δ'. μῆνας έ.

Ἐπὶ τούτου ἐγένετο, οἴμοι, ἡ ἅλωσις τῆς αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως παρὰ τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν ἐν ἔτει ,ςϡξά. καὶ ἐγένετο δορυάλωτος ἡ πρὶν βασιλὶς πασῶν τῶν πόλεων. ὃς καὶ ἀπεκτάνθη τότε παρ' αὐτῶν ἐν τῇ γινομένῃ χαλάσρᾳ, αὐτός τε καὶ πάντες οἱ λογάδες σχεδὸν, καὶ ἐκομίσατο τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον, μὴ θελήσαι προδοῦναι τοῖς ἀνόμοις τὰ βασίλεια, μήτε μὴν θελήσας τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν, δυνατοῦ ὄντος.

Manuel filius eius Porphyrogenitus, militum flos, & Imperatorum decus, imperavit annos 41.

Ioannes Cantacuzenus, qui, postquam factus fuit Monachus, nominari voluit Ioasaph, imperavit annos 14.

Ioannes illius nominis secundus, Palaeologorum sextus, Porphyrogenitus, adsumto habitu monachi dictus Ioasaph, imperavit annos duos cum dimidio.

Manuel secundus eius nominis, filius Ioannis, Porphyrogenitus, imperavit annos 12. menses 4. dies 25.

Ioannes eius nominis tertius, filius Manuelis, Porphyrogenitus, qui Synodum convocavit Florentiae, & necessitate coactus ad Latinos inclinavit, una praesentibus cum aliis viris delectis, tum vero etiam ipso Domino Marco Metropolita Ephesino, imperavit annos 12. menses 3. & dies 10.

Constantinus Palaeologorum ultimus, frater Ioannis, Porphyrogenitus, Iustissimus, solus totius Peloponnesi dominus fuit, & post mortem fratris Domini Ioannis, ad Imperii fastigium evectus est, imperavitque annos 4. menses 5.

Sub hoc Imperatore annos 6961. Constantinopolis ab impiis Agarenis expugnata est, &, quae prius omnium urbium regina fuerat, hostili manu capta est. Ipse etiam Imperator cum omnibus fere proceribus inter illam urbis desolationem ab iis occisus est, & martyrii coronam obtinuit, cum neque Palatium Imperatorium impiis illis prodere vellet, neque periculum effugere quamvis posset.

[a] Quum vacuae pagellae hic superfluerent, haec de *Georgio Codino* ex Graeca Bibliotheca *Io. Alb. Fabricii* huc transferenda curavimus.

GEORGIVS CODINVS, amplissimo in aula Constantinopolitana munere Curopalatae pridem functus, postremis Palaeologorum (1) temporibus claruit, & imperio ipsi superstes fuit, siquidem libellum de Imperatoribus Constantinopolitanis claudit (2) commemoratione captae ab Agarenis, sive Turcis urbis A. 6961. hoc est Christi 1453. Ex eius scriptis exstant:

I. Περὶ τῶν ὀφφικιαλίων τοῦ παλλατίου Κωνσταντινουπόλεως βασιλέων καὶ τῶν ὀφφικίων τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας. *De officiis, & officialibus Aulae Imperatorum, & magnae* (3) *Ecclesiae Constantinopolitanae*. Agit etiam *Codinus* De *Festis plerisque*, & De *Imperatoris Coronatione*, *Inauguratione Patriarchae*, aliisque; unde in altero Bavarico codice MS. titulus prioris partis conceptus est sic: Τὰ ὀφφίκια τοῦ παλλατίου. ἔτι δὲ καὶ τὰς τάξεις τὰς γινομένας ἐν ταῖς ἑορταῖς εἰς τὸ παλλάτιον, καὶ πῶς τὸν βασιλέα στέφεσθαι δεῖ, καὶ περὶ προβλήσεως Δεσπότου καὶ Πατριάρχου, καὶ ἰδῶν γινομένων ἐν τῷ παλλατίῳ. Hunc librum e codice *Iulii Pacii* descripsit, & Graece cum versione sua, notis, & indicibus amplissimis primus edidit *Franciscus Iunius*, latens sub nomine *Nadabi Agmonii*, An. 1588. apud Ioannem Mareschallum (4) Lugdunensem, 8. Postea haec eadem editio additis aliquot pagellis novoque titulo, in quo *Francisci Iunii* nomen, exposita est in Commellini officina 1596. 8. Quamquam *Iacobus Gretserus Iunium* reprehendit: *quod novam editionem non adornarit, & a se pleno sacco sparsos errores non correxerit, adiutus Codicibus Bibliothecae Palatinae, & Raphaelis Seileri exemplari, quod erat apographum Codicis optimi Augustani; nam Codicem olim fuisse in Bibliotheca inclitae Reipublicae Augustanae, testis est* Hieron. Wolfius *praefatione ad* Nicetam, *& ipse* Seilerus, *qui inde Graece descripsit, & Latine vertit, tametsi versionem suam in vulgus exire numquam permisit. Dico olim fuisse, iam enim non est, sed amissus est, ut ante aliquot annos ex Amplissimo Domino* Marco Velsero, *Duumviro Augustano intellexi; nescitur cuius negligentia, vel fraude perierit. Tot ergo subsidiis* (a Frehero, cui An. 1596. librum dicavit) *instructus* Iunius, *praesertim* translatione Seileriana, *debebat* Codinum *a capite ad calcem recognoscere, plurima & gravissima menda emendare, librumque ab erroribus liberum Lectori proponere*. Ab eo tempore nonnulla satis acerbe, ut solet, castigavit, ac reprehendit in *Iunii* versione, & adnotationibus idem *Gretserus* notis ad Tomum secundum Operis de Cruce, Ingolstad 1600. 4. editum p. 577. 587. seq. 599. seq. 606. seq. 609. seq. 613. seq. &c. Idem A. 1602. 8. Ingolstadii edidit notas, & varias lectiones in *Codinum* ex duobus MSS. codd. Bibliothecae Bavaricae, & uno Lautherianae, ad calcem commentariorum *Mureti* in *Aristotelis* Ethica, Oeconomica, *Platonis* de Rep. libros duos, & *Xenophontis* ἀνάβασιν *Cyri*. Deinde eiusdem *Gretseri* facula *Codino* accensa prodiit ibid. 1604. 8. una cum *Mureti* notis ad *Sallustium*, & quinque primores Annalium *Taciti* libros. Denique totum *Codini* opus ad tres illos codices castiga-

(1) *Confer* Allatium de Georgiis *pag.* 361. Hanckium de Bryz *rerum Scriptoribus cap.* 10. Warthonum *appendice ad Historiam literariam* Cavei *ad A. C.* 1461. *&* Petrum Lambecium *in brevi Diss. de* Codini *vita, & scriptis, qui negat se* Curopalatae *nomen in MSS. codicibus sex quos vidit, offendisse, putatque impositum potius ideo, quod de officiis Palatii scripsit, quam quod ipse dignitate* Curopalatae *functus fuerit. Quum tamen nomen hoc* Curopalatae *invenerint* Iunius, *&* Gretserus, *non video quare incredibile videri debeat dignitatem* Curopalatae *gessisse. Quia autem in aliquibus codicibus omittitur, hinc apparet esse nomen dignitatis neutiquam vero proprium, quod non est quaerendum aliud, quam* Codini.

(2) *Pag.* 82. *edit. Lambecii*. Ἐπὶ τούτου (*de Constantino Palaeologo ultimo Imp. loquitur*) ἐγένετο, οἴμοι, ἡ ἅλωσις τῆς αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως παρὰ τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν ἐν ἔτει ,ςϡξά. καὶ ἐγένετο, δορυάλωτος ἡ πρὶν βασιλὶς πασῶν τῶν πόλεων, ὃς καὶ ἀπεκτάνθη παρ' αὐτῶν ἐν τῇ γενομένῃ Χαλάσρᾳ αὐτός τε καὶ πάντες οἱ λογάδες σχεδὸν καὶ ἐκομίσατο τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον, μὴ θελῆσαι προδοῦναι τοῖς ἀνόμοις τὰ βασίλεια, μήτε μὴν θελήσας τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν, δυνατοῦ ὄντος.

(3) *Primum statim caput de Officialibus magnae Ecclesiae*, Goaro *non videtur esse* Codini, *& in duobus Regiis MSS. codicibus, atque in uno eorum quos e Bibl. Bavarica* Gretserus *evolvit, desideratur. Deinde ordo etiam Capitum in diversis codicibus diversus. Vide* Goari *praefat. & notas pag.* 20.

(4) *Francofurti prodiisse hanc editionem scribunt* Hanckius, *&* Warthonus. *Sed puto Heildelbergae potius, licet Francofurtensi Senatui sit ab editore, qui Francofurti ad Moenum illo tempore versabatur, dedicata.*

Digitized by Google

ſtigatum cum nova verſione ſua, & tribus Commentariorum, Obſervationum, & Emendationum libris, & diſſertatione de imaginibus non manufactis *Gretſerus* vulgavit Pariſ. 1625. fol. ex officina Seb. Cramoiſii. Quamquam vero multa recte *Gretſerus* in *Codino* vidit, multa etiam *Meurſiano Gloſſario Graecobarbaro* (1) adiutus potuit rectius interpretari; non minus tamen ſpicilegium, & ipſe ſat amplum *Iacobo Goaro* praebuit, qui in editione *Codini* nova Regia Pariſienſi 1648. fol. Graeca ad duos codices Bibl. Regiae, & tertium Allatianum emendavit, verſionem per ſingulas paginas caſtigavit, novaſque pereruditas notas ſuas in quibus & *Iunius* aliquando (ut p. 76.) vindicatur (2), addidit. Adiunxit etiam ineditos ante, Officialium Eccleſiae, & Aulae Conſtantinopolitanae Catalogos ex MSS. Regiis p. 5. 7. 36. & ex *Mazarinianis Matthaei* Presbyteri Monachi, & Medici [*Μοναχοῦ ἰατροῦ* [3] ϗ *θύτου*] opuſculum verſibus ſcriptum politicis περὶ τῶν ὀφφικίων τοῦ παλλατίου τῆς Κωνσταντινουπόλεως pag. 8. 38. & alterius Anonymi verſibus iambicis p. 40. nec non ex Allatianis p. 9. Praeterea Graece & Latine *Graecorum Epiſcopatuum διατύπωσιν* ante octingentos annos a *Leone Sapiente Imp.* digeſtam, & in *Caroli a S. Paulo* Geographia Eccleſiaſtica pridem editam, ſed per *Goarum* ad alium codicem caſtigatam p. 337. 362. 2) ἀνακεφαλαίωσιν Πατριαρχῶν ϗ συναρίθμησιν τῶν Ἀποστολικῶν θρόνων pag. 363. 381. quam idem *Carolus a S. Paulo* e codice Vaticano dederat. 3] τάξιν προκαθεδρίας τῶν ὑπὸ τὸν Ἀποστολικὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως τελούντων Μητροπολιτῶν ϗ τῶν ὑπ' αὐτοὺς Ἐπισκόπων p. 381. 399. ex editione *Gretſeri* ad *Codini* calcem, p. 113. collata cum MS. Regio, & cum iure Graeco Romano *Freheri* pag. 90. ſeq. 4) Ἔκθεσιν βασιλέως Κυροῦ Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου τοῦ γέροντος, ὅπως νῦν ἔχουσι τάξεως αἱ ὑποκείμεναι μητροπόλεις τῷ Πατριαρχικῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως p. 400. 409. Hanc *Andronici Senioris Palaeologi Imp.* expoſitionem primus ad *Codini* calcem *Iunius*, p. 219. & illius exemplo *Gretſerus* p. 117. ediderat. 5) Ἔκθεσιν νέαν ὅπως νῦν γράφει ὁ Κωνσταντινουπόλεως Πατριάρχης τῷ Πάπᾳ ϗ τοῖς λοιποῖς Πατριάρχαις ϗ Ἀρχιεπισκόποις, ϗ μὴν ϗ τοῖς ϗ Μητροπολίταις ϗ τοῖς κοσμικὰς ἀρχὰς διιθύνουσιν. *Expoſitionem novam, quomodo Conſtantinopolitanus Patriarcha ad Papam, reliquos Patriarchas & Archiepiſcopos, ſed & Metropolitanos, cunctoſque ſaeculares dignitates moderantes nunc ſcribat.* p. 410. 419. 6) *Parthenii* Patriarchae Conſtantinopol. Epiſtolam formatam, qua proſequutus eſt Philippum de Harlay Comitem de Ceſy, legatione functum Regis Chriſtianiſſimi ad Turcarum Imp., & *Vrbani* VIII. Papae Romani Epiſtolam ad eumdem Harlaeum p. 420. ſeq. Vt ad *Codini* librum revertar, illius MSS. codices praeter eos quos iam laudavi etiam Vaticanum, Scoriacenſem, & Sfortianum memorat *Allatius de Georgiis* p. 362. notatque ſtilo incomto ac barbaro, & qui ea aetate in populi plebiſque uſu erat ſcripſiſſe: *Praeter enim*, inquit, *rerum ac nominum difficilem intelligentiam, ſaepe etiam ipſe modo loquendi agreſti, & duro ſententiam obturbat, & obcoecat, quem etiam exſcriptorum errata, dictioneſque externae loco propriarum, doctorum incuria intruſae reddunt obſcuriorem. Pleraque ex Cantacuzeno, aliiſque recentioribus Hiſtoricis prope verbatim exſcripſit, ut inter alios adnotarunt* Pontanus (4) & *Gretſerus*.

II. Παρεκβολαὶ ἐκ τῆς βίβλου τοῦ χρονικοῦ περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως. *Excerpta ex libro Chronico de Originib. Conſtantinopolit.* Librum Chronicum intellige *Heſychii* illuſtris, de quo dixi ſupra pag. 241. ubi & de variis huius libri editionibus, ex illo enim pleraque verbotenus *Codinus* expreſſit, ceteris ut *Lambecio* notatum additis e *Glycae* Annalibus, Chronico Alexandrino, & alio hactenus non edito *Iulii Pollucis*, Chriſtiani Scriptoris, qui antiquo illo *Polluce*, cuius Onomaſticon Commodo Imp. dedicatum habemus, aliquot ſaeculis eſt recentior. Prodiere hae *Codini* παρεκβολαὶ primum cum *Georgii Douſae, Iani F.* verſione Heildelbergae apud Commelium 1596. 8. & additis *Io. Meurſii* notis Genev. 1607. 8. denique cum verſione, & eruditis notis *Petri Lambecii* Pariſ. e typographia Regia 1655. fol. Hic *Lambecius* longe locupletiſſimam *Codinianorum* excerptorum editionem dedit, in qua longe plura Graece & Latine exhibentur, collatis codicibus MSS. compluribus, duobus Holſtenianis, quorum unum *Holſtenius Lambecii* avunculus a *Peireſcio* acceperat, alterum e Vaticano codice deſcripſerat, tertio *Iſ. Voſſii* ex codice Britannico, quarto *Iac. Sirmondi*, quinto Regio Pariſ. & ſexto denique Romano e Bibl. Vallicellana. Inde in Lambeciana editione poſt illa de Originibus Conſtantinopolit. ſequuntur περὶ τῆς σχηματογραφίας Κωνσταντινουπόλεως, *de forma, & ambitu urbis Conſtantinopolitanae.* p. 11. Περὶ Ἀδιαβηνῆς *De Adiabene* regione Aſiae ultra Tigridem fluvium, in qua Naphtha provenit. p. 13. Περὶ ἀγαλμάτων, στηλῶν, καὶ θεαμάτων τῆς Κωνσταντινουπόλεως, *De ſignis, ſtatuis* (5) & *aliis ſpectatu dignis Conſtantinop. ibid.* Quae in Lambeciana editione leguntur pag. 19. B. a verbis Εὐφημίας τῆς γυναικὸς uſque ad p. 21. D. τοῦ πραιτώτου, ea Graece e codice Bavarico vulgaverat *Gretſerus* lib. 3. Obſervationum ad *Codinum de Officiis* cap. 19. quemadmodum & illa, quae pag. 23. B. a verbis περὶ τοῦ κίονος τοῦ φόρου uſque ad verba pag. 28. C. τὸ αἰδοῖον φανῆναι μοιχευθείσης. Ceterum quae de ſignis, ſive ſimulacris Gentilium *Codinus* hic narrat, deſumſit e *Phornuto* & *Io. Lydii* Philadelphienſis libro necdum edito de Menſibus, e quo *Suidas* etiam, ut *Lambecio* obſervatum, eadem hauſit. Reliqua de ſtatuis, & rebus in urbe ſpectatu dignis, ad verbum fere deſcripſit ex Anonymi collectaneis Antiquitatum Conſtantinopolit. quibus titulus παρεκβάσεις σύντομοι χρονικαὶ, quas primus e codice Regis Galliae *Lambecius* cum notis ſuis ad calcem *Codini* pag. 85. 105. vulgavit Graece, obſervatque excerptas eſſe e *Theodoro Lectore, Papia, Euſebio, Socrate, Marcello* Lectore, & compluribus aliis Scriptoribus. Anonymi collectanea eadem longe emendatius ab illo tempore Graece & Latine cum verſione ſua, & notis dedit *Franc. Combefiſius* in faſciculo rerum Conſtantinopolitarum, ad calcem *Allatii de Simeonibus*, Pariſ. 1664. 4. Quumque *Lambecium* in notis illis non raro perſtringat, *Lambecius* ei reſpondere voluit in nova, quam pollicitus eſt *Codini* editione, quam ſupplemento corporis Hiſt. Byzantinae ex Biblioth. Caeſarea potiſſimum inſtruendo inſerere voluit. Vide lib. 3. commentar. de Bibl. Vindobon. p. 126. Sed illud ſupplementum numquam lucem vidit. Sequitur in prima illa, & ultima Lambeciana *Codini* editione eiuſdem Scriptoris περὶ κτισμάτων τῆς Κωνσταντινουπόλεως, *de Templis, Monaſteriis, & aliis aedificiis Conſtantinopolit.* pag. 37. 64. & περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας, *De ſtructura Templi S. Sophiae, & SS. Apoſtolorum* pag. 64. 74. quae pars etiam in Georgii Douſae editione legitur, ac denique περὶ τῶν ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἐτῶν μέχρι τῆς βασιλείας τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ περὶ τῶν βασιλευσάντων ἐν αὐτῇ τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν ταύτης ἁλώσεως. *De annis ab orbe condito uſque ad Imperium Conſtantini Magni, & de iis, qui a Conſtantino Magno, in ipſa urbium regina regnarunt, uſque dum ab Agarenis* (A. C. 1453.) *capta eſt* pag. 75. 83.

(1) Goarus *in praefat.* Quam infeliciter *Iunius* in elucidanda verborum, quibus uſus eſt *Codinus*, obſcuritate deſudaverit, *Meurſii* in pluribus locis demonſtrat emendatio, & inſtituta per *Gretſerum* verſio, ac in amplis diſertiſque commentariis eiuſdem *Codini* illuſtratio; ſed quum ea, qua *Gretſerus* aetate vivebat, voces illae neotericae Graeciae nondum in occiduas partes eſſent adlatae, propterea venia dignus eſt vir ſane de re literaria bene meritus -- Non enim ille ſolus eſt, qui ad ſcopulos, quos *Meurſii Gloſſarium* ex potiori parte ὁλοβάρβαρον exponit, adlidat: Is enim quum germanam Graecarum, ac vulgarium vocum mentem non ſit adſequutus, ſequacibus foveam fecit, in quam ipſe prior lapſus, niſi a recentioris Graecanicae linguae bene perito corrigatur, illuſtretur, ac infinitis propemodum, quae poſſent addi, dictionibus (*uti a* Cangio *poſtea feliciter, & docte praeſtitum eſt*) augeatur facilem adhuc ſequuturis praebebit lapſus occaſionem.

(2) *Non pauca etiam, quae pro* Iunio *ſocero ſuo poſſit reponere, habere ſe profeſſus eſt* Voſſius *lib.* III. *de Hiſtoricis Graecis pag.* 368. *teſtatus inſuper praef. ad libros de Hiſtoricis Latinis* Iunium *novam fuiſſe molitum* Codini *editionem ſolo typographi conſilio ſuppreſſam, in qua magnam partem erepturus fuiſſet* Gretſero *occaſionis ita in eum debacchandi.*

(3) *In MS. Vindobonenſi triginta verſibus auctiore pro* ἰατροῦ *legitur* οἰκτροῦ. *Vide* Lambecium III. *p.* 469. Θύτης *vero eſt hieromonachus.* Matthaeum *hunc poſt* Alexii Angeli *tempora ſcripſiſſe notat* Hanckius II. 8. *p.* 680. *de Scriptoribus Byz. Fortaſſe is haud diverſus a* Matthaeo Blaſtare.

(4) Iac. Pontanus *ad* Cantacuzeni *lib.* I. *cap.* 41. *p.* 991. Gretſerus *ad* Codinum III. 12. *pag.* 270. *edit. Cramoiſianae.*

(5) *Pleraque huius partis vulgaverat etiam* G. Douſa.

F I N I S.

THEO-

Digitized by Google

THEODORI METOCHITAE HISTORIAE ROMANAE

A IVLIO CAESARE AD CONSTANTINVM MAGNVM

LIBER SINGVLARIS.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMIS, POTENTISSIMISQVE DOMINIS,

ORDINIBVS

HOLLANDIAE ET WESTFRISIAE,

IOANNES MEVRSIVS
Dedico, Consecroque.

Illustrissimi, ac Potentiss. Domini,

Illud mihi quam indignissimum semper visum ingenio liberali, ignavo atque ignobili otio vitam traducere; & praeclare a Philosopho quodam dictum: Temporis iacturam unam omnium esse maximam. *Quam divinam plane sententiam utinam inertes isti, & ignavi, inutilia terrae pondera, serio sibi ob oculos ponerent. Nam quis pudor est, opibus omnes inhiare, easque omnino primas putare; tempori vero nullum sane pretium ponere. Quum tamen ereptae illae, aut amissae, reddi aliquando possint; istud autem, ubi elapsum est, nemo restituere sibi, aut redimere, ullo modo umquam queat, ne si omnibus universi terrarum orbis divitiis velit. Enimvero si avaro esse libebat, temporis certe avarum esse oportebat; haec avaritia est honesta, & laudem habet. Improbe nimis olim Galba;* Nulli rationem otii sui reddendam. *Rectius Draconis leges otioso, & ignavo, mortis paenam inrogabant. Et Soloni item placuit, uti curia Areopagi sedulo inquireret, quo quis modo vitam suam instituere, toleraretque. Nota etiam Scipionis, viri illius multo maximi, vox praeclara, qua dicebat;* Non se minus otiosum umquam esse, quam quum etiam otium ageret. *Alexander Macedo,* μηδὲν ἀναβαλλόμενος, *ut inquiebat, orbem sibi totum subiecit, & cognomen Magni accepit. Iam vero quid est homo ignavus? si verum illi nomen dabimus, belluo, & gurges aetatis suae: sive, ut Themistocles recte inquiebat,* Vivum sui ipsius sepulcrum. *Quid ignavo vita, aut mundus? Nil profecto. Quippe & hunc, & istam, pariter nihili facit, perditque ad libitum. Quid deinde anima illi, quidve corpus; quid tot rationis dotes, & ingenii, liberaliter a benigno Deo datae, ad suum proximique usum, & sanctificationem nominis divini? AEstimat haec? nihil minus. Immo ne adgnoscit quidem; aut, si adgnoscit, vili pendit. Illudit Deo, & tantum non beneficia, adeo male collocata, facto exprobat. Nam quid aliud est dicendum? non uti donis tam praeclaris. Quorum pretium etsi summum, auget tamen illud maiestas dantis Dei, & cum ista comparata nostra vilitas, atque indignitas. At quam multa incitamenta, ne ignavi esse possemus, posuit Deus? spiritus iste, ignavissimo corpori inclusus, agitatione perpetua vegetat illud, nescius quietis, etiam nobis dormientibus. Exhortatur suo exemplo ad actionem, interdiu, noctu, sine intermissione. Videant terram, quam inhabitant, quamque inutili suo pondere illi premunt, quo se quumque circumtulerint, incitamentum ad laborem adparebit. Videant mare; & illud se perpetuo motu, numquam fatigatum, exercet. Videant, quod supra caput est, caelum; circumvolvitur sine quiete. Videant solem, numquam non in cursu suo est, &, quum etiam ad metam venerit, carceres repetit, semper novus, semper alacer: illustrans terrans, ut luceat ignavis, ostendatque actiones, quibus ipsos occupari aequum esset. Sic nimirum ad laborem, & diligentiam, omnia invitant. Illud reputans, ex quo rationis capax per aetatem esse coepi, postquam ad litterarum studia animum meum adplicuissem, hancque mihi palaestram vitae bonus Deus* adsi-

assignasse videretur, dandam sane operam censui, ut me hic sedulo exercerem, ac legendo, scribendoque, quod Varro ait, vitam procuderem: deinde etiam Academiae illius vestrae celeberrimae, ex quo inter Professores eius accenseri cepi, quantum in me, famam atque honorem tuerer. Qua in re quam gnavus fuerim, viris hodie doctis notum, neque id praedicare meum est. Et nunc etiam testem profero, Theodorum Metochiten, virum doctrina, & dignitate, apud Imperatorem suum, quum fortuna benignior esset, pariter maximum. Historiae eius est, quam exhibeo; Caesares omnes Romanorum a Iulio ad Constantinum Magnum repraesentans. Breviter tantum illos perstringit, ut videatur introductionem potius istam esse voluisse ad alterum Opus, valde egregium, de Constantinopolitanis Imperatoribus; quod, a Constantino Magno incboatum, ad Ioannem Comnenum deducit: qui Imperium suscepit Anno Christi cIↃ. C. XVIII. *Verumtamen, ut brevitatem compensaret, Theologica etiam multa per digressionem inseruit, de nato, & passo, Servatore; quaeque circa rem utramque a Theologis antiquis Graecis observata: ubi quantum etiam in Theologia promovisset, sat ostendit. Vobis autem hunc Auctorem, mea opera in lucem editum, & Latina lingua loquentem, consecrare mibi visum; qui prona in doctos voluntate, studiisque excitandis, ac promovendis, benevolentia inusitata, laudem omnem longe supergressi estis. Et me spes non parva tenet, illam vestram benignitatem, qua virorum litteratorum lucubrationes excipere soletis, mihi etiam nullo modo defuturam. Atque hic finiam,*

Illustrissimi, & Potentissimi Domini,

Deum Opt. Max. venerans, ut Vobis, consiliisque vestris, benedicat, ad nominis sui sanctissimi gloriam, & Reip. vestrae salutem. Lugduni Bat. III. *Kal. Augusti Anno* cIↃ. IↃ. C. XVIII.

DE THEODORO METOCHITA

PRAELOQVIUM AD LECTOREM.

Ecce tibi Theodori Metochitae Historiam Romanam, benigne Lector. Vixit, floruitque, annis abhinc plus ccc. Magnum autem Auctoris huius ingenium fuit; ac dotes animi, corporisque, singulares. Statura erat procera admodum, membrisque pulcre, & proportione iusta, inter se aptatis; oculorum deinde hilaritate per quam insigni: ita ut omnium in se oculos facile traheret. Facundia porro naturali, laborum tolerantia, & memoriae excellentia, eruditionem summam omnino consequutus erat. Si quis nova, aut vetera, quaereret, ita omnia enarrabat, quasi e libro recitaret: neque in colloquiis eius libris ullis opus erat, quippe qui ipse viva quaedam Bibliotheca, & eorum, quae scire velles, oraculum esset. Nicephorus Gregoras lib. VII. Τοῦτον τοίνυν οὕτω πολλῆς ἀπολαύοντα τῆς βασιλικῆς εὐμενείας, Θεοδώρῳ (Μετοχίτῃ) τῷ λογοθέτῃ γαμβρὸν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ θυγατρὶ παρέσχετο, χαριζόμενος δι' ἃ ἐπλούτει καλὰ κἀγαθά. σώματος γὰρ μεγέθει, καὶ μελῶν καὶ μερῶν συμμετρίᾳ, καὶ ὀφθαλμῶν ἱλαρότητι, πάντας εἷλκε πρὸς ἑαυτὸν ὀφθαλμούς. φύσεως δ' εὐμοιρίᾳ πρὸς λόγους, καὶ καρτερίᾳ πρὸς πόνους, καὶ μνήμης ὑγιείᾳ, καὶ καθαρότητι, σοφίας ἁπάσης ἐς τὸ ἀκρότατον ἤλασεν. οὕτως εὔπορος ἦν ἅπαντα τοῖς ζητοῦσι παλαιά τε καὶ νέα προφέρειν, ὡς ἐκ βιβλίου τῆς γλώττης, ὥστε μικρὰ, ἢ οὐδὲν, ἔδει βιβλίων τοὺς ὁμιλοῦσι. βιβλιοθήκη μὲν γὰρ ἦν ἔμψυχος οὗτος, καὶ τῶν ζητουμένων πρόχειρος εὐπορία. οὕτω πάντας μακρῷ παρέδραμεν, ὅσοι ποτὲ λόγον ἥψαντο. Libros scripsit numero multos, & mirandum in viro est indefessum plane ingenium, quod neque rebus, neque studiis, fessum succumberet. In utrisque certe summa dexteritate versabatur; & a mane ad vesperam in palatio res Imperii ea cura, ac diligentia, administrabat, quasi a litteris prorsus alienus fuisset: vespere autem, a palatii rebus vacuus, adeo totus in studiis erat, quasi nihil cum Imperio negotii esset. Gregoras loco citato. Ἔξεστι δὲ καὶ πᾶσι τοῖς βουλομένοις τεκμηριοῦσθαι τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐν τοῖς λόγοις δύναμιν, ἐξ ὧν συνετετάχει πολλῶν τε, καὶ πολλῆς καὶ ποικίλης γεμόντων τῆς ὠφελείας βιβλίων. ὃ δὲ πάντων μᾶλλον θαυμάζειν ἔχοι τις ἂν τοῦ ἀνδρὸς, ὅτι τοσούτου πρὸς τῶν κοινῶν πραγμάτων θορύβου καὶ κλύδωνος ἐπικειμένου, καὶ φροντίδων ἄλλοτε ἄλλων ἐπικλυζόντων αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, οὐδὲν ἦν, ὃ τοῦ ἀναγινώσκειν καὶ γράφειν ἀπησχόλησε πώποτε. ἀλλ' οὕτως εἶχε πρὸς ἄμφω δεξιῶς, ὥστ' ἐκ πρωΐας μὲν ἐς ἑσπέραν ἐν βασιλείοις τὰ κοινὰ διοικῶν ἦν, οὕτως ὁλοχερῶς καὶ ξὺν γε πολ-

λῇ καὶ ζεύσῃ τῇ προθυμίᾳ, ὥσπερ ἂν εἰ τῶν λόγων ἔξω παντάπασιν ἐτύγχανεν. ὀψὲ δ' αὖθις ἐκεῖθεν ἀπαλλαττόμενος, οὕτως ὅλος τῶν λόγων ἐγίγνετο, ὥσπερ ἂν εἰ σχολαστικός τις ἦν, καὶ τῶν πραγμάτων παντάπασιν ἐκτός. In primis vero in Astronomicis excellebat. Gregoras de eodem lib. VIII. Καὶ ἀστρονομικὴν ἐπιστήμην μόνος κατὰ τοὺς δὲ τοὺς χρόνους εἰδὼν ἐς τὸ ἀκρότατον. Ioannes Cantacuzenus lib. I. cap. XI. *Id ipsum & magnus Logotheta Metochites praestitit, qui tum domum Imperatoriam, sive aulam, regebat; vir alioqui solers, & non Christianis modo, sed externis etiam litteris politissimus. Etenim quum Astronomiae principia a quodam Bryennio minuta, & imperfecta, accepisset; ipse in eo studio accuratissima diligentia sua tantos processus fecit, ut deinde quoque permulti in eadem scientia ipso praeceptore progressus eximios adepti sint.* Neque vero vir ingenio, & doctrina, tam praeclarus in Imperio inglorius vixit; quin tam magna apud Imperatorem gratia valuit, ut rerum in aula fere omnium potens esset, credente ei arcana quaevis Imperatore Andronico Palaeologo seniore. Gregoras lib. VII. Ἦν γε μὴν τηνικαῦτα τῷ βασιλεῖ παραδυναστεύων, καὶ πᾶσαν κατάστασιν ὅλοις μεσιτεύων τοῖς πράγμασιν, ὁ Μετοχίτης Θεόδωρος, Λογοθέτης ὢν τηνικαῦτα τοῦ γενικοῦ. Τοσοῦτον δ' αὐτῷ προσετετήκει, καὶ οὕτως ὁ βασιλεὺς αὐτοῦ γε ἐξήρτητο, ὥστ' οὐδὲν ἦν αὐτῷ μικρὸν ἢ μέγα τῶν πάντων ἀπόῤῥητον πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ πάντ' ἐποίει βουλομένου καὶ τούτου. καὶ αὖθις οὐδὲν, ὃ μὴ τούτου πρὸς βουλήσεως ἦν. Immo tanti eum Imperator dictus fecit, ut filiae eius maritum daret Ioannem, ex Porphyrogenneta fratre nepotem unigenitum, Panhypersebasti dignitate ornatum, & insignibus dignitatis multo quam pridem maioribus auctum, nempe vestibus, calceisque, & equi phaleris amplioribus, qualibus ipse uteretur. Gregoras loco citato. Ἤδη δὲ καὶ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ τὸν ἀδελφιδοῦν τούτῳ παρέσχετο, Ἰωάννην φημὶ τὸν μονογενῆ τοῦ Πορφυρογεννήτου υἱόν. ὃν δὴ ζῶντος μὲν αὐτῷ τοῦ πατρὸς ἀπεστρέφετο, δι' ἔχθος τὸ πρὸς ἐκεῖνον. ἐκείνου δ' ἀπαλλάξαντος, ἐδέξατό τε, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα ἔστεργεν, ἄρτι τὸν ἔφηβον παραλλάττοντα. ἐτετιμήκει δ' αὐτὸν εὐθὺς καὶ τῷ τοῦ πανυπερσεβάστου ἀξιώματι, ὃ νῦν καὶ αὐτὸ, διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν στοργὴν. ἐνδοξότερον ἢ πρότερον εἶχε, πολλῷ κατεστήσατο. ἐνδύμασι γὰρ, καὶ πεδίλοις αὐτοῦ, καὶ ὅσα τὸν ἵππον τούτου κοσμεῖ, κιῤῥοῖς τοῖς ἅπασι χρῆσθαι κεχάρισται, ἵν' ᾖ διασημότατος ἐν τοῖς περὶ τὸν βασιλέα εὐγενέσι. Attingit etiam Cantacuzenus lib. I. cap. XLIII. *Porphyrogenitus Ioannem habuit unigenam, cui Metochites, magnus Logotheta, Irenen filiam matrimonio coniunxit. Eumdem Imperator patruus Panhypersebasti dignitate cohonestaverat.* Certe charum Imperatori eum fuisse ob virtutes, quas iam dixi, etiam Cantacuzenus ait, libro citato, cap. XI. *Magnus Logotheta* [*Theodorus Metochites*] *quum propter intelligentiam, atque doctrinam liberalem, & in negotiis obeundis dexteritatem, ab Imperatore familiariter admodum diligeretur, ausus est & ipse de Nepote illum admonere.* Ac dignitatibus variis omnino functus est, & per gradus quasi quosdam ad culmen adscendit. Initio quidem Archidiaconum fuisse invenio cleri Imperatoris, & cum Meliteniota, ac Ioanne Becco Patriarcha, Imperatoris actiones omnes rexisse. Observo, ecce, apud Gregoram lib. V. Δι' ἃ δὴ καὶ ἐπὶ τὸν πατριαρχικὸν ἀναβεβηκὼς θρόνον, πάντα ἦν αὐτὸς τῷ βασιλεῖ, καὶ γλῶττα, καὶ χεὶρ, καὶ κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου, καὶ λέγων, καὶ γράφων, καὶ δογματίζων, ἔχων συνεργοὺς καὶ συλλήπτορας τοῦ ἀγῶνος, τόν τε Μελιτηνιώτην, καὶ τὸν Μετοχίτην, ἀρχιδιακόνους ὄντας τοῦ βασιλικοῦ κλήρου. Inde cursus publici Logotheta factus, ad Italiae Regem, (ita Romanum Imperatorem per contemtum adpellabant Byzantini) legatus mittitur. Gregoras lib. VI. Ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ τῆς Ἰταλίας ῥηγὸς παραθεωρεῖται πρεσβεία, διὰ τὰ ὑπὲρ τὸ προσῆκον ζητήματα, ἐκλήγονται λοιπὸν εἰς πρεσβείαν οἱ κρείττους τῶν τηνικαῦτα σοφῶν, ὅ τε Μετοχίτης Θεόδωρος, καὶ ὁ Γλυκὺς Ἰωάννης. ὁ μὲν Λογοθέτης ὢν τηνικαῦτα τῶν οἰκιακῶν, ὁ δὲ Λογοθέτης τοῦ δρόμου. Postea aerario generali Logotheta est praefectus. Gregoras lib. VII. Ἦν γε τηνικαῦτα τῷ μὲν βασιλεῖ παραδυναστεύων, καὶ πᾶσαν κατάστασιν ὅλοις μεσιτεύων τοῖς πράγμασιν, ὁ Μετοχίτης Θεόδωρος, Λογοθέτης ὢν τηνικαῦτα τοῦ γενικοῦ. Postremo magnus Logotheta est electus, quae profecto maxima dignitas in Imperio Constantinopolitano erat. Codinus de Offic. Aulae Constantinopol. Τὸν οὖν Θεόδωρον τὸν Μετοχίτην, Λογοθέτην ὄντα τοῦ γενικοῦ, ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος τῶν Παλαιολόγων ὁ πρῶτος τιμήσας μέγαν Λογοθέτην πεποίηκε. Gregoras de eo lib. VIII. Τῆς μὲν γὰρ τοῦ μεγάλου Λογοθέτου ὁμιλίας [τετίμετο γὰρ ἤδη καὶ τῷ τοιούτῳ πρὸς τοῦ βασιλέως ἀξιώματι.] ἐπείπερ ἀκροατὴς ἐγενόμην αὐτοῦ, &c. Iterum lib. IX. Ὁ μέντοι μέγας Λογοθέτης Μετοχίτης, ὁρῶν στρεφομένην ἀνωμάλως τὴν τύχην κατὰ τοῦ γηραιοῦ βασιλέως, καὶ κατορχουμένην οὕτω τὰ πράγματα, ἐδεδίει ἐπὶ ἑαυτῷ μάλιστα πάντων αὐτός. Et pluries apud illum Auctorem eo titulo commemoratur. Praeter doctrinam, ac dignitatem, etiam pietatem eius animadvertere istinc licet, quod monasterium Chorae, vetustate iam collapsum, restauraverit. Gregoras docet lib. VIII. Ἀφ' οὗ γὰρ ἐπὶ πλέονος ποιησάμενον ἐμὲ κατὰ τὴν αὐτῷ νεουργηθεῖσαν μονὴν τῆς Χώρας φέρων κατῴκισε, πολλὴν ἔπειτα τὴν στοργὴν ἐδείκνυε πρὸς ἐμέ. Iterum lib. IX. Κατέλυσε δ' (ὁ Μετοχίτης) ἀπέναντι καὶ πλησίον παρὰ τῇ ἱερᾷ δηλαδὴ μονῇ τῆς Χώρας, ἣν πολλοῖς αὐτὸς ἀναλώμασιν ἀνεκαίνισε πρότερον, τοῖς ὀδοῦσι τοῦ χρόνου δεινῶς κοπτομένην ἰδών. Et Phranzes lib. I. cap. XI. *Monasterium Christi vitae datoris, quod Chora nominatur, partim renovavit, partim exstruxit.* Vt sunt autem res humanae valde incertae, ita neque Fortunae ipse ludibrium evadere potuit; & cum Becco, ac Meliteniote, in maritimum Bithyniae oppidum ab Andronico iuniore, rerum potito, relegatus fuit. Gregoras lib. VI. Ὁ Βέκκος ἀπεῖπεν ἀνακεκαλυμμένῃ τῇ γλώττῃ τὴν ἕνωσιν. ταῦτ' ἄρα καὶ ὑπερορίας αὖθις ἔς τι πολίχνιον τῶν περὶ Βιθυνίαν παραλίων πέμπεται ἅμα τοῖς ἀμφ' αὐτῷ. Μελιτηνιώτης δ' ἦσαν οὗτοι, καὶ Μετοχίτης. Quin aedes quoque eius dirutae, & opes direptae; non eae tantum, quae in aedibus repertae; sed quae etiam apud amicos occultatae. Itaque subito una cum liberis ad egestatem summam redactus est, qui paullo ante post Imperatorem felicissimus habebatur; &, plurimis annis fortuna usus benignissima, uno die in summam calamitatem incidit. Gregoras lib. IX. Ἦν δὲ ἕωθεν ἐς ἑσπέραν ἰδεῖν τὴν ἡμέραν ἐκείνην κενωθέντα τὸν ὄλβον ἅπαντα τῶν οἴκων τῶν λαμπροτάτων,

Digitized by Google

autem ecce ista; tumor uteri, eiusque ferendi tempus itidem novimestre, usitatus infantis exitus, nutrimentum a lacte acceptum, corporisque a pusilla ad convenientem staturam incrementum. Nam, ut B. Paulus ait, omnia nostra, praeter peccatum, est expertus. E contrario divina erant; sine semine conceptio, partus inopinatus, & nativitas impolluta. Atque hoc est illud, quod Gregorius Theologus dixit; *Naturae leges dissolvuntur*. Quippe castissima, praeter cetera, sine dolore, qualem pati matres solent, Christum enixa est. Et, ut Damascenus inquit. *Ubi voluptas non praecessit, ibi dolorem nullum sequi est conveniens*. Quod vero modo inusitato partus fuerit, Dionysius Areopagita etiam ostendit, quum ita de ipso Christo dicit. *Quod humano more essentiam acceperit, id ex sacris litteris cognoscimus: illud vero ignoramus, quo nam modo e virginis sanguine, ratione a natura aliena, sit creatus*. Recte itaque magnus Athanasius dixit: *Peperisse, neque tamen lectum expertam*. Nam si hoc non esset, non illa ipsa peperisset, infantemque fasciis involutum in praesepe reposuisset. Atque hunc in modum Divini Patres, iam a nobis commemorati, exposuerunt dictum istud Evangelicum: *Nec cognovit ipsum, usque dum peperisset filium primogenitum*. At vero Pauliciani, Manentis heredes dictum hoc pro suo libitu excipientes, Immaculatam Domini Matrem, post Servatoris nostri partum, etiam alios Iosepho liberos peperisse dicunt. Natus est igitur Dominus noster Iesus Christus, Magique e Perside excitantur, novoque plane sidere viso ad adorandum iter instituunt, stella illa antecedente, & viam quasi commostrante. Hic, dilecte, animum adverte; nam dissensus non exiguus inter sanctos viros exsistit super adoratione Magorum. Primum enim magnus Epiphanius in Panario bimum, & in domo quadam, adoratum a Magis fuisse Christum dicit. Quandoquidem enim conspectum in terra Magorum sidus Domini nostri Nativitatem secundum carnem indicabat, neque Magos Ierosolymam exiguo tempore perducere potuit. Eapropter etiam Herodes infantes bimos occidere iussit, pro ratione nimirum temporis, quod exacte a Magis edoctus, observaverat. Hinc est, quod vir ille divinus, de quo dixi, Christum bimum adoratum a Magis tradit. Sed non ita Ioannes Chrysostomus, neque enim, simul natus Christus esset, Stellam illam magis visam fuisse ait. Verum, age, audi ipsa eius verba in explicatione Matthaei: *Stellae multo ante Nativitatem adparuit Magis, ut in fasciis Christum adorarent: multum enim in via temporis consumturi illi erant, & dimensus est Deus tempus, quod in iter impendendum ipsis esset*. Atque ita ex ipsius sententia antea iis Stellam ostendit, ut hoc modo deprehensum adhuc in fasciis Christum venerarentur. Verum magnus quoque Athanasius, & ipse Ioannes Damascenus, quum in spelunca adoratum a Magis Christum

1 Ἄσπηλον) Scrib. ἄσπιλον.

2 Ἀστὴρ) Scrib. ἀνήρ. Intelligit Epiphanium, quem paulo ante citavit.

Digitized by Google

ſtum eſſe dicunt, hanc Chryſoſtomi explicationem omnino confirmant. Non me latet autem, o care, te de reliquis quoque quibusdam huius Stellae vehementer dubitare, ut de motu inopinato, ſtatione, occultatione, deſcenſu ex alto, aliiſque, ut breviter dicam, iſtiuſmodi. Verum ne quid ultra dubita; erat quippe Stella iſta non de earum numero cenſenda, quas in ipſo Mundi initio Deus in firmamento poſuit; ſed potentia inviſibilis, in hanc ſpeciem transformata, ut Chryſoſtomus teſtatur; nam in tam inopinata nativitate Stellam item inopinatam indicem, & praenuntiam, eſſe oportebat, ut diviniſſimus Cyrillus ait. Abſque eo enim non tam ſplendida fuiſſet, nec, vel medio etiam die, Solis radios ſuperaſſet, abſque eo minime perſuaſiſſet Magis, uti domo excitati tam magnum iter inſtituerent; neque eos modo adeo admirabili Ieroſolymam perduxiſſet, neve de ſublimi deſcendens ſupra locum, in quo natus Infans erat, conſtitiſſet; conſpicue poſtea temporis deſiiſſet. Poſtquam enim eius ductu ad Chriſtum venerant, certa illum fide amplexi, non iam amplius manuductione tali opus habebant; ideoque per quietem divinitus moniti, in patriam ſuam alia via ſunt regreſſi. Ad haec, dilecte, forſitan Theophylacti, Bulgariae Archiepiſcopi, expoſitionem produces, & hinc probare adniteris, in domo quadam, non ſpelunca, Chriſti adorationem a Magis factam. Nam vir ille divinus per occaſionem verborum in Matthaei Evangelio, quae de Magis ita habent: *Ac quum in domum ingreſſi eſſent, viderunt puerum cum Maria matre ſua*; conſentaneum fuiſſe dicit, poſtquam natus fuerit Dominus, & in Praeſepi reclinatus, domum aliquam inventam fuiſſe, in qua Magi adoraverint. Et vir quidem ille, iam commemoratus, aperte dicere videtur, non in ſpelunca, in qua poſitum Praeſepe erat, viſum a Magis Chriſtum fuiſſe. Sed linguae aureae vir, Chryſoſtomus, quae de domo, aut Praeſepi, ita conciliat: *Simul peperiſſet*, inquiens, *eum illic reclinavit; nam quum multi cenſus cauſa conveniſſent, domum invenire non erant*. Quin & diviniſſimum Lucam citat, illud ipſum innuentem iſtis verbi: *Quia locus in diverſorio nullus erat, in Praeſepi eum poſuit; poſtea ſuſtulit, & in genibus collocavit*. Et in Evangelium Matthaei Homilia VI. de Magis ita dicit: *Ecquod regni ſignum viſum eſt, quum tugurium, Praeſepe, faſciis involutum infantem, matremque inopem conſpicarentur?* Et mox: *Quonam modo, cedo, Stella locum Praeſepis, & tugurii, adeo anguſtum indicabat, niſi de ſublimi deſcendit, ſupraque pueri caput ſtetit?* Deinde: *Vbi iam eos tamquam manu ad praeſepe adduxiſſet, non iam amplius per Stellam, ſed per Angelum, ipſis loquitur*. Rurſum Homilia octava ita de Magis verba facit: *Sed quid erat, quod adorationem illis perſuadebat? ne-*

σκυνηθῆναι τὸν Χριστὸν, τὴν τοῦ χρυσοῤῥήμονος ἐπιβεβαιῶσι πάντως ἐξήγησιν. οἶδα δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῖς λοιποῖς τοῦ τοιούτου ἀστέρος οὐ μικρῶς ἀμφιβάλλης, τῇ παραδόξῳ τε κινήσει, τῇ στάσει, τῇ ἀποκρυβῇ, τῇ ἀφ' ὕψους συγκαταβάσει. καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς τοιούτοις. ἀλλὰ μὴ ἐπὶ πλέον ἀμφίβαλλε. οὐδὲ γὰρ ὁ τοιοῦτος ἀστὴρ εἷς ἐτύγχανε τῶν πολλῶν, οὓς ὁ Θεὸς ἐν τῷ στερεώματι κατ' ἀρχὰς ἔθετο. ἀλλὰ δύναμίς τις ἀόρατος ἦν, εἰς ταύτην μετασχηματισθεῖσα τὴν ὄψιν, ὡς ὁ χρυσοῤῥήμων Ἰωάννης φησίν. ἔδει καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ παραδόξῳ τοιαύτῃ γεννέσει καὶ παράδοξον ἀστέρα γενέσθαι μηνυτὴν, καὶ προάγγελον, ὡς ὁ θειότατός φησι Κύριλλος. εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἐπὶ τοσοῦτον ἔφαινεν, οὐκ ἂν ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ τὰς ἡλιακὰς ἀκτίας 1 ὑπερηκόντιζεν. εἰ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ἔπεισε τοὺς μάγους ἐκεῖθεν ἐγερθῆναι, καὶ τοσαύτην ὁδὸν στείλασθαι. οὐκ ἂν οὕτω θαυμασίως εἰς Ἱεροσόλυμα ἤγαγεν. οὐκ ἂν ἐξ ὕψους συγκαταβὰς, ἐπάνω τοῦ τεχθέντος ἔστη παιδίου. οὐκ ἂν ἄφαντος μετὰ ταῦτα ἐγένετο. ἐπειδὴ γὰρ ὁδηγούμενοι παρ' αὐτοῦ προσεληλύθασι τῷ Χριστῷ, καὶ τῇ κατ' αὐτὸν ἀπλανεῖ πίστει γεγόνασι κάτοχοι, χειραγωγίας οὐκ ἔστι 2 τοιαύτης ἐδέοντο. ἔνθέν τοι καὶ κατ' ὄναρ χρηματισθέντες, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν. Πρὸς τούτοις δὲ, ἀγαπητὲ, τὴν τοῦ ἐν Βουλγαρίᾳ ἐξήγησιν ἐπὶ μέσου παράγεις, κἀντεῦθεν διϊσχυρίζῃ μὴ ἐν αὐτῷ τῷ σπηλαίῳ, ἀλλ' ἐν οἰκίᾳ γενέσθαι τινὶ τὴν παρὰ τῶν μάγων προσκύνησιν. ὁ γὰρ θεῖος οὗτος ἀνὴρ, ἐκ τῶν τοῦ κατὰ Ματθαῖον

„ εὐαγγελίου, ὡς ἔοικεν. ὁρμώμενος, τῶν οὕτω περὶ
„ τῶν μάγων λεγόντων, καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν
„ οἰκίαν, εἶδον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς
„ αὐτοῦ. καὶ τάδε φησίν. ὅτι μετὰ τὸ γεννηθῆναι τὸν κύριον, καὶ ἐν τῇ φάτνῃ ἀνακληθῆναι 3, εἰκὸς ἦν εὑρεθῆναι καὶ οἰκίαν τινὰ, ἐν ᾗ παρά τῶν μάγων τὴν προσκύνησιν δέξασθαι. καὶ ὁ μὲν διαληφθεὶς ἀνὴρ ἔοικε προφανῶς λέγειν, μὴ ἐν τῷ σπηλαίῳ, ἐν ᾧ καὶ ἡ φάτνη, τοὺς μάγους ἰδεῖν τὸν Χριστόν. ὁ δὲ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, τά τε τῆς οἰκίας συμβιβάζων, καὶ τὰ τῆς φάτνης αὐτῆς, οὕτω φησίν. ὅτι τεκοῦσα μὲν εὐθέως κατέκλινεν ἐκεῖ. πολλῶν καὶ γὰρ συνιόντων διὰ τὴν ἀπογραφὴν, οὐκ ἦν οἰκίαν εὑρεῖν. παράγει δὲ καὶ τὸν θειότατον Λουκᾶν, ἐπισημαίνοντα τοῦτο, καὶ λέγοντα. ὅτι, διὰ τὸ μὴ εἶναι τόπον ἐν τῷ καταλύματι, ἀνέκλινεν αὐτὸν ἐν τῇ φάτνῃ. μετὰ δὲ τοῦτο ἀνείλετο, καὶ ἐπὶ τῶν γονάτων εἶχεν. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ τοῦ κατὰ Ματθαῖον ἕκτῃ ὁμιλίᾳ περὶ τῶν μά-

„ γων οὕτω φησί. τί δὲ ὅλως καὶ βασιλείας σύμ-
„ βολον εἶδον, καλύβην, καὶ φάτνην, καὶ παιδίον
„ ἐν σπαργάνοις, καὶ μητέρα πτωχὴν ἰδόντες; καὶ
„ μετ' ὀλίγα. πῶς δὲ καὶ ὁ ἀστὴρ, εἰπέ μοι, τό-
„ πον οὕτω στενὸν φάτνης καὶ καλύβην ἐδείκνυε, εἰ
„ μὴ τὸ ὑψηλὸν ἐκεῖνο ἀφεὶς κάτω κατέβη, καὶ
„ ὑπὲρ αὐτῆς ἔστη τῆς κεφαλῆς τοῦ παιδίου. καὶ μετὰ
„ ταῦτα. ἐπεὶ οὖν ἤγαγε καὶ ἐχειραγώγησε καὶ πρὸς
„ τὴν φάτνην, οὐκ ἔτι δι' ἀστέρος, ἀλλὰ δι' ἀγγέλου
„ λοιπὸν αὐτῆς 4 διαλέγεται. καὶ ἐν τῇ ὀγδόῃ ὁμιλίᾳ

κατὰ λέξιν οὕτω φησὶν περὶ τῶν μάγων. ἀλλὰ τί τὸ

„ πεῖσαν αὐτοὺς προσκυνῆσαι; οὔτε γὰρ ἡ παρθένος
„ ἐπίσημος ἦν οὔτε ἡ οἰκία περιφανής; καὶ μετ' ὀλίγα.
„ οὐδέν τι τῶν αἰσθητῶν μέγα ἐκεῖ, ἀλλὰ φάτνη, καὶ
„ κα-

1 Α'κτίας) Scrib. ἀκτῖνας.
2 Ε῎στι Scrib. ἔτι.
3 Α'νακληθῆναι) Scrib. ἀνακλινθῆναι.
4 Αὐτῆς] Scrib. αὐτοῖς.

„ καλύβη, καὶ μήτηρ πτωχή. ἵνα γυμνὴν τὴν μάγων „ ἴδῃς τὴν φιλοσοφίαν. μάνθανε οὖν ἐντεῦθεν, ὅτι καὶ οἰκίαν, καὶ καλύβην, τὸ σπήλαιον ὁ χρυσορρήμων ἐκάλεσεν ἔνθα καὶ ἡ φάτνη. μὴ οὖν ἔνθεν κἀκεῖθεν περιπλανάσθω σου ἡ διάνοια. τῷ χρυσορρήμονι δὲ πρόσεχε μᾶλλον, ὅτι καὶ σάλπιγξ οὗτος χρυσήλατος τοῦ παναγίου κεχρημάτικε πνεύματος.

neque enim illustris Virgo erat, nec domus splendida. Et paulo post: *Nihil illic magnum erat, quod sensum incurreret; Praesepe, tugurium, inops Mater, ut Magorum nudam hinc Philosophiam discas*. Atque hinc animadvertere licet, domum, tugurium, & speluncam, a Chrysostomo adpellari locum, ubi Praesepe erat. Quamobrem ne mens tua huc illuc circumerret, sed Chrysostomum ausculta potius, qui tuba aurea Sancti Spiritus dictus fuit.

Γεννᾶται οὖν, ὡς εἴρηται, ὁ Χριστὸς, κἀντεῦθεν ὀκταήμερος περιτέμνεται, ἐν τῷ ναῷ προσάγεται μεθ' ἡμέρας τεσσαράκοντα. καὶ ἐπλήσθησαν γάρ, φησιν, αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ, κατὰ τὸν νόμον Μωσέως. καὶ ἀνήγαγον τὸ παιδίον εἰς Ἱεροσόλυμα κατὰ τὸν οὕτω λέγοντα νόμον. ἐὰν σπερματισθῇ γυνὴ ἀπὸ ἀνδρὸς, καὶ τέκῃ παιδίον ἄρρεν, ἀκάθαρτος αὕτη μενέτω ἡμέρας τεσσαράκοντα. ἐὰν δὲ θῆλυ τέκῃ παίδιον, ἡμέρας ὀγδοήκοντα. διὰ τί δὲ, καὶ τίνος ἕνεκεν ταῦτα ὁ ἐμπρόθεσμος οὗτος τῆς ἀκαθαρσίας καιρὸς διπλασίων ἐδόθη τῇ μητρὶ τοῦ θήλεος. ὁ μὲν οὖν Θεοδώρητος οὕτως εἴρηται περὶ τούτου διεξιών. ὅτι τὰ τῆς τοιαύτης ἀκαθαρσίας ἀναπαύσεως χάριν ἐνομοθετήθη ταῖς γυναιξὶ βαρυνομέναις διῆθεν τῷ τῆς ἐγκυμονίας καιρῷ. διὰ γὰρ τοῦ φόβου τῆς ἀκαθαρσίας ἀναχαιτίζει τοὺς ὁμοζύγους ὁ νόμος, καὶ πάθει τηνικαῦτα ταῖς γαμεταῖς αὐτῶν μὴ προσέρχεσθαι. καὶ ἐπειδὴ τὸ θῆλυ μείζονι καθυποβάλλει ἀχθηδόνι τὴν αὐτὸ φέρουσαν, λέγεται γὰρ, ὅτι τάχιον ἐν τῇ γαστρὶ σκαίρει τὸ τοιοῦτον ἢ τὸ ἄρρεν τούτων χάριν, τῆς ἀκαθαρσίας καιρὸς διπλασίων ἐδόθη ταῖς τικτούσαις τὰ θήλεα. ὡς ἐντεῦθεν αὐτὰς διπλασίων κεκτῆσθαι καὶ τὴν ἀνάπαυσιν. καὶ τὰ μὲν τοῦ Θεοδωρήτου τοιαῦτα. ὁ δὲ θειότατος Κύριλλος, ἐν ἡμέραις μὲν εἰδοποιεῖσθαι τὸ ἄρρεν φησὶ μ΄. τὸ θῆλυ δ' αὖ ἡμερῶν π΄. δέεσθαι πρός γε τὴν εἰς εἶδος τὸ ἀνθρώπινον πάροδον. καὶ ἐπειδὴ τὸ μὲν ἄρρεν καθαρισμοῦ χάριν ἐν ἡμέρᾳ τεσσαρακοστῇ τὸ δὲ θῆλυ τῇ ὀγδοηκοστῇ προσεφέρετο τῷ ναῷ, φαίνεται πάντως, ὅτι καθάρσεως ἡ τοιαύτη πλάσις δέεται παρὰ θεοῦ. καὶ οὕτω μὲν οἱ θεῖοι περὶ τούτου. πατέρες ἡ δὲ λεγομένη λεπτὴ γένεσις 1, οὐκ οἶδ' ὅθεν συγγραφεῖσα, καὶ ὅπως, φησὶν ὅτι μεθ' ἡμέρας μ΄. εἰσῆλθεν ὁ Ἀδὰμ εἰς τὸν παράδεισον. ἡ δὲ Εὔα, μεθ' ἡμέρας π΄. καὶ τούτου χάριν ἐν ἡμέραις τοσαύταις προσάγονται τῷ ναῷ τό τε ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ, ἀναλόγως τάχα τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ Εὔᾳ. ἀλλ' ἄφες αὐτήν. ἡ γὰρ τοῦ Μωσέως ἀληθὴς ἱστορία δείκνυσιν, ὅτι τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τὸν Ἀδὰμ ἔπλασεν ὁ θεὸς, καὶ ἔθετο αὐτὸν εὐθέως ἐν τῷ παραδείσῳ. καὶ τὴν Εὔαν ὡσαύτως ἐν αὐτῷ πλάττει τῷ παραδείσῳ ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ, μίαν τῶν πλευρῶν λαβὼν τοῦ Ἀδάμ, μετὰ γὰρ τὴν ἕκτην ἐποίησεν ὁ θεὸς οὐδέν. ἀνήγαγον οὖν εἰς Ἱερουσαλὴμ Ἰησοῦν, ὡς προείρηται, τῷ Μωσαϊκῷ νόμῳ καὶ αὐτὸν ὑποκείμενον. Μετὰ μέντοι τὸ ἀναχθῆναι τὸν Ἰησοῦν εἰς Ἱεροσόλυμα, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, φεύγει πρὸς Αἴγυπτον. ἐκεῖθεν εἰς Ναζαρὲτ ἔρχεται, κἀκεῖ τὴν σωματικὴν αὔξησιν δέχεται. ὡσεὶ τριάκοντα ἐτῶν γίνεται, καθά φησιν ὁ θεηγόρος Λουκᾶς. πρὸς Ἰορδάνην πορεύεται. παρὰ Ἰωάννου βάπτισμα δέχεται. τότε δὲ τότε καὶ τοῖς ἀγνοοῦσι γνώριμος γίνεται. εἰ μὴ γὰρ ἄγνωστος παντάπασιν ἦν. οὐκ ἂν ὁ πρόδρομος τοῖς ἀπεσταλ-

Ergo hoc, quo dixi, modo natus est Christus; ac deinde octavo die circumciditur, quadragesimo ad templum fertur. *Nam impleti erant*, inquit, *dies Purificationis, secundum legem Mosis*; *& adduxerunt puerum Ierosolyma iuxta legem, cuius ista verba. Si mulier de marito concipiens, masculum pepererit, quadraginta; sin femellam, octoginta dies polluta esto*. Qua, quaeso, de causa tempus hoc pollutioni praefinitum femellae matri duplex datum est? Hac de re Theodoretus ita differere invenitur; pollutionis nempe tempus mulieribus gravidis, dum uterum ferrent, a lege praestitutum esse, ut quiescerent; nam pollutionis metu constringi maritos, ne uxores interea accedant; ac quandoquidem plus molestiae matri suae femella praebet, quippe, quae se masculo citius in utero moveat, tempus quoque pollutionis, ei, quae femellam peperisset, duplex sane datum fuisse, ut duplo etiam longiorem quietem haberent. Atque haec quidem Theodoreti est sententia. Divinissimus vero Cyrillus, intra dies quadraginta formam suam marem accipere, femellam octoginta dicit; ac quandoquidem Purificationis causa proles mascula die quadragesimo, femella vero octuagesimo ad templum deportabatur, plane manifestum est, eiusmodi formationem a Deo purgationem requireret. Haec est Divinorum Patrum de hac re sententia. Quae vero *Parva Genesis* dicitur, nescio a quo auctore scripta, aut quo pacto, Adamum die quadragesimo Paradisum ingressum esse, Evam octuagesimo tradit; eapropter hunc quoque dierum numerum in introducendo in templum masculo, ac femella, observari. Sed tu istam, fodes, omittere. Vera enim Mosis historia Adamum ostendit die sexto creatum a Deo, & confestim in Paradiso collocatum: Evam pariter eodem die, in eo ipso Paradiso, e costarum Adami una formatam esse: ac post sextum omnino diem nihil conditum. Ergo Iesum, ut iam dictum, ex lege Mosis, cui suberat, Ierosolyma deduxerunt; isque, ut Chrysostomus auctor est, post id temporis in AEgyptum fuga se contulit: inde Nazaretam abit, ibique adolescit. Vbi annum aetatis trigesimum adtigisset, ut divina loquens Lucas memorat, Iordanem accedit, & a Ioanne baptismum accipit. Ac tunc temporis iis, qui non norant ipsum innotescere cepit. Nisi enim omnino omnibus ignotus fuisset, non praecursor missis ad se Sacerdotibus, Levitisque effatus esset: *Ecce, me-*

1 Ἡ δὲ λεγομένη Λεπτὴ Γένεσις) Saepe citatur Cedreno, Glycae, Zonarae.

medius inter nos constitit; quemque vos non cognovistis, eum de Caelo per Spiritum Sanctum pater ostendit. Atque attende, quod Ioannes Baptista dicat: *Ego non cognovi ipsum, sed qui misit me, ut baptizarem, is mibi dixit: supra quem tu descendentem Spiritum videris, ille est filius meus dilectus*. Vnde palam est, prius, quam ad Iordanem flumen conspiceretur, nulli eum notum fuisse: ceteroquin non Praecursor ille dixisset: *Ideo aqua baptizatum ego veni, ut notus Israeli fieret*. Et rursum: *Et vidi ego, & veritati testimonium item exhibui, Dei illum filium esse*. Quin Spiritus Sanctus, o dilecte, ideo supra Iesum venit, ne quis vocem istam paternam, divinamque, in Ioannis Baptistae gratiam de Caelo descendisse putet: quamvis ille baptizato maior multo videretur, ut Pontifice summo natus, & matre sterili: ac potissimum, quod Iesum ipse, tamquam de multis aliis unum ibi praesentem, baptizasset: nondum enim, qualis esset, palam erat, ut Chrysostomus Homilia in Matthaeum duodecima nobis auctor. Quare si haec ita se habent, ignotusque plane omnibus ante Baptismum Christus fuit, narrationes ubicumque demum inventas, de aqua, & electione, item summo Pontificatu, quem accepisse a Iudaeis Christum ferunt, nauci facito, & reiicito. Nam si antea tale quicquam accidisset, neutiquam Ioannes Evangelista dixisset: *Et in hoc signorum principium fecit apud Cana Galileae, gloriamque declaravit, & in ipsum discipuli eius crediderunt*. Quamvis enim etiam anno duodecimo suae iuxta carnem aetatis in templum adscendit, seque publice exhibuit, divinitatem tamen suam ibi loci non patefecit, quando neque signum illic ullum edidit, verum solam insidentem labris suis gratiam ostendit; atque exinde rursum sese velut sub umbra occultavit, ut Chrysostomus, Ioannis Evangelium explicans, scripto prodidit. Post Baptismum, & in Cana editum signum, Discipulos numero duodecim eligit, prorsus egenos, idiotas, piscatores, literarum imperitos, fortisque obscuros. Et cur hoc? quaeso, ut, quidquid recte ab illis dictum factumve esset, potentiae Dei, ac sapientiae, universum imputaretur: estque id, quod Paullo Dominus inquiebat, *Tibi gratia mea sufficit, siquidem potestas mea in imbecillitate perficitur*. Ac vere dicitur, idiotas, & egenos, Discipulos fuisse. Epiphanius tamen Presbyter, in Oratione ea, quam in nativitatem scripsit irreprehensae Domini matris, Ioannem Zebedaei tradit, postquam passus esset pater, quidquid Zebedae possideret, vendidisse: ac profectum Ierosolyma, mox Sionem sanctam emisse: ideoque factum esse, quum Caiaphas emtioni interfuisset, summo Pontifici ex eo tempore, ut notus esset: nam semissem facultatum ipsi dederat, & semissem item in Pascha, sive Coenam illam Christi mysticam, impenderat: etiam Christum, quum Discipulis suis diceret, uti

σαλμένοις πρὸς αὐτὸν ἱερεῦσι κ̀ Λευίταις ἔλεγεν ἰδού, μέσος ἡμῶν ἕστηκεν. ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε· ὁ πατὴρ ἄνωθεν διὰ τοῦ παναγίου πνεύματος αὐτὸν ὑποδείκνυσι. καὶ πρόσχες τῷ βαπτιστῇ λέγοντι, ἐγὼ οὐκ εἶδον αὐτόν. ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν, ἐκεῖνός μοι εἶπεν· ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα κατερχόμενον, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός. εὔδηλον οὖν ἐντεῦθεν, ὅτι πρὸ τῆς ἐν Ἰορδάνῃ ἐπιφανείας αὐτοῦ κατάδηλος οὐκ ἦν οὐδενί. εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ πρόδρομος ἔλεγεν, ἐγὼ διὰ τοῦτο ἦλθον, βαπτίζων ἐν ὕδασι, ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραήλ. κ̀ αὖθις. κἀγὼ ἑώρακα, κ̀ μεμαρτύρηκα τῇ ἀληθείᾳ, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. ἀλλὰ κ̀ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀγαπητέ, διὰ τοῦτο ἦλθεν ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν, ἵνα μή τις νομίσῃ, ὅτι χάριν τοῦ βαπτιστοῦ κατηνέχθη ἄνωθεν ἡ πατρικὴ καὶ θεία φωνή. εἴγε κ̀ μᾶλλον ἐκεῖνος μέζω [1] ἐκ πολλῶν ἐδόκει τοῦ βαπτιζομένου, κ̀ ἀρχιερέως γὰρ ἦν υἱός, κ̀ ἐκ στείρας γεγέννηται. κ̀ μᾶλλον ὅτι τὸν Ἰησοῦν αὐτὸς ἐβάπτιζεν, ὡς ἕνα τῶν πολλῶν ἐκεῖσε παραγενόμενον. οὐδέπω κ̀ γὰρ δῆλα γενέσθαι τὰ κατ' αὐτὸν ἔφθασεν, ὡς ὁ χρυσορρήμων Ἰωάννης ἐν τῇ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον δωδεκάτῃ αὐτοῦ ὁμιλίᾳ φησίν. εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, εἰ πρὸ τοῦ βαπτισθῆναι παντάπασιν ἄγνωστος ἦν, τὰς εὑρισκομένας ὅπου δήποτε λοιπὸν ἱστορίας περί τε τοῦ ὕδατος δηλαδή, τοῦ ἐκλεγμοῦ, καὶ περὶ τῆς ἀρχιερωσύνης αὐτῆς, ἣν λέγουσι παρὰ τῶν Ἰουδαίων δέξασθαι τὸν Χριστόν, ὡς οὐδὲν ἡγοῦ, καὶ ἀπόρριπτε. εἰ γὰρ τοιοῦτόν τι γενέσθαι προέφθασεν, οὐκ ἂν ὁ Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ἔλεγεν. ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, κ̀ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν. οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. εἰ γὰρ κ̀ ἐπὶ τὸ δωδέκατον ἔτος τῆς κατὰ σάρκα ἡλικίας αὐτοῦ ἀνῆλθεν εἰς τὸ ἱερόν, κ̀ ἐνεφάνισε δῆθεν αὐτόν, ἀλλ' οὐ τὴν οἰκείαν θειότητα κατάδηλον ἐντεῦθεν ἐποίησεν. ὅτι μηδὲ σημεῖον ἐκεῖσε τηνικαῦτα εἰργάσατο. μόνην δὲ τὴν ἐπικαθημένην τοῖς αὐτοῦ χείλεσι χάριν ὑπέδειξε. καὶ ἔκτοτε πάλιν ἑαυτὸν συνεσκίασεν, ὡς ὁ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν ἐν τῇ Ἰωάννην ἑρμηνείᾳ φησίν. Μετὰ δὲ ταῦτα, ἤγουν μετὰ τὸ βάπτισμα, κ̀ τὸ ἐν Κανᾷ σημεῖον, ἐκλέγεται μαθητὰς δυοκαίδεκα τὸν ἀριθμόν, ἀπόρους δὲ πάντῃ, κ̀ ἰδιώτας, ἁλιεῖς, ἀγραμμάτους, καὶ τῆς μερίδος ὄντας τῶν ἀφανῶν. διὰ τί δὲ ταῦτα, κ̀ τίνος ἕνεκεν; ἵνα τὸ δι' αὐτῶν κατορθούμενον, τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει, κ̀ σοφίᾳ, λογίζηται. κ̀ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ ἔλεγε πρὸς Παῦλον ὁ κύριος· ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. κ̀ ὁ μὲν ἀληθὴς λόγος πτωχείαν καὶ ἰδιωτείαν λέγει προσεῖναι τοῖς μαθηταῖς τοῦ Χριστοῦ. Ἐπιφάνιος δέ τις πρεσβύτερος ἐν λόγῳ αὐτοῦ, ὃν ἐπὶ τῷ γενεθλίῳ δῆθεν τῆς παναμώμου μητρός, τοῦ κυρίου ἐξέδωκε, καὶ τάδε φησίν· ὅτι υἱὸς Ζεβεδαίου Ἰωάννης, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ ἐπώλησε πᾶσαν τὴν αὐτοῦ κτῆσιν τὴν ἐν Ζεβεδῃ, κ̀ ἐλθὼν εἰς Ἱερουσαλήμ, ἠγόρασε τὴν ἁγίαν Σιών. ὅθεν κ̀ ὡς τοῦ Καϊάφα καταμένοντος ἐν τῇ ἀγορασίᾳ Ἰωάννου, κατὰ τοῦτο λέγεται οὗτος εἶναι γνώριμος τῷ ἀρχιερεῖ. καὶ τὰ μὲν ἡμίση ἔδωκε τῷ ἀρχιερεῖ, εἰς δὲ τὰ λοιπὰ ἡμίση ἡτοίμασε τὸ πάσχα, ἤγουν τὸ μυστικὸν δεῖπνον τοῦ Χριστοῦ. ἡνίκα κ̀ γὰρ

1 Μέζω] Scrib. μείζων.

καὶ γὰρ τοῖς μαθηταῖς ἔλεγον ὁ Χριστὸς, ὑπάγετε πρὸς τὸν δεῖνα, Ἰωάννην ἐδήλου τὸν Θεολόγον. ἐκεῖ λοιπὸν ἐτέλεσαν τὸ μυστικὸν δεῖπνον, καὶ ἐκεῖ ἔμειναν. καὶ ὡς οὐκ ἤμην ἐκεῖ μηδὲ πιστεύσῃς μοι. ὁ γὰρ χρυσοῤῥήμων Ἰωάννης τοσαύτην ἔλεγε πτωχείαν ἔχειν τὸν τῆ Ζεβεδαῖον, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, ὥστε καθῆσθαι παρὰ τῷ πλοίῳ, καὶ δίκτυα ῥάπτειν διεῤῥαγότα, καὶ παλαιά. πῶς δὲ καὶ παρὰ τῇ οἰκίᾳ τοῦ Ἰωάννου τὸ μυστικὸν δεῖπνον ὁ διαληφθεὶς ἀνὴρ ἑτοιμασθῆναι λέγει· τὸν δεῖνά τε, αὐτὸν εἶναι, πρὸς ὃν οἱ μαθηταὶ παρὰ τοῦ κυρίου ἐστάλησαν. εἰ γὰρ αὐτὸς ὁ Ἰωάννης σὺν ἅμα τῷ Πέτρῳ ἀπεστάλη πρὸς τὸν δεῖνα τῆς τοῦ πάσχα χάριν ἑτοιμασίας κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν ἱστορίαν, φαίνεται προφανῶς, ὅτι ὁ πρεσβύτερος οὗτος εὐαγγέλιον οὐκ ἀνέγνω, ποτὲ εἰ γὰρ ἀναγνῶναι ἔφθασεν, ἔγνω ἄν, ὅτι ὁ Ἰωάννης ἀπεστάλη πρὸς τὸν δεῖνα οὐ μὲν αὐτὸς ὁ Ἰωάννης ἦν ὁ δεῖνα ἐκεῖνον, πρὸς ὃν ἀπεστάλησαν οἱ μάθηται παρὰ τοῦ κυρίου. περὶ δὲ τοῦ Παύλου τί χρὴ καὶ λέγειν, εἴ γε καὶ τοῦτον εἶναι νομίζεις ἕνα τῶν δώδεκα, κατὰ τὴν πλειόνων ὑπόληψιν. ἄφες τοὺς τῶν πολλῶν λόγους, καὶ τοῖς ἱεροῖς πρόσεχε γράμμασι. δώδεκα μὲν οὖν ἐξελέξατο μαθητὰς ὁ Χριστὸς, οἷς οὐκ ἔστι συνηριθμημένος ὁ Παῦλος. πῶς καὶ γὰρ, εἴγε μετὰ τὴν τοῦ παναγίου πνεύματος κάθοδον προσελήλυθε τῷ Χριστῷ; δώδεκα μὲν οὖν οἱ μαθηταὶ ἐφ' ὧν ὁ Ἰούδας, τῇ τῆς φιλαργυρίας νόσῳ κάτοχος γεγονὼς, τοῦ τῶν μαθητῶν ἐκπίπτει χοροῦ. εἰσάγεται δὲ ἀντ' αὐτοῦ μετὰ τὴν τοῦ κυρίου ἀνάληψιν ὁ Ματθίας, ὡς ἡ βίβλος διαγορεύει τῶν Πράξεων. οὐκοῦν οἱ τὸν Παῦλον ἕνα λέγουσιν εἶναι τῶν δυώδεκα, ἢ τὸν ἐκπεσόντα τοῦ χοροῦ δεξάτωσαν 1 ἡμῖν. εἰ μὴ γὰρ ἐξέπεσέ τις, οὐκ ἂν ὁ Παῦλος εἰσῆλθεν. ἢ τὸν Παῦλον εἶναι τῶν δώδεκα μὴ λεγέτωσαν. πλὴν εἰ μὴ καὶ τῷ χορῷ τῶν δώδεκα συνηριθμημένος ἐστὶν, ἀλλ' οὐδεὶς ἐπάνω στήσεται 2 Παύλου, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς. εἰ γὰρ ἕκαστος κατὰ τὸν ἴδιον τόπον καὶ τὸν μισθὸν λήψεται, Παύλου δὲ πλεῖον οὐδεὶς ἐκοπίασε, τί χρὴ καὶ λέγειν; εὔδηλον γὰρ ἐντεῦθεν, ὡς οὐκ ἔστιν αὐτοῦ μείζων οὐδείς. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως. Ὁ δὲ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τὸ βαπτισθῆναι, καὶ τοῦ θαυματουργεῖν, ὡς προείρηται, καὶ τοῦ διδάσκειν ἀπάρχεται, ἐφ' ᾧ καὶ λαὸν οὐκ ὀλίγον ἐφέλκεται. ταύτῃ τοι καὶ φθονοῦσιν αὐτῷ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς, ὅθεν ὕβρεσι πλύνουσι, καὶ μώμους αὐτῷ προσεπιτρίβουσι, Σαμαρίτην ἀποκαλοῦντες, καὶ δαιμονῶντα, φάγον τε καὶ οἰνοπότην αὐτόν. ἀλλὰ καὶ λίθοις βάλλουσι, καὶ μᾶλλον ἡνίκα τετραήμερον ἤγειρε τὸν Λάζαρον ἐκ νεκρῶν. οὐκ ἔτι λοιπὸν παῤῥησίᾳ περιεπάτει ἐν τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλ' ἀπῆλθεν ἐκεῖθεν εἰς τὴν χώραν ἐγγὺς τῆς ἐρήμου εἰς Ἐφραῒμ λεγομένην πόλιν. κἀκεῖ διέτριβε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ὡς Ἰωάννης φησί. μεθ' ἡμέρας δέ τινας ἐκεῖθεν ἔρχεται, καὶ μετὰ βαΐων προσυπαντῶσιν αὐτῷ, τοῦ κατὰ τὸν Λάζαρον ἕνεκα θαύματος. ἐν δέ γε τῇ μεγάλῃ τετράδι παρὰ Σίμωνι ἑστιᾶται τῷ πατρὶ τοῦ Λαζάρου, ὃν αὐτὸς τῆς λέπρας ἰάσατο. τότε δὲ τότε ἡ γυνὴ πόρνη τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ μῦρον ἐπιχέει πολύτιμον. ὅρα δὲ συνεχῶς, ὅτι αἱ γυναῖκες, αἱ τὸ μῦρον ἀλείψασαι τὸν κύριον, τρεῖς αἱ πᾶσαί εἰσιν. ἄλλη μὲν γάρ ἐστι παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, τιμία δὲ αὕτη, ἡ καὶ ἀδελφὴ τοῦ Λαζάρου. ἄλλη δὲ ἡ παρὰ τῆς οἰκίας Σίμωνος τοῦ λεπροῦ. πόρνη δ' αὕτη προ-

uti ad illum talem diverterent, Ioannem Theologum innuisse, apud quem deinde coenam mysticam sumserint, manserintque. At Chrysostomus adeo pauperem Zebedaeum, eiusque liberos, fuisse praedicat, ut naviculae adsiderent, retia vetera, ac disrupta, sarcientes. Quomodo vero in domo Ioannis Coenam mysticam adparatam Epiphanius fuisse dicit, atque illum talem ipsum esse, ad quem missi a Domino Discipuli? Nam si ipse hic Ioannes una cum Petro praeparandi Paschatis caussa ad illum talem missus fuerit, ut ex Evangelio constat, omnino liquet, Epiphanium hunc Presbyterum Evangelium non legisse: neque enim ignoraret, ablegatum ad illum talem fuisse Ioannem, ad quem Discipuli a Domino missi. Sed de Paullo quid dicendum est, si tu hunc quoque, quae multorum est opinio, e duodecim esse Discipulis arbitraris? Verum tu hanc sententiam reiice, & sacris litteris animum adverte: duodecim Discipulos legit Christus, sed in iis Paulus non fuit: nam quo pacto fieri hoc possit, siquidem demum post descensum Spiritus Sancti Christo accessit? Duodecim certe Discipuli erant, sed hoc coetu postquam Iudas, avaritiae morbo corruptus, excidisset, in locum eius, post adscensum Domini in Caelos, subrogatus est Matthias, ut in Libro Actorum traditur. Quicumque igitur Paullum dicunt e duodecim fuisse, eos necesse est demonstrare, quisnam isto coetu exciderit: neque enim, si nemo excidit, subrogari Paullus potuit: aut ne Paullum in eo numero porro censeant. Quamquam tamen, etsi Paulus inter duodecim illos non fuerit, nemo ei anteferri recte poterit, ut Ioannes Chrysostomus ait. Nam si pro loco quisque suo mercedem accipiet, Paullo autem nemo laboravit magis, quid dicendum est? nempe inde satis clarum, maiorem eo nullum esse. Ac de his quidem hunc in modum. Verum enimvero Dominus noster Iesus Christus, post Baptismum, ut iam diximus, & miracula edere coepit, & docere: eaque ratione magnam populi multitudinem ad se traxit. Hinc Pontificum summorum, & Scribarum, orta invidia est, qui conviciis proscindentes passim cum reprehendere, ac suggillare, Samaritanum, a malo genio exagitatum, comedonem, & vinolentum dictitantes: imo & lapides in illum iacere, maxime cum quatriduo toto mortuum Lazarum excitasset. Hanc ob rem non tanta cum confidentia inter Iudaeos ex illo tempore agere coepit, sed inde discessit in regionem deserto adiacentem, in urbem Ephraim adpellatam: ibique, ut Ioannes tradit, cum Discipulis commorabatur: inde post non multos dies discedenti, miraculo exciti de resuscitato Lazaro, cum palmarum ramis effusi obviam procedunt. Magna deinde feria quarta convivio excipitur a Simone, Lazari patre, quem a lepra liberaverat: atque ibi dum esset, mulier meretrix pre-

1 Δεξάτωσαν] Scrib. δειξάτωσαν. 2 Ἐπαγνωσήσεται) Scrib. ἐπάνω στήσεται.

pretiosum valde unguentum capiti infundit. Hic vero solerter mihi observato, tres omnino, quae Christum unxerint, mulieres fuisse: unam istam cuius apud Ioannem mentio, praestantem feminam, Lazari sororem: alteram, meretricem, quae Christum accessit, in Simonis Leprosi aedibus, ut Matthaeus nobis auctor: tertiam, etiam meretricem, quae, commemorante Luca, ad Christum venit in domo Simonis Pharisaei, qui idcirco offensus graviter, si Propheta hic esset, inquit, scivisset certe, qualisnam ipsum contigisset. Scio vero, o dilecte, contendere quosdam, Domini nostri Iesu Christi, transformationem factam magna illa feria quarta, sed illorum mihi oratio nullis solidis argumentis niti videtur. Quippe si miraculum illud in Thabore monte factum fuit, Dominus autem magna illa quarta feria Ierosolymis in Simonis Leprosi domo convivabatur; clare adparet, miraculum transformationis alio die, quam feria ista quarta, ut volunt, accidisse. Si enim Thabor Ierosolymis bidui intervallo distat, quo modo Dominus in monte Thabor, & Ierosolymis, uno eodemque die esse potuit? Hoc quidem verum est, tamquam Deum inveniri utrobique potuisse: sed ne res haec visum potius censeretur, facere illud ante passionem noluit: unde etiam pro communi corporum natura locum loco commutabat. Posthac autem e Discipulis duos mittit ad certum quemdam, qui legale Pascha ipsi adpararent: quod & ante sumens edit magnae feriae quintae vespera, ut Ioannes Chrysostomus ait. Deinde postquam adcubuisset, pane, ac vino Pascha suum Discipulis exhibuit: *Sumite*, inquiens, *& comedite: siquidem hoc est corpus meum*. Et, *bibite omnes, iste enim est meus sanguis*. Itaque prior discipulis suis corpus ipse suum, & sanguinem participavit: qua de caussa? nempe ne iterum turbarentur, ut antea factum, quum dicentem ipsum audirent: *Nisi carnem filii hominis comederitis, sanguinemque eius biberitis, nullam in vobis vitam habetis*. Ad quod dictum recedentes conversari exinde cum eo desierunt, *duram esse orationem* dictitantes, *quamque audire non facile quis posset*. Eam ob rem ne quid illis tale iterum eveniret, ceu qui carnem comesturi, & sanguinem bibituri essent, prior suam ipse carnem degustavit, ut qui illos sine haesitatione satiari talibus cuperet. Coenam vero istiusmodi Servator consolandis discipulis adparavit, quum non parum animi anxios in discessu eos suo animadverteret: ea de caussa, ut iam dictum est, corporis quoque sui, & sanguinis, participes fecit: *Facite id*, inquiens, *in memoriam mei*. Particeps etiam una cum aliis factus est Iudas, & ad Iudaeos inde abiit, ipsis, quidquid gestum, indicans: idque ex verbis Evangelistae manifestum, inquientis: *Accepta offa exivit, & erat nox, abiitque ad eos, quibus proditurum sese Dominum receperat*. Ac Dominus quidem rebus postremum inter Discipulos ordinatis, mox in locum quemdam abit, proditori minime ignotum, qui confestim accepta a summis Sacerdotibus, & Pharisaeis, cohorte quadam, quae adiutaret, cum lucernis,

προσελθοῦσα τῷ Χριστῷ, καθὼς ὁ Ματθαῖος ἱστορεῖ. καὶ ἑτέρα. πόρνη πάλιν, ὥς φησιν ὁ Λουκᾶς, ἡ προσελθοῦσα τῷ Χριστῷ παρὰ τῇ οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ Φαρισαίου, τοῦ καὶ σκανδαλισθέντος ἐπ' αὐτῷ τῷ Χριστῷ, καὶ οὕτως εἰπόντος εἰ προφήτης ἦν, ἔγνω ἂν ὁποία τις ἐστὶν ἡ ἁψαμένη αὐτοῦ. Οἶδα δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῇ μεγάλῃ τετράδι γενέσθαι τινὲς ἀπομάχονται. πλὴν ὁ λόγος αὐτῶν, ὡς ἐμοί γε δοκεῖ, καὶ λίαν ἐστὶν ἀναπόδεκτος. εἰ γὰρ τὸ θαῦμα τοῦτο κατὰ τὸ Θαβόριον ὄρος ἐγένετο, ἐν Ἱεροσολύμοις δὲ ὁ κύριος κατά γε τὴν μεγάλην τετράδα παρὰ τῇ οἰκίᾳ Σίμωνος τοῦ λεπροῦ ἑστιώμενος ἦν, φαίνεται προφανῶς, ὡς ἐν ἄλλῃ γέγονεν ἡμέρᾳ τὸ τῆς μεταμορφώσεως θαῦμα, καὶ οὐ κατὰ τὴν τετράδα πάντως αὐτήν. εἰ γὰρ ἀνὰ μέσον τοῦ τε Θάβωρ καὶ τῶν Ἱεροσολύμων ὡσεὶ δύο ἡμερῶν ὑπάρχει τὸ διάστημα πῶς λοιπῶν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ λέγουσιν ἔν τε Θάβωρ εὑρεθῆναι καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις τὸν Χριστὸν; ἠδύνατο μὲν οὖν, ὡς θεὸς ὧδε κἀκεῖσε κατὰ ταυτὸν εὑρεθῆναι. ἀλλ' ἵνα μὴ φαντασία νομισθείη τὸ πρᾶγμα, πρὸ τοῦ πάθους τοῦτο ποιῆσαι οὐκ ἤθελεν. ἐνθέν τοι καὶ κατὰ τὴν κοινὴν τῶν σωμάτων φύσιν τὰς τοπικὰς αὐτοῦ μεταβάσεις ποιούμενος ἦν. μετὰ δὲ ταῦτα δύο τῶν μαθητῶν ἀποστέλλει πρὸς τὸν δεῖνα τοῦ νομικοῦ πάσχα χάριν ἑτοιμασίας. ὃ δὴ καὶ προλαβὼν ἔφαγε κατὰ τὴν τῆς μεγάλης πέμπτης ἑσπέραν, ὡς ὁ χρυσοῤῥήμων Ἰωάννης φησίν. εἶθ' οὕτως ἀναπεσὼν, δι' ἄρτου καὶ οἴνου τὸ οἰκεῖον πάσχα τοῖς μαθηταῖς παρέδωκε. λάβετε, φάγετε τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. καὶ, πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες· τοῦτό ἐστιν τὸ αἷμά μου. πρὸ μέντοι τῶν μαθητῶν αὐτὸς τοῦ οἰκείου μετέλαβε σώματός τε καὶ αἵματος. τίνος ἕνεκεν; ἵνα μὴ καὶ πάλιν οἱ μαθηταὶ θορυβηθῶσι, καθάπερ καὶ πρότερον. ἡνίκα καὶ γὰρ τοῦ Χριστοῦ λέγοντος ἤκουσαν· ἐὰν μὴ φάγετε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίετε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς, ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ οὐκέτι περιεπάτουν μετ' αὐτοῦ, λέγοντες· ὁ λόγος οὗτος σκληρός ἐστι. τίς δύναται ἀκούειν αὐτοῦ; ἵνα γοῦν καὶ [1] πάλιν τοιοῦτόν τι πάθωσιν, ἅτε σάρκα ἐσθίειν καὶ αἷμα πίνειν μέλλοντες, πρῶτος αὐτὸς τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς ἀπεγεύσατο, θέλων ἀνενδοιάστως τῶν τοιούτων ἐμφορηθῆναι καὶ αὐτούς. τὸ δὲ τοιοῦτον ἑτοιμάζει δεῖπνον ὁ σωτὴρ εἰς παράκλησιν τῶν μαθητῶν. ἑώρα γὰρ αὐτοὺς οὐ μικρῶς ἀδημονοῦντας ἐπὶ τῷ χωρισμῷ αὐτοῦ. μεταδίδωσι λοιπὸν αὐτοῖς, ὡς προείρηται τοῦ οἰκείου σώματος καὶ αἵματος τοῦτο ποιεῖτε, εἰπὼν, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν. μεταλαμβάνοντες πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ Ἰούδας, δὲ τηνικαῦτα πρὸς Ἰουδαίους ἀπέρχεται, τὰ πεπραγμένα παρὰ κυρίου ματαμηνύων αὐτοῖς. καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Εὐαγγελιστὴς ἔλεγεν· ὅτι καὶ λαβὼν τὸ ψωμίον ἐξῆλθεν· ἦν δὲ νύξ. ἀπέρχεται οὖν πρὸς οὓς συνεφώνησε παραδοῦναι τὸν κύριον. καὶ ὁ μὲν κύριος τὰ τελευταῖα τοῖς μαθηταῖς διατίθεται. εἶθ' οὕτως εἰς τόπον ἔρχεται, ὃν ᾔδει καὶ ὁ προδότης. ὃς αὐτίκα καὶ λαβὼν τὴν σπεῖραν καὶ ἐκ τῶν ἀρχιερέων καὶ Φαρισαίων

---

1 Καὶ) Scrib. μή.

ὑπηρέτας, ἔρχεται ἐκεῖ μετὰ φανῶν καὶ λαμπάδων. ἐπερωτᾷ λοιπὸν αὐτούς. πίπτουσι χαμαί. ἀποκόπτει τὸ ὠτίον τοῦ Μάλχου ὁ Πέτρος, εἰ καὶ τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν ἀποτεμεῖν οὐκ ἴσχυσε, τοῦτο καὶ γὰρ ἦν αὐτῷ τὸ σπουδαζόμενον. τότε δὴ τότε καὶ ὁ πρὸς αὐτὸν ἔφη κύριος. ἢ δοκεῖ σοι ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι τὸν πατέρα μου; καὶ παραστήσει μοι πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων. πῶς οὖν πληρωθῶσιν αἱ γραφαί. ὅτι οὕτως δεῖ γενέσθαι. ταῦτα δὲ τοῖς μαθηταῖς ἔλεγεν ὁ σωτὴρ, ἐκφοβῶν αὐτοὺς, καὶ πείθων ἐντεῦθεν μηδέν τι τῶν γινομένων πολυπραγμονεῖν. εἰ γὰρ ταῖς γραφαῖς, φησι, τοῦτο δοκεῖ, τὸ παθεῖν ἐμὲ δηλονότι, πῶς ἡμεῖς ἐναντιοῦσθε μαχαίραις χρώμενοι; τὸ ποτήριον, ὃ δέδωκέ μοι ὁ πατὴρ, οὐ μὴ πιῶ αὐτό; δήσαντες οὖν τὸν Ἰησοῦν, ἀπήγαγον πρὸς Ἄνναν πρῶτον. κἀκεῖσε κρίνεται. περὶ τῆς αὐτοῦ διαδοχῆς 1, καὶ τῶν μαθητῶν, ἐρωτᾶται· ἀποκρίνεται, ὡς εἰκός. ῥάπισμα δέχεται, καὶ φησιν εἰ μὲν κακῶς ἐλάλησα καὶ τὰ ἑξῆς, ἐκεῖθεν οὖν ἄγεται πρὸς τὸν Καιάφαν, ἔπειτα πρὸς Πιλάτον. πρωΐας οὔσης· πρὶν ἢ μὲν ἀλέκτορα φωνῆσαι πρὸς Καιάφαν ἄγεται πρωῒ δὲ πρὸς Πιλάτον. δείκνυσιν ὁ Εὐαγγελιστὴς, ὅτι τὸ ἥμισυ τῆς νυκτὸς ἅπαν ὑπὸ Καιάφα ἐρωτώμενος οὐδὲν ἐξηλέγχετο. διὸ καὶ παρέπεμψεν αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ. καὶ ὁ μὲν Μάρκος περὶ τῆς ἀλεκτροφωνίας διεξιὼν, οὕτω φησί. πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι δὶς, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. ὅτε γὰρ ἅπαξ ἠρνήσατο, ἐφώνησεν ὁ ἀλέκτωρ τὸ πρῶτον. ὅτε δὲ τρίτον ἠρνήσατο, τὸ δεύτερον ἐφώνησεν. ἀκριβέστερον ἐξηγούμενος τὴν τοῦ Πέτρου ἀσθένειαν, παρ' αὐτοῦ τοῦ διδασκάλου μαθὼν, ὅτι καὶ φοιτητὴς ἐκείνου ἦν. ὁ δὲ Ματθαῖος εἰπὼν, πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με, τὴν ὅλην ἀλεκτροφωνίαν ἐνέφηνεν. τουτέστι τὴν πρώτην, ἥ τις διαφόρων ἐκφωνήσεων γίνεται. ὥσπερ οὖν καὶ ἡ δευτέρα ἀλεκτροφωνία καὶ ἡ τρίτη. πρὶν οὖν ἀλέκτορα φωνῆσαι ὁ Ματθαῖος εἰπὼν, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. τοῦτο ὡσανεὶ ἔλεγεν, ὅτι καὶ πρὸ τοῦ φθάσαι τὴν πρώτην παρελθεῖν τὴν ἀλεκτροφωνίαν, τρὶς ἀπαρνήσῃ με. Μετὰ μέντοι κριθῆναι τὸν κύριον ὑπὸ Πιλάτου, μαστίζεται τὸν νῶτον λώροις πλεκτοῖς. τοιοῦτον καὶ γὰρ τὸ φραγγέλιον. εἶθ' οὕτως εἰς σταυρωθῆναι παραδίδοται. ταῦτα δὲ πάντα πεποίηκεν ἡ ἄκαιρος ἀνανδρία τοῦ Πιλάτου. τοὺς γὰρ Ἰουδαίους δυσωπῆσαι θέλων, ἐφ' οἷς ἐνεκάλουν ἀντάρτην αὐτὸν ἀποδεικνύοντες, εἰς τὸ σταυρωθῆναι παραδίδωσι, φραγγελλίοις πρότερον μαστίξας αὐτὸν, διὰ τοῦτο καὶ κολάσεως ὁ Πιλᾶτος ἄξιος, ὅτι καὶ δυνάμενος ἀπολῦσαι αὐτὸν, (ἐξουσίαν γάρ, φησιν, ἔχω ἀπολύσαι σε, καὶ ἐξουσίαν ἔχω σταυρῶσαί σε.) τοῦτο οὐκ ἐποίησε, τοὺς Ἰουδαίους καὶ μάλιστα πτοούμενος λέγοντας· ἐὰν τοῦτον ἀπολύσῃς, οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος. ἐφ' ᾧ καὶ κατακρίνεται. καὶ δῆλον, ἐξ ὧν ὁ κύριος ἔλεγε πρὸς αὐτόν. ὁ παραδιδούς με σοι μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει. τὸν μέντοι καιρὸν ὁ Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης παριστῶν, ἡνίκα ὁ Πιλᾶτος ἐκάθισεν εἰς τόπον λεγόμενον Λιθόστρωτον, ἵνα κρίνῃ τὰ κατὰ τὸν Ἰησοῦν, ἔλεγεν. ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη. διὰ τί δὲ ἡ ἕκτη τῆς ἑβδομάδος ἡμέρα παρασκευὴ τοῦ πάσχα λέγεται παρὰ τῷ Εὐαγγελιστῇ Ἰωάννῃ, σαφὴς ἡ αἰτία σοι πρόκειται. καθάπερ γὰρ τὸ σάββατον ἑβδόμη μὲν ἡμέρα διὰ τῆς ἑβδομάδος ἐστίν. λέγεται

nis, facibusque, illuc abit. Vbi deinde percunctante illos Christo, humi cadunt, Petrusque Malcho, quum caput non posset, quod studebat, auriculam amputat. Ac tum ipsum ita Dominus compellavit: *An non me orare Patrem posse existimas? isque mihi legiones Angelorum plures duodecim suppeditabit, sed Scripturae quonam pacto implerentur, quae haec ita fieri debere praedixerunt?* Haec vero Discipulis suis Servator dicere, ut terrorem ipsis faceret, persuaderetque, ne in iis, quae gererentur, curiosi nimis essent. *Nam si*, inquit, *sic Scripturis visum fuit, ego ut patiar, qua ratione vos cum gladiis nunc resistitis? Num, quod Pater dedit, poculum bibere oportet.* Itaque Iesum, quum vinxissent, primum quidem ad Annam abducunt, ibique eum iudicio sistunt, & de doctrina, Discipulisque percunctantur: ad quae ille, ut visum fuit, respondere. Alapam cum quis infregisset: *Si male*, inquit, *sum loquutus*, & quae sequuntur. Inde ad Caiapham ducitur, & ab eo ad Pilatum Hic Evangelista ostendit, per dimidiam noctem totam a Caiapha interrogatum redargui nusquam potuisse, ideoque missum ad Pilatum fuisse. Ac de gallicinio quidem narrans Marcus, ita ait: *Antequam bis cantaverit Gallus, ter me negabis*. Nam quum semel abnegasset, primum tunc cantavit Gallus, quumque tertium abnegasset, iterum cecinit. Accuratius autem Petri imbecillitatem narrat, ut qui a Magistro ipso, inter Discipulos eius existens, rem universam accepisset. Verum quum Matthaeus inquit: *Priusquam cecinerit Gallus, tertium me abnegabis*: totum Galli cantum, innuit, qui diversis editur vocibus: primum scilicet, secundum, ac tertium. Itaque quum dicit: *Prius quam cecinerit Gallus tertium me abnegabis*: illud dicere voluisse intelligendus est: *Prius quam primum gallicinium finitum fuerit, ter me negaveris*. Postquam igitur a Pilato Dominus iudicatus esset, tergum caesus loris plexis, (hoc enim est, quod flagellum dicitur,) Cruci adfigendus traditur. Atque haec omnia importune degener animus Pilati effecit, qui Iudaeos verebatur, ut seditiosum ipsum accusantes: ideoque poenam etiam suam meritus, quod, quum solvere ipsum posset, (nam, *utrumque possum*, inquit, *& te solvere, & adfigere etiam cruci*) minime fecerit, potiusque Iudaeos timuerit, qui negarent eum, si solveret, Caesaris amicum esse. Itaque condemnatus itidem est; idque ex ipsis Domini verbis satis clarum, quum iis dicit: *Qui me tradidit, is maiore culpa tenetur*. Tempus vero, quo ad iudicandum Iesum Pilatus federit in loco, cui nomen Lithostroto, ceu lapidibus stratum dicas, indicare Ioannes cupiens, Evangelicae Historiae Auctor: *Erat*, inquit, *festi Paschatis praeparatio, hora diei circiter sexta*. Cur autem sextus hebdomadae dies a Ioanne Evangelista *Paschatis praeparatio* dicatur, in promtu caussa est, ut enim

1 Διαδοχῆς] Scrib. διδαχῆς.

Sabbatum septimus est hebdomadis dies, *Sabbatumque* tamen dicitur, sive *Requies*, quia in eo ab omni opere quiescebant, servi, iumenta, & reliqua omnia: ita etiam *Praeparatio* sextus dies septimanae est: ideo autem adpellatur, quod eo omnia sibi Iudaei pararent, quae in Sabbato insequente necessaria ipsis forent; neque enim Sabbati die permissum illis, aut ignem accendere, aut ligna congerere, aut quidquam adeo ad cibum sibi adparare; quae quum omnia sexto die pararentur, nomen *Praeparatio* accepit. Ioannes igitur Evangelista, cum *Praeparationem Paschatis* diem illum adpellavit, manifesto ostendere voluit, quod Iudaei ex praescripto Legis suae, quae in festo illo Paschatis necessaria existimarent, tunc paraverint: siquidem post horam sextam, Luna Mensis decimaquarta, omnis fermentatus panis concrematus tollebatur: quique fermentatus non esset, ut receptus mos habebat, parabatur. Quae, quum ita sese habeant, manifestum est, quod in pane, ac vino Christus magnae quintae feriae vespera distribuerit, fermentatum omnino fuisse; quia, ut plerique censent, nondum erat tempus illud, quo non fermentati panis usus esset. Sed sermones istos vulgi deinceps omitte, & sacrarum litterarum seriem adverte. Magnae enim praeparationis vespera, & non magna quinta feria, mactari Agnum debuisse, ex aliis multis manifestum, ac potissimum ex iis, quae dicturi iam nunc sumus. Diem illum, cuius vespera Pascha mactari, & *Infermentatorum diem*, & *Pascha* item adpellabant, a vespera eius. Etenim, quia Lunae decimae quartae vespera, & mactari Agnus soleret, & infermentati panes edebantur: ideo etiam ipsa illa decima quarta, & *Infermentatorum dies*, & *Pascha*, nuncupata fuit: ac compertum est, has quoque adpellationes magnae Praeparationis tributas esse. Attende, sodes, quae dicamus: Prima *Infermentatorum* dies *magna quinta* nominatur, quia proxime antecederet. Quo modo enim *Magnam Praeparationem* Marcus *Antesabbatum* dicit, ceu quae ante Sabbatum esset: ita *magnam* quoque *quintam* Matthaeus *Infermentatorum* primam vocat, tamquam ista praecedentem, ut Ioannes Chrysostomus ait. Et sic Lucas, quum venisse, idest adpropinquasse, dicit diem *Infermentatorum*, eadem cum Matthaeo tradit. Ioannes etiam quum coenam ante festum Paschatis fuisse dicit, diem *Praeparationis* nobis designat; idque sequentia eius verba satis manifestum faciunt. Dicit enim: *Et ingressi ipsi non sunt in praetorium, ne nimirum polluerentur, verum uti Pascha ederent*. Iterum: *Moris est, ut unum vobis solvam in Pascha*, nempe instante. Sed & tempus repraesentans, quo Pilatus in Lithostroto consederit, ita dicit. *Erat Praeparatio Paschae, hora diei fere sexta*. Inde progrediens: *Erat enim magnus ille dies Sabbati*. Magnus enim ceteroquin diem illum non vocasset, nisi in Sabba-

δὲ ὅμως σάββατον, ἤτοι κατάπαυσις, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ γινομένην ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων κατάπαυσιν. τότε γὰρ ἀργεῖν ὁ δοῦλος, τὸ κτῆνος, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα. οὕτω καὶ ἡ παρασκευὴ ἕκτη μὲν ἡμέρα τῆς ἑβδομάδος ἐστί. λέγεται δὲ καὶ παρασκευὴ, διὰ τὸ παρασκευάζειν, καὶ οἷον εἰπεῖν ἑτοιμάζειν, τοὺς Ἰουδαίους ἐν αὐτῇ τὰ τοῦ σαββάτου. ἐν αὐτῷ γὰρ οὔτε πῦρ ἅψαι συγχωροῦνται, οὔτε ξύλα συνάξαι, οὔτε τὰ πρὸς τροφὴν ἁπλῶς ἑτοιμάσαι. ταῦτα λοιπὸν ἡ ἕκτη παρασκευάζουσα, παρασκευὴ κατωνόμασται. ὁ τοίνυν Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, παρασκευὴν τοῦ πάσχα τὴν τοιαύτην ἡμέραν καλέσας, ἔδειξε προφανῶς, ὅτι πρὸς τὴν τοῦ πάσχα τηνικαῦτα παρεσκευάζοντο ἑορτὴν οἱ Ἰουδαῖοι, κατὰ τὴν τοῦ νόμου διάταξιν. ἀπὸ γὰρ τῆς ἕκτης ὥρας τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τῆς σελήνης ἡμέρας πᾶς μὲν ζυμωτὸς ἄρτος πυρὶ καιόμενος ἠφανίζετο. τὰ δέ γε ἄζυμα κατὰ τὸ εἰωθὸς ἡτοιμάζοντο. εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, φαίνεται προφανῶς, ὅτι τὸ δοθὲν δι' ἄρτου καὶ οἴνου παρὰ Χριστοῦ κατὰ τῆς μεγαλῆς πέμπτην ἑσπέραν, ἔνζυμον ἦν. ὅτι μηδὲ καιρὸς ἀζύμων ἐτύγχανε τότε, κατὰ τὴν τῶν πλειόνων ὑπόληψιν. ἄφες λοιπὸν τοὺς τῶν πολλῶν λόγους, καὶ τῇ ἀκολουθίᾳ τῶν ἱερῶν λογίων πρόσεχε. ὅτι μὲν γὰρ κατὰ τὴν ἑσπέραν τῆς μεγάλης παρασκευῆς, οὐ μὴν δὴ τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ ὁ τυθῆναι ἀμνὸς ἔμελλεν, δῆλον μὲν καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἐκ τῶν ἤδη ῥηθησομένων σοί. τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἧς τῇ ἑσπέρᾳ τὸ πάσχα ἐθύετο, καὶ ἀζύμων ἡμέραν, καὶ πάσχα ὁμοίως καλεῖν εἰώθασιν, ἀπὸ τῆς ἑσπέρας πάντως αὐτῆς. καὶ γὰρ διὰ τὸ τὸν ἀμνὸν θύεσθαι, καὶ τὰ ἄζυμα ἐσθίεσθαι τῇ ἑσπέρᾳ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, κατὰ τοῦτο καὶ ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη αὕτη καὶ πάσχα, καὶ ἀζύμων ἡμέρα, ἐλέγετο. ταῦτα δὲ τὰ ὀνόματα καὶ τὴν μεγάλην παρασκευὴν κεκτημένην εὑρίσκομεν. καὶ πρόσχες, εἰ βούλει, τοῖς λεγομένοις. πρώτη τῶν ἀζύμων λέγεται ἡ μεγάλη πέμπτη, ὡς πρὸ τῶν ἀζύμων οὖσα. καθάπερ γὰρ ὁ Μάρκος καὶ τὴν μεγάλην παρασκευὴν προσάββατον ἔλεγεν, ὡς οὖσαν πρὸ τοῦ σαββάτου, οὕτω καὶ τὴν μεγάλην πέμπτην πρώτην τῶν ἀζύμων λέγει ὁ Ματθαῖος, ὡς πρὸ τῶν ἀζύμων οὖσαν, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, καὶ τὴν μεγάλην ἐνέφηνε πάντως παρασκευήν. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Λουκᾶς, ἐλθεῖν λέγων, τουτέστιν ἠγγικέναι τὴν τῶν ἀζύμων ἡμέραν, ταῦτα τῷ Ματθαίῳ ἠνοίξατο. ἀλλὰ καὶ ὁ Ἰωάννης, πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα γενέσθαι λέγων τὸ δεῖπνον, αὐτὴν εἶπε τὴν παρασκευήν. καὶ δηλοῦσι τὰ μετὰ ταῦτα. λέγει γὰρ, καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα. καὶ αὖθις· ἔστι δὲ συνήθεια ὑμῖν ἵνα ἕνα ὑμῖν ἀπολύσω ἐν τῷ πάσχατι, τῷ ἐνισταμένῳ δηλαδή. ἀλλὰ καὶ τὸν καιρὸν παριστῶν ἡνίκα ὁ Πιλᾶτος ἐκάθισεν εἰς τόπον τινὰ, Λιθόστρωτον λεγόμενον, οὕτω φησίν· ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα, ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη. καὶ παρακατιών. ἦν γὰρ μεγάλη ἡμέρα ἐκείνη τοῦ σαββάτου. μεγάλην δὲ αὐτὴν οὐκ ἂν ἄλλος [1] ἐκάλεσεν, εἰ μήπου συνέπιπτε τῷ σαββάτῳ ἐκείνῳ ἡ πρώτη τῶν ἀζύμων, ἡμέρα παρὰ τῷ νόμῳ καλουμένη. ταῦτα δὲ πάντα σαφῶς ὑπεμφαίνουσιν, ὅτι κατὰ τὴν παρασκευὴν ἐκείνην ἑσπέρας ὁμολογουμένως τὸ πάσχα ἐθύετο. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ παρα-

ba- ἀντι-

1 Ἄλλος] Scrib. ἄλλως.

Digitized by Google

σκευὴν τοῦ πάσχα εἶπεν αὐτὴν, ὡς παρασκευάζουσαν τὰ τοῦ ἐνισταμένου πάντας πάσχα. χωρὶς οὖν ἀντιλογίας ἐν τῇ ἑσπέρᾳ φαίνεται τῆς παρασκευῆς τὸ πάσχα γενέσθαι. εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν ὁ Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης τοῦτο ἔλεγε. καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα. καὶ πρόσχες, εἰ βούλει, τῷ μεγάλῳ Κυρίλλῳ, πρὸ τῶν ἄλλων ἐπισφραγίζοντι τὰ τοιαῦτα, καὶ λέγοντι· ὅτι τὸν τύπον τιμῶντες, ἤτοι τὸ πρόβατον, κἀντεῦθεν εἰσελθεῖν εἰς τὸ πραιτώριον προαιρούμενοι, τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν, τὸν Χριστὸν, ὕβριζον. ἔμελλον γὰρ θύειν τὸ πάσχα κατὰ τὸν νόμον τὸν μηδὲν παρ' αὐτοῖς ἰσχύοντα. εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, ματαιάζουσι προφανῶς οἱ λέγοντες, ὅτι κατὰ τὴν πέμπτην 1 ἑσπέραν τῆς μεγάλης πέμπτης τὸ τυπικὸν ἐσθίεται πρόβατον. τὰ γὰρ ἄζυμα συστῆσαι φιλονεικοῦντες, παραχαράττειν ἐπιχειροῦσι κακοθελῶς τὴν ἀλήθειαν. καὶ μή μοι τὸν χρυσοῤῥήμονα παράγαγε Ἰωάννην ἐν τῇ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ὀγδοηκοστῇ τετάρτῃ ὁμιλίᾳ λέγοντα· ὅτι τὸν Χριστὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀπροσδοκήτως κρατήσαντες, καὶ τὴν τοῦ πάσχα παριδεῖν εἵλοντο ἑορτὴν, τηνικαῦτα συμπίπτουσαν. ἔχεις γὰρ αὐτὸν ἐν τῇ τοῦ κατὰ Ἰωάννην ἑρμηνείᾳ, ἡνίκα λέγεται. καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα, τέλεον ἀναιροῦντα τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν. ἔνθεν τοι καὶ τὰ τοῦ θείου κατεξετάζειν ἀνδρὸς, ἡνίκα καὶ μᾶλλον ἐναντιοῦνται πρὸς ἄλληλα, μὴ πρὸς ἰσχύος ἔχοντες, σιωπῇ καὶ μάλιστα τιμᾶσθαι τὰ τοιαῦτα δέον ἐκρίναμεν. εἴγε καὶ εὔλογον ὕποπτα κατέχειν, ὅτι καὶ σύμφωνα ταῦτα ταῖς τῶν λοιπῶν πατέρων ἐπεξηγήσεσι φαίνονται. λέγει καὶ γὰρ ὅτι ὁ Χριστὸς πρὸ μιᾶς ἔφαγε τὸ πάσχα, τηρῶν τὴν ἑαυτοῦ σφαγὴν τῇ παρασκευῇ, ὅτε καὶ τὸ νομικὸν πάσχα ἐθύετο. ὅτι δὲ τὸ παρὰ κυρίου τοῖς ἀποστόλοις ἐν τῷ δείπνῳ δοθὲν ἔνζυμος ἄρτος ἦν, οὐ μὲν ἄζυμος, ὡς ἐκεῖνοι διισχυρίζονται, ὁ θειότατος οὗτος ἀνὴρ σαφέστατά σοι παρίστησιν· περὶ γὰρ τῆς παλαιᾶς καί τε νέας τὸν λόγον ποιούμενος καὶ τάδε κατὰ
„ ῥῆμα διήξεισιν. ἐκεῖ τὸ γράμμα. ὧδε τὸ πνεῦ-
„ μα. ἐκεῖ ἡ κιβωτὸς, ὧδε ἡ παρθένος. ἐκεῖ
„ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ὧδε ὁ σταυρός. ἐκεῖ ὁ ἀμ-
„ νὸς, ὧδε ὁ Χριστός. ἐκεῖ τὰ ἄζυμα, ὧδε ὁ ἄρ-
„ τος. ταῦτα μὲν ἐνεαράττει σοι κατ' ἐπιτομὴν, ὡς ὁρᾷς. οὐδὲ γὰρ ἐγχωρεῖται τοῦ καιροῦ πλέον ἐνδιατρίψαι τοῖς περὶ τούτων λόγοις. ὁ δὲ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς τὸ σταυρωθῆναι παραδίδοται. καὶ ὅρα τὰ μετὰ ταῦτα. ἀπὸ γὰρ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐννάτης, ἀγανακτοῦντος ἐπὶ τοῖς τολμωμένοις, οἷα εἰκὸς, τοῦ θεοῦ. ὅτι γὰρ οὐκ ἦν ἔκλειψις, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, ἀλλ' ὀργὴ, καὶ ἀγανάκτησις, καὶ ἀπὸ τοῦ καιροῦ δῆλον. τρεῖς γὰρ ὥρας παρέμενεν ἡ ἔκλειψις, ἥ τις ἐν μιᾷ γίνεται καιροῦ ῥοπῇ. καὶ τὰ μὲν τοῦ Χρυσοστόμου ταῦτα. ὁ δὲ θειότατος Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης οὐχ ἁ-

batum illud primus *Infermentatorum* dies, qui & sanctus in Lege dicitur, incidisset. Atque haec omnia satis palam item subindicant, circa vesperam Praeparationis istius sine ulla controversia Pascha mactari consuevisse. Ideo enim diem illum *Praeparationem Paschatis* adpellavit, quia in ipso omnia Paschati imminenti necessaria pararentur. Quocirca nulla controversia est, quin in *Praeparationis* vespera celebratum Pascha fuerit. Alioquin non in verbis iam citatis Ioannes Evangelista dixisset: *Neque ingressi sunt in praetorium, uti ne polluerentur, sed Pascha ederent*. Et, si placet, Cyrillum ausculta, ante omnes hic firmantem, dicentemque: *Quum figuram, idest, Agnum, honorarent, neque idcirco in praetorium ingredi vellent: in Christum, ipsum veritatem, iniurii erant: quippe mox Pascha mactaturi secundum legem, quae nil apud illos valeret*. Quae quum ita sese habeant, clarum est ineptire eos, quicumque dicunt, magnae quintae feriae vespera Agnum illum figuratum mactari solitum. Dum enim panum infermentatorum usum probare contendunt, maligne veritatem depravare instituunt. Nec Ioannem nunc Chrysostomum mihi obieceris, qui Homilia in Matthaeum octogesima quarta dicit: *Iudaeos, Christo praeter exspectationem suam potitos, etiam Pascha, quod in illum diem incideret, neglexisse*. Quippe alibi, ubi Ioannem nobis explicat, in istis verbis: *Et ingressi in praetorium non sunt, uti ne polluerentur, sed Pascha ederent*: opinionem istiusmodi plane evertit. Eam ob caussam divini huius viri verba, quum maxime ea inter se contraria sint, ideoque examinare, haud possimus, silentio honorare conveniens maxime existimavimus, aequiusque est, ultima illa, quae ceterorum Patrum interpretationibus consentanea videntur, retinere; ait enim, uno die prius Christum Pascha edisse, reservantem immolationem suam in diem Praeparationis, quo legale Pascha mactari. Fuisse autem, quod Apostolis suis Dominus in Coena dabat, panem fermentatum, non autem infermentatum, ut illi contendunt, vir hic idem divinissimus satis non dilucide docet. Nam, de veteri, & novo pariter Testamento verba faciens, ita dicit: *Illic litera est, hic spiritus. Illic arca, at hic virgo. Illic Aaronis virga, hic crux. Illic agnus, hic Christus. Illic, quae non fermentata, hic panis*. Haec, ut vides, quasi in compendio scribit. Neque enim permittit tempus, ut diutius in hac dissertatione inhaereamus. Dominus vero noster Iesus Christus traditur, ut cruci adfigatur: ac, quae postea facta, vide. Tenebrae enim ab hora sexta ad nonam usque per terram universam facta, indignante, uti par est, ea, quae auderentur, Deo. Non enim deliquium Solis exstitisse', ut Ioannes Chrysostomus ait: verum iram, & indignationem, vel e tempore manifestum; nam quum illud uno temporis momento fiat, hae tres horas duravere. Atque haec quidem est Chrysostomi sententia. Sed, vir ille divinissimus, Dionysius Areopagita, non simpliciter, verum novo quodam more, tenebras illas per terrarum omnem orbem factas dicit, ceu opposita Soli Luna. Ita enim ille scri-

1 Πέμπτην) Censeo a librario esse, & abundare.

Digitized by Google

ſcribit in Epiſtola ad Polycarpum hierarcham de Apollophane Sophiſta, qui Religionem Chriſtianam averſabatur: *Dicito ipſi*, (*Apollophani*) *ecquid de deliquio cenſes*, *facto in cruce ſalutari? nam uterque Heliopoli tunc eramus*, *eodemque in loco ſtantes*, *Lunam novo plane modo*, *extra coitionis tempus*, *in Solem incidere videbamus*: *deinde rurſum ab hora nona ad veſperam uſque*, *ratione naturae ignota*, *Soli ex adverſo oppoſitam*: *quum quidem adeo ipſe perculſus mihi*, *ut diceret*: *haec quidem*, *mi Dionyſi*, *ſunt rerum divinarum inter ſe commutationes*. Atque haec ita ſeſe habent. De caligine vero iſta, quae in ſalutari Cruce evenit, Zacharias quoque Propheta mira quadam ratione loquitur. Ita enim ait: *Illo die*, quo nimirum Chriſtus cruci adfigetur, *lux non erit*, *ſed frigus*, *ac gelu*, *diem totum occupabit*: *eſtque is dies Domino notus*, *cui omnia ſunt praecognita*, *& nec dies erit*, *nec nox*. Neque enim proprie dies nuncupari poterat, propter trium horarum tenebras: neque item nox revera, propter lucem, quae uſque ad ſextam, & poſt nonam rurſum fuit: quod Propheta oſtendens, inquit: *Luxque circa veſperam erit*. Nec Prophetae, o dilecte, haec tantum dixere, ſed Graecorum quoque multi ſcriptis ſuis prodiderunt, illud temporis magnum terrae motum fuiſſe, tenebraſque adeo magnas, ut & ſidera adparerent. Tum quoque propheticam illam dictionem in cruce protulit: *Mi Deus*, *mi Deus*, *cur me deſeruiſti?* Ebraice vero haec ita dixit: *Eli*, *Eli*, *lama ſabachthani*. Et cuius iſtuc rei gratia? niſi ut Iudaei etiam intelligerent, qui nihilominus petulantia, & procacitate, tanta ferebantur, quemadmodum Chryſoſtomus ait, ut Eliam advocare eum putarent. Et haec quidem illi hoc modo, ſed vox illa, & diſcidit velum templi, & ſepulcra etiam aperuit; quae licet viderent fatui, tamen intelligere omnino noluerunt; imo inſuper illudentes: *Quin de cruce nunc deſcendat*, inquiebant, *ut hoc viſo fidem ei habeamus*. Verum ille, ut Chryſoſtomus ait, in cruce manens, ſervorum ſuorum corporibus abunde iſtud oſtendebat. Nam ſi magnum eſt cenſendum, Lazarum, quartum iam diem mortuum, excitatum e ſepulcro exiiſſe; certe multo illud maius, plures, olim vita functos, derepente vivos conſpici. Et Matthaeo diviniſſimo animum adverte, ita hac de re dicenti: *Multa defunctorum corpora excitata ſunt*, *qui in urbem ſanctam ingreſſi*, *poſtquam iam reſurrexiſſent*, *a quam multis ſunt conſpecti*. Sed hic adtendendum tibi. Si enim, de Chryſoſtomi ſententia corpora iſta, Chriſto adhuc in cruce haerente, excitata; quomodo ea Evangeliſta poſt reſurrectionem Chri-

πλῶς οὕτω, κατὰ δὲ ἀντίφραξιν τῆς σελήνης τὸ σκότος ἐκεῖνο λέγει γίνεσθαι καινοπρεπῶς τὸ παγκόσμιον. ἐπιστέλλων γὰρ ἱεράρχῃ τῷ Πολυκάρπῳ διὰ τὸν σοφιστὴν Ἀπολλοφάνη, μὴ καταδεχόμενον τὰ χριστιανῶν, καὶ τάδε φησὶ κατὰ ῥῆμα „ πρὸς αὐτόν. εἶπε δὲ αὐτῷ. (τῷ Ἀπολλοφά- „ νει.) τί λέγεις περὶ τῆς ἐν σωτηρίῳ σταυρῷ γε- „ γονυίας ἐκλείψεως. ἀμφότεροι 1 γὰρ τότε κατὰ „ τὴν Ἡλίου πόλιν ἅμα παρόντες, καὶ συνεστῶτες 2, πα- „ ραδόξως τὴν σελήνην ἐμπίπτουσαν ἑωρῶμεν 3. οὐ „ γὰρ ἦν συνόδου καιρός. αὖθίς τε αὐτὴν ἀπὸ „ τῆς ἐννάτης ὥρας ἄχρι τῆς ἑσπέρας εἰς τὸ τοῦ „ ἡλίου διάμετρον ὑπερφυῶς ἀντικαταστασαν 4 το- „ σοῦτον δὲ καὶ αὐτὸς ἐξεπλάγη τότε, ὥστε καὶ οὕτω „ πρός με εἰπεῖν. ταῦτα, ὦ Διονύσιε, θείων ἀμοιβαὶ πραγμάτων εἰσί. καὶ ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. περὶ δὲ τοῦ σκοτασμοῦ ἐκείνου, τοῦ κατὰ τὸ σωτήριον πάθος γεγονότος, θαυμασίως πῶς καὶ τῷ προφήτῃ Ζαχαρίᾳ διείληπται· λέγει „ γὰρ, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐκ ἔσται φῶς. ἡνίκα „ δηλαδὴ σταυρωθήσεται ὁ Χριστός. ἀλλὰ ψύχος, „ καὶ πάγος, ἔσται μίαν ἡμέραν. καὶ ἡ ἡμέρα „ ἐκείνη γνωστὴ τῷ κυρίῳ. ἄνω γὰρ ἅπαντα „ προεγίνωσκεν ὁ θεός καὶ γὰρ οὐχ ἡμέρα, καὶ οὐ νύξ. οὔτε γὰρ ἡμέρα κυρίως ἦν, διὰ τὸ τρίωρον ἐκεῖνο σκότος. οὔτε νὺξ ἀληθῶς, διά τε τὸ μέχρις ἕκτης ὥρας, καὶ μετὰ τὴν ἐννάτην γινόμενον φῶς. „ ὃ δὴ καὶ δηλῶν ὁ προφήτης ἔλεγε. καὶ πρὸς „ ἑσπέραν ἔσται φῶς. ταῦτα δὲ, ἀγαπητὲ, οὐ μόνον προφῆται προεῖπον, ἀλλὰ καὶ ἐν πολλοῖς Ἑλληνικοῖς ὑπομνήμασιν εὑρένται. καὶ σεισμὸν γὰρ μέγαν τηνικαῦτα λέγουσι γίνεσθαι, καὶ σκότος τοσοῦτον, ὥστε ἀστέρας φανῆναι. τότε δὴ τότε καὶ προφητικὴν ἐπιφέρει ῥῆσιν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ οὕτω λέγουσαν. θεέ μου, θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; Ἑβραϊστὶ δὲ ταῦτα ἔλεγεν. ἠλὶ ἠλὶ λαμὰ σαβαχθανί. τίνος ἕνεκεν; ἵνα καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ταῦτα κατάδηλα γένηται. ἀλλ᾽ ἐπὶ τοσοῦτον ἀκόλαστοι καὶ ἀσελγεῖς ὄντες ἐκεῖνοι, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, ἐνόμισαν Ἡλίαν καλεῖν· καὶ οὗτοι μὲν οὕτως. ἀλλ᾽ ἡ φωνὴ ἐκείνη καὶ τὸ καταπέτασμα ἔσχισε, καὶ τὰ μνημεῖα ἀνέωξεν. ἀλλ᾽ οἱ μάταιοι καὶ τοιαῦτα βλέποντες συνιέναι ὅλως οὐκ ἤθελον. μᾶλλον μὲν οὖν καὶ καταβάτω ἐκ τοῦ σταυροῦ ἔλεγον, ἵνα ἴδωμεν, καὶ πιστεύσωμεν. ἀλλ᾽ ἐκεῖνος ἐν τῷ σταυρῷ μένων, ὡς ὁ χρυσοῤῥήμων φησὶν, ἐν τοῖς τῶν δούλων σώμασιν ἐκ περιουσίας ἐδείκνυε τοῦτο πολλῆς. εἰ γὰρ τὸ τεταρταῖον ἐξελθεῖν τὸν Λάζαρον μέγα· πολλῷ μᾶλλον τὸ, πολλοὺς τῶν πάλαι κοιμηθέντων φανῆναι ζῶντας ἀθρόον. καὶ πρόσχες τῷ θειοτάτῳ Ματθαίῳ, περὶ τούτων οὕτω λέγοντι. πολλὰ δὲ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἠγέρθησαν, καὶ εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ. ἀλλ᾽ ἐνταῦθα προσέχειν σε ἄξιον. εἰ γὰρ κατὰ τὸν χρυσοῤῥήμονα Ἰωάννην ἐπὶ σταυροῦ ἔτι ὄντος τοῦ Χριστοῦ τὰ τοιαῦτα ἠγέρθησαν σώματα, πῶς ἐμφανισθῆναι ταῦτα μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἔγερσιν ὁ Εὐαγγελιστὴς ἱστορεῖ; ἐγὼ δέδοικα μήποτε τὸ αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ αὐτῶν 5, ὀφέλει

---

1 Ἀμφότεροι) In Dionyſii exemplaribus eſt, ἀμφοτέρω, numero duali.

2 Παρόντες, καὶ συνεστῶτες] In Dionyſii textu itidem eſt numero duali, παρόντε καὶ συνεστῶτε.

3 Ἑωράκαμεν) Apud Dionyſium eſt, ἑωρῶμεν.

4 Ἀντικαταστάν] Scrib. ἀντικαταστᾶσαν. Et ita eſt apud Dionyſium.

A

5 Μήποτε αὐτοῦ, ἀντὶ τοῦ αὐτῶν) Cenſeo tranſponendas voces, legendumque, μήποτε αὐτῶν, ἀντὶ τοῦ αὐτοῦ, flagitat; & apud Matthaeum, quem allegat cap. XXVII. verſ. LIII. αὐτοῦ, legitur, non αὐτῶν. Itaque dicit, αὐτῶν legendum eſſe videri, non αὐτοῦ, quemadmodum editur.

Digitized by Google

λει ἀναγινώσκεσθαι. τὰ γὰρ σώματα ἐκεῖνα μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἔγερσιν αὐτῶν καὶ εἰσῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς. τότε δὴ τότε καὶ ἡ προφητικὴ ῥῆσις ἔλαβε πέρας, ἡ λέγουσα τοῖς ἐν δεσμοῖς, ἐξέλθετε· καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει, ἀνακαλύπτεσθαι. καὶ κατὰ μὲν τὴν ἐκείνην 1 ὥραν, ὥς φασιν αἱ γραφαὶ, σαυροῦται ὁ κύριος. κατὰ δὲ τὴν ἐννάτην, τὸ πνεῦμα ταῖς πατρικαῖς χερσὶ παρατίθησιν. εἰ δὲ καὶ πρὸς ᾅδην ἀκούσεις τὴν ἑαυτοῦ κατιέναι ἁγίαν ψυχὴν, μὴ θαύμαζε τούτου ἕνεκεν. ἀδύνατον εἶναι λέγων καὶ πρὸς ᾅδην αὐτὴν κατελθεῖν, καὶ ταῖς τοῦ πατρὸς παρατεθῆναι χερσίν. ἡ γὰρ τοῦ θεοῦ χεὶρ, ἡ τὰ πάντα δηλαδὴ συγκρατοῦσα δύναμις, καὶ ἄνω ἐστιν ἐν οὐρανῷ, καὶ κάτω ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ τῶν τοῦ ᾅδου ψυχῶν 2 οὐ διαλείπει ποτέ. ὥστε εἰ καὶ πρὸς ᾅδην ἡ ἁγία τοῦ Χριστοῦ ψυχὴ τηνικαῦτα κατήρχετο, ἀλλὰ τῆς τὰ πάντα συγκρατούσης δυνάμεως, καθάπερ εἴπομεν, οὐ κατελιμπάνετο. εἴ γε καὶ μᾶλλον δύναμις τοῦ πατρὸς αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὡς ὁ Παῦλός φησι. παρατίθησι μὲν οὖν ταῖς πατρικαῖς χερσὶ τὴν ψυχήν. ὡς ἐντεῦθεν καὶ πάσαις ταῖς τῶν δικαίων ψυχαῖς τὴν ἐπὶ τὰ ἄνω πορείαν χαρίσασθαι. οὐδὲ γὰρ ἀπέθανε δωρεὰν ὑπὲρ αὐτῶν. κάτεισι δὲ πρὸς τὸν ᾅδην, ἵνα καὶ τοῖς ἐκεῖσε κατεχομένοις κηρύξῃ, καὶ διδάξῃ πάντας, ἣν ἠγνοήκασι θεοσέβειαν. καὶ πείθου τῷ κορυφαίῳ „ Πέτρῳ, περὶ τούτων οὕτω διεξιόντι. καὶ τοῖς ἐν „ φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν ἀπειθή- „ σασί ποτε. ἀλλὰ καὶ γὰρ ὁ θεολόγος Γρη- „ γόριος, ἐντεῦθεν ὁρμώμενος, περὶ τούτων οὕτω „ φησίν. ἆρα πάντας ἔσωσεν ἐπιφανεὶς ἐν ᾅδῃ „ ὁ κύριος, ἢ κἀκεῖ τοὺς πιστεύσαντας; μὴ οὖν „ ἀμφίβαλλε. καθάπερ γὰρ τοῖς ἐν γῇ εὐηγγελίσατο εἰρήνην, καὶ τοῖς μὲν πιστεύσασι σωτηρίας γέγονε πρόξενος, τοῖς δὲ ἀπειθήσασιν ἀπιστίας ἔλεγχος. ὡς ὁ Δαμασκηνὸς Ἰωάννης φησὶν, οὕτω καὶ τοῖς ἐν ᾅδῃ. μὴ θαύμαζε δὲ, ἀγαπητὲ, εἴ γε καὶ ψυχαί τινες ἐν ᾅδῃ κατεχόμεναι τὸ κατὰ Χριστὸν οὐκ ἠθέλησαν δέξασθαι κήρυγμα. καθάπερ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ μακαρίου Παύλου, ἡνίκα τὰ τῆς φυλακῆς ἔσεισε θεμέλια, ὁ μὲν δεσμοφύλαξ εὐθέως ἐπίστευσεν, οἱ δὲ δεσμῶται τῇ ἀπιστίᾳ ἐναπέμειναν, καὶ ταῦτα τὰς σιδηρᾶς αὐτῶν χειροπέδας ἑωρακότες ἄφνω διαῤῥαγείσας, οὕτω καὶ τοῖς ἐν ᾅδου γενήσεσθαι 3 πίστευε. εἰ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν βούλει μαθεῖν, δι' ἣν ἐκήρυξε καὶ ταῖς ἐν ᾅδου ψυχαῖς ὁ σωτὴρ, αὕτη ἐστίν. ἐν τῷ εφ'. ἔτει γέγονεν ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρώπησις. τίνος ἕνεκεν; ὅτι κατ' ἐκεῖνο καιρὸν προεχήχθη εἰς φῶς ἡ τῷ κατὰ Χριστὸν μυστηρίῳ ὑπηρετοῦσα, ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος, ὅτι τῆς κακίας ἡ νόσος, ὡς ὁ Νυσσεὺς ἔφη θεῖος Γρηγόριος, τηνικαῦτα παρήκμαζεν, ἡ ἀρχῆθεν ἐνσκήψασα τῇ φύσει τῆς ἀνθρωπότητος. ὅτι τὰ ἔθνη καλούμενα τότε πείθεσθαι ἔμελλον. καὶ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ ὁ πάμμεγας ἔλεγε Παῦλος. ὅτι, ὅτε ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ. καλῶς οὖν ἐν διαληφθέντι σαρκοῦται ὁ κύριος. ὅτι καὶ κατὰ πάντα τὸ τοιοῦτον εὔθετον ἦν. ἀλλ' ἐπειδὴ καί ὡς ἐντεῦθεν ἀναπολογήτους εἶναι ἅπαντας, καὶ πρόσθεν χρόνοις μετὰ σαρκὸς ἐπὶ γῆς διατρίβοντα, τούτου χάριν οὐ παραιτεῖται καὶ πρὸς ᾅδην αὐτὸν κατελθεῖν, καὶ ταῖς ἐκεῖσε κηρύξαι ψυχαῖς. εὐαγ-

Christi conspecta dicit? Vereor ego, ne αὐτοῦ potius, quam αὐτῶν, sit legendum; nam corpora illa, postquam a mortuis excitata ipsa essent, urbem sanctam intravere, plurimisque adparuerunt. At tunc Prophetae illud impletum est, quo iubentur, qui captivi, exire vinclis: quique in tenebris versarentur, lucem accipere. Et hora sexta, ut testantur sacrae literae, Dominus cruci adfixus fuit: nona vero in manus Patris spiritum deposuit. Quod vero animam eius sanctam ad inferos descendisse audis, ne mirere; impossibile esse dicens, ad inferos eam descendisse, & in manibus paternis depositam fuisse. Nam Dei manus, sive continens omnia potestas, & in Caelo est, & in Terra, nec ab orci etiam angulis umquam abest. Itaque, etsi sancta Christi anima tunc ad inferos descenderit, tamen ab illa potestate, quam omnia continentem dixi, nihil abfuit: eo magis, si quemadmodum Paulus ait, potestas Patris Christus ipse est. Igitur animam in Patris sui manus deponit, ut hoc pacto animabus iustorum omnibus viam ad superna daret. Neque enim gratis pro ipsis mortuus est. Descendit autem ad inferna, uti iis, qui detinerentur illic, praedicaret: doceretque universos, quem ignorabant, Dei cultum. Ac summo Petro, ita de his disserenti, fidem habeto: *Et profectus spiritibus captivis, ante id tempus infidelibus, praedicavit*. Hincque adrepta occasione Gregorius Theologus de his in hunc modum loquitur: *Anne Dominus in infernis omnes servavit, an & illic eos tantum, qui crediderunt?* Ne quid dubites. Nam ut iis, qui inhabitabant terram, laetum pacis nuntium tulit, ac credentibus conciliator salutis fuit: non credentibus, incredulitatis index; ita etiam iis, qui in inferis essent, uti Damascenus ait. Noli autem, o dilecte, admirari, quod nonnullae animarum in infernis praedicationem Christi non recipere voluerint. Nam, quemadmodum in beato Paulo accidit, quum concuteret ille fundamenta carceris, uti custos statim crederet, qui captivi autem erant, etsi compedes suas ferreas derepente ruptas cernerent, in incredulitate sua permanerent: ita illis, qui in infernis, factum crede. Quod si causam etiam quaeris: cur Servator animabus in infernis praedicaverit, ea haec est. Anno Iↄↄ. Iↄ. Servator noster carnem adsumsit, illam ob rem, quod id temporis in hanc lucem proferretur, ut Basilius Magnus ait, quae mysterio Christi erat servitura: aut, secundum illum divinum Gregorium Nyssenum, quia tunc malitiae morbus, qui naturam humanitatis ab initio ipso invaserat, defloruerat, & vocatae item gentes fidem adrepturae erant. Atque hoc est, quod magnus etiam Paulus dixit: Deum, postquam temporis plenitudo esset, filium suum ablegasse. Recte ergo, quo diximus tempore ad omnia idoneo, carnem Dominus humanam ad-

1 Ἐκείνην) Scrib. ἕκτην.
2 Ψυχῶν) Scrib. μυχῶν.
3 Γενήσεσθαι) Scrib. γεγενῆσθαι.

Digitized by Google

adsumsit. Quia vero, & nonnulli, qui in impietate vixerant, tanta animi virtute erant, ut vocati accessuri, ac de Christo Evangelium promte amplexuri fuissent, si temporibus superioribus cum carne in terra commorantem conspexissent, eapropter etiam ad inferna descendere, & detentis ibi animabus praedicare, non recusat: ut hoc pacto nulla excusandi ratio cuiquam esset; nec vel bonitatem suam boni amitterent, vel e contra mali dicere iure possent credituros, si vidissent, se fuisse. Ac de istis hunc in modum dictum esto. At Iudaei, ne in cruce corpora manerent diem Sabbati, quando Praeparatio esset. magnusque omnino dies Sabbati apud ipsos haberetur, rogare Pilatum, & quae porro Historia Passionis narrat. Deductum ergo ligno Iesum in novo monumento locant. Verum hic quoque, o dilecte, sapientiam Dei vide. Ne enim crucis ipsius iacturam faceremus, neu sanctissimi Domini corpus pro furore usitato, Iudaei igne, aut abolerent: Augustum Caesarem ad censendum mundum totum excitavit, Ebraeosque in potestatem Romanis dedit. Atque hinc est, quod Pilato, tunc Provinciae ipsorum Praesidi, Dominum sistunt; quum de eo pro libidine animi sui statuendi facultatem non haberent: quippe hanc si habuissent, vel lignea ipsum serra medium secuissent: nosque eo modo crucem custodem nostram, amisissemus. Nam si amicum Ieremiam in canalem luto plenum coniecerunt, quid non Domini nostri corpore, nisi contraria Romanorum lege inhibiti, factum ivissent? Ideo itaque habitus census, quemque ad Rempub. recte ordinandam pertinerent instituta: unde factum, uti sepulcro corpus Domini traderetur. Memini autem, o dilecte, quum de triduana Domini sepultura multa mecum disceptares, trium dierum spatium emetiri hic posse negans. Verum, sodes, missas hic opiniones multorum facito, ceu inventa humanarum ratiocinationum: quin Isidoro Pelusiotae fidem habe, inquienti: quod, quemadmodum in defunctis, quacumque tamdem quispiam hora moriatur, dic tantum insequenti interposito, proximo mane tertium mortis diem dicimus; ita & de Christo accipiendum esse, quippe in Praeparationis die, qui est unus, animam efflavit, in sepulcro, vide ecce secundum diem, Sabbato iacuit: in Dominica: ecce tertium, e sepulcro resurrexit. Lucae quoque, & Cleopae, crede, qui dicebant: *Ad haec omnia tertius iam dies agitur, ex quo haec gesta*. Quin si citius aliquanto e sepulcro excitatus surrexisset, ne sic quidem reprehendi quidquam omnino iure possit; imo contra multo magis adorandus omnibus esset, quod promisso praestituto patienter tolerato, resurrectionem suam maturaverit. Et haec de istis vir divinus, quem iam dixi, Isidorus Pelusiota. At Chrysostomus, recte Christum fecisse ait, qui non commorandum sibi in sepulcro totum triduum existimaverit; nisi enim illo tempore resurrexisset, quo & milites ad custodiam adsiderent; sed post tertium potius diem, quum iam illi abiissent, habuissent homines pessimi, quo se excusare pos-

εὐαγγέλιον δέξασθαι, εἴπερ εἶδον αὐτὸν τοῖς ἐμφανῆς τοσοῦτον ὑπῆρχον ψυχῆς, ὥστε καὶ προσελθεῖν καλουμένους αὐτοὺς, καὶ τὸ κατὰ χριστὸν ἑτοίμως τινὲς τῶν ἐν ἀσεβείᾳ τὴν ζωὴν καταλυσάντων ἀμήτε τοὺς ἀγαθοὺς ἀπολέσαι τὴν αὐτῶν ἀγαθότητε, μήτε τοὺς οὐκ ἀγαθὸν ἀντιλέγειν δύνασθαι, ὃς εἴπερ εἴδομεν, ἐπιστεύσαμεν ἄν. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως. οἱ δὲ Ἰουδαῖοι ἵνα μὴ μένῃ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα ἐν σαββάτῳ, ἐπεὶ παρασκευὴ ἦν, ἦν γὰρ μεγάλη ἡμέρα ἐκείνου τοῦ σαββάτου, ἠρώτησαν τὸν Πιλᾶτον, καὶ τὰ ἑξῆς. κατάγουσιν οὖν ἀπὸ τοῦ ξύλου τὸν Ἰησοῦν, καὶ μνήματι καινῷ κατατίθενται, ἀλλ' ὅρα κἀντεῦθεν τὴν τοῦ θεοῦ σοφίαν, ἀγαπητέ. ἵνα γὰρ μὴ τὸν σταυρὸν αὐτὸν ζημιωθῶμεν. ἵνα μὴ τὸ πανάγιον τοῦ κυρίου σῶμα πυρὸς ἢ θαλάσσης ἔργον ποιήσωσεν, τῇ συνήθει κἀν τούτῳ μανίᾳ χρησάμμενοι, τὸν Αὔγουστον ἤγειρε Καίσαρα τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἀπογράψασθαι γίνεται ταῦτα. καὶ τὸ τῶν Ἑβραίων γένος τῇ τῶν Ῥωμαίων ὑποπίπτει ἀρχῇ. ταύτῃ τοι καὶ τῷ λαχόντι Πιλάτῳ τὴν ἡγεμονίαν αὐτῶν παριστῶσι τὸν κύριον, μὴ συγχωρούμενοι τὸ βουλητὸν αὐτοῖς ἐπ' αὐτῷ διαπράξασθαι. καὶ γὰρ εἰ συνεχωρήθησαν λίθοις ἂν τὸν Χριστὸν ἐθανάτωσαν, ἢ ξυλίνῳ κατέπρισαν πριόνι. κἀντεῦθεν ἡμεῖς τὸν φύλακα ἡμῶν ἐζημιέμεθα σταυρόν. εἰ γὰρ τὸν φιλόθεον αὐτοῖς Ἱερεμίαν βορβόρου λάκκῳ ἐνέβαλον, τί οὐκ ἂν εἰς τὸ τοῦ κυρίου σῶμα ἐποίησαν, εἰ μή γε τὸν Ῥωμαϊκὸν εἶχον νόμον αὐτοὺς ἀναστέλλοντα. γίνεται λοιπὸν ἡ ἀπογραφή. τὰ τῆς εὐταξίας εἰσάγουσα κἀντεῦθεν τὸ κυρίου σῶμα τελείᾳ ταφῇ παραδίδοται. Οἶδα δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ περὶ τῆς τριημέρου ταφῆς τοῦ κυρίου πολλὴν ἐποιήσω συζήτησιν. ἡμέρας ἐκμετρῆσαι δῆθεν ἐπὶ ταύτης τρεῖς μὴ δυνάμενος, ἀλλ' ἄφες, εἰ βούλει, τὰ τῶν πολλῶν. ὅτι καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων εἰσὶν ἐφευρέματα. πείθου δὲ μᾶλλον Ἰσιδώρῳ τῷ Πηλουσιώτῃ, λέγοντι· ὅτι, καθάπερ ἐπὶ τῶν τελευτώντων ποιεῖν εἰώθαμεν, ὁποίᾳ δ' ἂν ὥρᾳ τελευτήσῃ τὶς, τὴν ἑξῆς μόνην ὑπερτιθέμεθα. τῇ δὲ ἑτέρᾳ ἕωθεν τριταίαν ἄγομεν ἡμέραν αὐτοῦ καὶ οὕτω καὶ ἐπὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ διανοεῖσθαι σε χρή. καὶ γὰρ κατὰ τὴν παρασκευὴν παρέδωκε τὸ πνεῦμα. τοῦτο μία ἡμέρα. τὸ σάββατον ὅλον ἐν τῷ τάφῳ ἐποίησεν. ἰδοὺ δύο ἡμέραι. μετὰ δὲ τοῦτο τῆς κυριακῆς ἐπιφωσκούσης, ἐκ τάφου ἐγείρεται. ἰδοὺ καὶ τρίτην ἔχεις ἡμέραν. καὶ πείθου τοῖς περὶ Λουκᾶν καὶ Κλεόπαν, οὕτω λέγουσι πρὸς αὐτὸν τὸν Χριστόν. ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις τρίτην ταύτην ἡμέραν ἀνάγει σήμερον, ἀφ' οὗ ταῦτα ἐγένετο. εἰ δὲ καὶ τάχιον ἐκ τάφου ἐγήγερται, οὐ κατὰ τοῦτο πάντως αἰτιαθήσεται. μᾶλλον μὲν οὖν καὶ προσκυνηθήσεται παρὰ πάντων, ὅτι τὸν ἐμπρόθεσμον καρτερήσας ὑπόσχεσιν, τὴν ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ τάχιον ἐποιήσατο ἔγερσιν. καὶ περὶ μὲν τούτων οὕτως ὁ διαληφθεὶς θεῖος ἀνήρ. ὁ δὲ χρυσοῤῥήμων Ἰωάννης φησί. ὅτι καὶ λίαν ἐποίησε καλῶς ὁ Χριστὸς, πρὸ τῆς τῶν τριῶν ἡμερῶν συμπληρώσεως ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν. εἰ γὰρ τότε ἀνέστη, καθημένων αὐτόθι τῶν στρατιωτῶν, καὶ φυλασσόντων, ἀλλ' ἀναχωρησάντων μετὰ τὴν τρίτην ἡμέραν, εἶχον ἄν τι καὶ λέγειν οἱ κάκιστοι. προέφθασε λοιπὸν ἀναστάς. ἔδει γὰρ παρακαθημένων αὐτῶν γενέσθαι τὴν ἀνάστασιν. οὐκοῦν ἠναγκάζετο καὶ τῶν τριῶν ἡμερῶν ἐντὸς ἐκ νεκρῶν ἐγερ-

θῆναι, ὡς εἴ γε παρελθουσῶν αὐτῶν, κἀκείνων ἀναχωρησάντων, ἡ ἀνάστασις γέγονεν, ὕποπτον ἂν εἶναι τὸ πρᾶγμα ἔμελλε. διὸ καὶ σφραγίσαι τὸν τάφον, ὡς ἐβούλοντο, συνεχώρησεν ὁ Πιλάτος. εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, μὴ ἐπὶ πλέον τὰ θεῖα περιεργάζου ῥητά. μηδὲ ζήτει τρεῖς ἡμέρας, καὶ τρεῖς νύκτας, ἐπὶ τῇ ταφῇ τοῦ Χριστοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν. ὅπου γε καὶ ταύτας, εἰ βούλει, τὸν θειότατον ἔχεις Ἰσίδωρον ἐκμετροῦντά σοι. ἕκτῃ ὥρᾳ τῆς παρασκευῆς ἐσταυρώθη ὁ κύριος ἀπὸ ταύτης, ἕως ὥρας ἐννάτης, σκότος ἐγένετο· τοῦτό μοι νύκτα νόησον. πάλιν ἀπὸ ἐννάτης, ἕως ἑσπέρας αὐτῆς, φῶς. τοῦτο νόησον αὖθις ἡμέραν. ἔχεις, ἰδοὺ, νυχθήμερον ἕν. πάλιν ἡ νὺξ τῆς παρασκευῆς, καὶ ἡ τοῦ σαββάτου ἡμέρα, νυχθήμερον ἔχεις ἰδοὺ νυχθήμερα δύο. πάλιν ἡ τοῦ σαββάτου νὺξ, καὶ ὁ τῆς κυριακῆς ὄρθρος, νυχθήμερον. ἔχεις ἰδοὺ νυχθήμερον τρίτον, ἐν ᾧ καὶ ἀνέστη ὁ κύριος. εἴ γε καὶ ἄδηλος ἦν ἡ ὥρα τῆς ἀναστάσεως· καθά δὴ καὶ ἡ τῆς δευτέρας παρουσίας αὐτοῦ. Οἶδα δὲ, ἀγαπητὲ, καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις ζητοῦντά σε. τίνος ἕνεκεν ἡ τοῦ κυρίου ταφὴ τριήμερος, καὶ οὐ πλειόν, ἢ ἔλαττόν, αὕτη ἐγένετο. ὑπὲρ πάσης ἔπρεπε τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως ἀποθανεῖν τὸν Χριστὸν, ὑπέρτε δηλαδὴ τῶν προαποθανόντων, τῶν τε περιόντων καὶ, τῶν μελλόντων γίνεσθαι. ἐπειδὴ καὶ τρεῖς εἰσὶ καιροί. παρεληλυθὼς, ἐνεστὼς, μέλλων, καὶ τοὺς μὲν προαποθανόντας, ἔσωσε κατελθὼν ἐν τῷ ᾅδῃ· τοὺς δὲ τότε περιόντας ἔσωσεν, ὡς πιστεύσαντας εἰς αὐτόν· τοὺς δὲ μετὰ ταῦτα γενησομένους, ὡς πιστεύσαντας εἰς τὸ τῶν ἀποστόλων κήρυγμα, καὶ βαπτισθέντας. εἰ οὖν τὴν ὅλην ἡμῶν φύσιν ἔλαβε, δῆλον ὅτι καὶ τὴν ὅλην ἡμῶν φύσιν ἀνέπλασε. καλῶς οὖν ἡ τοῦ κυρίου ταφὴ τριήμερος γέγονεν. ἀνίσταται οὖν ὁ κύριος ἐκ νεκρῶν, ἀλλ' οὐκ αὐτίκα πρὸς οὐρανοὺς ἀνάγεται. κατὰ γὰρ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον τοὺς μαθητὰς ἐπιστηρίξαι βουλόμενος, ἡμέρας ἐνταῦθα ποιεῖ τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς ἐστιν, ὅτι καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην διαλεγόμενος, ὠτειλὰς ἐν τῷ θεοειδεῖ δεικνύων ἐκείνῳ σώματι, συνεσθίων αὐτοῖς, ἅμα καὶ πίνων. οὐχ ὡς τροφῆς δεόμενος, ἀλλὰ πιστούμενος, καὶ τἄλλα πάντα ποιῶν, ὅσαπερ εἴωθε τοὺς ἀσθενεῖς ἀσφαλίζεσθαι. καὶ πρῶτα μὲν ὤφθη δυσὶ γυναιξίν. ἡνίκα καὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ κρατήσασαι κατησπάζοντο. ἔπειτα τῇ Μαγδαληνῇ μόνῃ ὀπτάνεται. μετὰ δὲ ταῦτα τῷ κορυφαίῳ Πέτρῳ, καθὰ καὶ „ Παῦλος φησίν. ὁ κύριος ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, „ ὤφθη πρῶτον Κηφᾷ. ὤφθη τοῖς περὶ Λουκᾶν καὶ Κλεόπαν. ὤφθη τοῖς δέκα. εἶτα τοῖς ἕνδεκα. ὤφθη κατὰ τὴν Γαλιλαίαν αὐτοῖς. ὁμοίως ἐν τῇ Τιβεριάδι. ὤφθη Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφοθέῳ, ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίων ἀνδρῶν. καὶ τελευταῖον ἐφάνη αὐτοῖς ἐν τῷ ὄρει τῶν ἐλαιῶν, ἐν ᾧ καὶ τὴν χαμόθεν ἐποιήσατο ἔπαρσιν μεθ' ἡμέρας, ὡς εἴρηται, τεσσαράκοντα. Εἰ δὲ καὶ τοῦτο βούλει μαθεῖν, τίνος ἕνεκεν μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν αὐτοῦ ἔγερσιν ἡμέρας ἐπὶ γῆς ἐποίησε τεσσαράκοντα, καὶ οὐ πλεῖον, ἢ ἔλαττον, ὁ μέγας, ἰδοὺ, Ἐπιφάνιος δι' ὀλίγων ἐπιλύσει σοι τὸ τοιοῦτον ἀπόρρητον. ὃν γὰρ τρόπον, φησὶ. μετὰ τὸ γεννηθῆναι ὁ Χριστὸς ἀνεκλίθη ἐν φάτνῃ, ἐσπαργανώθη, καὶ μεθ' ἡμέρας

possent; eapropter resurrectione sua tempus apud antevertit, quum hanc fieri, ipsis adhuc adsidentibus, oporteret; necessarium igitur fuit, ut a mortuis intra triduum excitaretur; quippe si praeterito illo, ac digressis iam militibus, resurrexisset; non suspicione omnino res caruisset; ideo etiam permisit iis, ut sepulcrum, quod petebant, obsignarent. Quae quum hunc se in modum habeant, noli ultra curiosius in sacrarum litterarum verba inquirere, neve triduum etiam totum, ac trinoctium, in Christi, & Servatoris nostri, sepultura desiderare; quum praesertim, ecce, Isidorum habeas, virum illum divinissimum, qui, si ita vis, spatium hoc tibi emetitur. Sexta Praeparationis hora Dominus cruci est adfixus; ab hac tenebrae usque ad nonam exstitere, hanc tu mihi noctem puta. Rursus a nona ad vesperam usque lucidum fuit, & hunc iterum diem cense; itaque spatium diei, & noctis integrum habes. Rursum nox Praeparationis, Sabbatumque insequutum, idem tibi spatium facient, idem quoque Sabbati nox, & Dominicae matutinum. Habes ergo dies tres cum noctibus totidem. Quorum tertio Dominus noster resurrexit, etsi hora parum certa, qualis item illa secundi adventus futura est. Hic tu autem, o dilecte, satis scio, etiam illud inter cetera me rogabis, qua de causa trium dierum, neque plurium, aut pauciorum, sepultura Domini fuerit. Responsum in promtu est: nempe rem pro natura humana omni mortem obire oportebat; pro iis scilicet, qui iam ante mortui erant, quique supererant etiamnum, & qui post adhuc futuri. Tria enim tempora habemus: praeteritum, praesens, ac futurum. Atque eos quidem, qui defuncti, suo ad inferos descensu servavit; qui supererant, ut qui in eum credidissent; post futuros, ut Apostolis credituros, & Baptismum accepturos. Quod si igitur naturam nostram totam refinxit, recte sepultura eius triduana est. Resurgit igitur a mortuis Dominus, sed non statim in Caelum reducitur. Nam, quae magni Athanasii est sententia, Discipulis suis confirmandis, quadraginta post id dies in hac terra est versatus, conspectus ipsis, ac de pace verba faciens, vulnera in divino illo suo corpore etiam ostendens, potum, ac cibum una capiens, cetera denique omnia faciens, quae infirmis confirmandis fieri solent. Ac primum quidem mulierculis duabus visus est, quum pedibus illae comprehensum amplecterentur. Inde soli Magdalenae est conspectus, postea Petro illi summo, cuius rei Paullus quoque testis, inquiens: *Excitatus e mortuis Dominus, primo a Cepha est conspectus*. Visus quoque Lucae, & Cleopae, decemque, & undecim inde Apostolis, rursum illis in Galilaea, iterumque ad Tiberiadem, etiam Iacobo fratri, ac quingentis plus hominibus; denique in olivarum monte, ubi a terra sublatus, quadragesimo, ut dixi die. Quod si scire etiam cupies, cur a resurrectione in terris quadraginta dies, neque plures, paucioresve sit versatus, magnus, ecce, Epiphanius dubium istud paucis tibi verbis solvet. Quo modo, ait, Christus natus in Praesepi est collocatus, fasciisque involutus, inde quadragesimo die, prout Mosis Lex iubebat, Deo in templo suo oblatus; ita primus e mortuis renatus,

tus, quadraginta in terris dies commoratur; inde in Ierosolyma illa superna revertitur, coram Dei illic vultu nostra causa compariturus. Atque hoc magno Paulo credit, inquienti: *Non in manibus facta sacraria, quae verorum instar essent, intravit Christus; sed in ipsum adeo Caelum, ut coram Deo nostra ibi causa compareat.* Itaque sic adsumtus Dominus, moxque decem post diebus Sancti Spiritus fit descensus. Factus autem decimo die, quod hic numerus sit perfectus; isque requiri videbatur, quum descenderet ob hanc causam Spiritus Sanctus, ut Discipulos, qui tum imperfecti esse, perfectos redderet. Perfectos autem factos Discipulos ex imperfectis, summus quoque Petrus ostendit; ad hunc enim quum animum advertes, videbis, ab ancillula misera terrefactum, Magistrum suum ter negasse; postea vero, a Spiritu Sancto confirmatum, summa oris libertate in populo concionatum esse, omnibusque auctorem fuisse, ne quid ad Christum accedere dubitarent. Quinquagesimo ergo die postquam resurrexit Christus, descensus Spiritus Sancti accidit. Et cur istud? nempe, quia Lex quoque vetus die a conspecto Deo quinquagesimo data fuerat. Quippe, ut divinus ille Chrysostomus ait, vel historia potius Mosis, cui Deum videre contigit; quum praeteriissent dies quinquaginta, ex quo AEgypto egressi Iudaei, scriptas Dei manu Tabulas Moses accepit. Eam ob rem, si Lex vetus die quinquagesimo data, eo item Spiritus Sancti gratiam dari omnino oportuit; ita ut istinc, o dilecte, satis constet, tam ex novo, quam antiquo Testamento, indivisam divinitatis naturam esse, Spiritumque etiam Sanctum utroque tempore legem dedisse. Porro visae illis linguae dispertitae, quasi igneae. Et cur linguae? quippe opus praedicatione erat, utque efficaciam suam figura ostenderet, ut Ioannes Chrysostomus ait; nam & piscatores erant, & oratione quoque ad praedicandum indigebant. Dispertitas vero dicit, quod videretur ignis uniformis dividi, distribuique per Apostolos; ignisque ille non quidem ipse Spiritus erat, sed vis eius. Neque in ora quoque ipsorum immissae linguae, sed capitibus insidebant, quia principes, praeconesque terrae totius statuebantur: idque etiamnum obtinet: siquidem capiti constituendi sacrorum Praesulis Evangelium superimponitur, quod quum factum, nihil aliud est videre, quam linguam capiti inhaerentem. In ignis porro forma visae illae linguae, propter eum, qui dixit: veni, ut ignem Mundo immitterem, ob frequentia eius vitia, & silvae instar subolescentia. Sedit autem in unoquoque, quia, quicumque Dei ministerium obit, solium Dei est; ideo etiam dixit, *Sedit.* Suntque omnes Spiritu Sancto mox repleti, coeperuntque linguis plane aliis loqui, prout ipsis Spiritus daret. Quod mirati, qui adstarent: numquid omnes, inquiebant, qui loquuntur, sunt Galilaei? quomodo autem nostra quemque nunc loquentem lingua audimus, Parthi, Medi, Elamitae, ceterique. Quindecim vero linguarum dona tunc Apostoli

τεσσαράκοντα προσήχθη τῷ θείῳ ναῷ, καὶ κατὰ τὸν τοῦ Μωσέως νόμον παρέστη τῷ θεῷ. οὕτω καὶ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν γεγονὼς, ἡμέρας ἐνταῦθα ποιεῖ τεσσαράκοντα. εἶθ' οὕτως πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐπανάγεται, τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ „ ἐμφανισθησόμενος ὑπὲρ ἡμῶν. καὶ πείθου τῷ με„ γάλῳ Παύλῳ λέγοντι. οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα „ ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν ἀληθι„ νῶν· ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανι„ σθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν. οὐκοῦν „ ἀνελήφθη ὁ κύριος. ἡμέραι μετὰ ταῦτα διέρ„ χονται δέκα, καὶ ἡ τοῦ παναγίου πνεύματος „ γίνεται κάθοδος. μετὰ δέκα δὲ συμπλήρωσιν ἡμερῶν ἡ τοιαύτη γίνεται κάθοδος, διότι τέλειος ὁ δέκατος ἀριθμός. ἐπειδὴ τοίνυν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ τούτῳ κατερχόμενον, ἵνα καὶ τοὺς ἀτελεῖς μαθητὰς τελείους ἀπεργάζηται, τούτου χάριν ἐν ἀριθμῷ τελείῳ, τουτέστιν ἐν ἡμέρᾳ δεκάτῃ, πρὸς αὐτοὺς ἐπεφοίτησεν. ὅτι δὲ τελείους ἔδειξε τοὺς ἀτελεῖς μαθητὰς, ὁ κορυφαῖος Πέτρος τοῦτο παρέστησεν. ὅρα γὰρ νουνεχῶς, ὅτι παιδίσκῃ τινὶ πρότερον οἰκτρᾷ θροηθεὶς τὸν διδάσκαλον τρίτον ἠρνήσατο. τῷ παναγίῳ δὲ πνεύματι στομωθεὶς, ὕστερον, μετὰ παῤῥησίας ὅτι πολλῆς ἐδημηγόρει μέσον λαοῦ. κἀντεῦθεν ἔπεισεν ἅπαντας, ἀνενδοιάστως προσέρχεσθαι τῷ Χριστῷ. μετ' ἡμέρας οὖν ὡς, εἴρηται, πεντήκοντα τῆς ἐκ νεκρῶν ἐγέρσεως τοῦ Χριστοῦ, ἡ τοῦ παναγίου πνεύματος γίνεται κάθοδος. τίνος ἕνεκεν; ὅτι καὶ ὁ παλαιὸς νόμος ἐν ἡμέρᾳ πεντηκοστῇ θεοῦ φανέντος ἐδίδοτο. κατὰ γὰρ τὸν χρυσοῤῥήμονα καὶ θεῖον Ἰωάννην, μᾶλλον δὲ κατὰ τὴν τοῦ θεόπτου Μωσέως ἱστορίαν, πεντήκοντα διῆλθον ἡμέραι μετὰ τὴν ἐξ Αἰγύπτου τῶν Ἰουδαίων ἔξοδον. καὶ τηνικαῦτα τὰς θεοχαράκτους ὁ Μωσῆς πλάκας ἔλαβεν. εἰ τοίνυν ἐν ἡμέραις πεντήκοντα ὁ παλαιὸς ἐδίδοτο νόμος, ἔδει πάντως κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν δοθῆναι καὶ τὴν τοῦ παναγίου πνεύματος χάριν· ὥστε ἐντεῦθεν, ἀγαπητὲ, κατά γε τὴν παλαιὰν καὶ τὴν νέαν, ἀδιαίρετον δειχθῆναι τὴν φύσιν τῆς θεότητος· καὶ ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐνομοθέτει καὶ τότε καὶ νῦν. Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι, ὡσεὶ πυρός. διὰ τί γλῶσσαι; ἐπειδὴ κηρύγματος χρεία, καὶ ἵνα τὸ σχῆμα τὴν ἐνέργειαν ἑρμηνεύσῃ, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς. ἁλιεῖς γὰρ ἦσαν οἱ ἀπόστολοι, καὶ πρὸς τὸ κήρυγμα λόγου ἐδέοντο. μεριζόμεναι δὲ, εἶπεν, ὅτι πῦρ ἐφάνη κατερχόμενον μονοειδὲς, εἶτα τοῖς ἀποστόλοις ἐμερίζετο. τὸ δὲ πῦρ ἐκεῖνο οὐκ αὐτὸ ἦν τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ δύναμις πνεύματος. οὐκ ἐν τῷ στόματι δὲ αὐτῶν ἐβλήθησαν αἱ γλῶσσαι, ἀλλ' ἐπὶ κεφαλῆς ἐκάθισαν. ἄρχοντες γὰρ τῆς οἰκουμένης ἐχειροτονοῦντο, καὶ κήρυκες. ὅρα γὰρ, ὅτι καὶ ἕως ἄρτι τοῦτο κρατεῖ. ἐπιτίθεται γὰρ τῇ κεφαλῇ τοῦ μέλλοντος χειροτονηθῆναι ἀρχιερέως τὸ εὐαγγέλιον. καὶ ὅταν ἐπιτεθῇ, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἰδεῖν, ἢ γλῶσσαν προσεπικειμένην τῇ κεφαλῇ. ἐν εἴδει δὲ πυρὸς, διὰ τὸν εἰπόντα. πῦρ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον βαλεῖν, χάριν τῶν ὑλομανούντων παθῶν. καὶ ἐκάθισεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν. πᾶς οὖν ὁ διακονῶν τῷ θεῷ, θρόνος ἐστὶν τοῦ θεοῦ. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐκάθισεν, εἶπεν. καὶ ἐπλήσθησαν πάντες πνεύματος ἁγίου. καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις, γλώσσαις καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀποφθέγγεσθαι, ἐφ' ᾧ καὶ οἱ παρεστῶτες ἔλεγον. οὐκ ἰδοὺ, πάντες οἱ λαλοῦντες Γαλιλαῖοι, οὗτοι εἰσι, καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ ἡμῶν διαλέκτῳ, Πάρθοι, καὶ Μῆδοι, καὶ Ἐλά-

καὶ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ λοιποί. δεκαπέντε δὲ γλωσσῶν τέως ἔλαβον χαρίσματα, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, ὅσον πρὸς τοὺς παρόντας· τίς γὰρ ἦν χρεία Περσικῆς γλώττης, μὴ παρόντων Περσῶν; δεκαπέντε δὲ γλῶσσαι ἐφάνησαν· καὶ διὰ τοῦτο, ἵνα καὶ ἡ ἐνέργεια τῆς τριάδος φανῇ, καὶ ὑπηρέται οἱ δώδεκα. καὶ ἦν ἰδεῖν τὸν Γαλιλαῖον Πέτρον, Ῥωμαϊστὶ λαλοῦντα, γλῶσσαν ἣν οὐκ ἔμαθεν, ὥσπερ δὴ καὶ ἕνα ἕκαστον τῶν λοιπῶν ἰδίαν γλῶσσαν λαλοῦντα. οἰκονομεῖ γὰρ τοῦτο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα μὴ στάσις ᾖ ἐν τοῖς ἀποστόλοις, περὶ τοῦ ποῦ δεῖ ἕκαστον ἀπελθεῖν. ἐφ' ᾧ καὶ δίδοται ἑκάστῳ ἰδία γλῶσσα ὥσπερ κανών. ἤγουν, Ῥωμαϊστὶ λαλεῖς, ἄπελθε εἰς τὴν Ῥώμην. Περσιστὶ λαλεῖς, ἄπελθε εἰς τὴν Περσίαν, καὶ ἐν τῇ γλώσσῃ μὲν, ὡς εἴρεται, ἔλαβον τὸν κανόνα. ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν ἐχρῆν αὐτοὺς ἀπερχομένους εἰς Ῥώμην διέρχεσθαι διὰ πολλῶν ἐθνῶν ἐλάμβανον ὥσπερ παραβοηθοὺς ἑτέρας γλώσσας, τὴν πρώτην ἀντὶ χειροτονίας ἔχοντες. εὑρίσκεται γὰρ ἕκαστος τῶν ἀποστόλων καὶ διαφόροις γλώσσαις λαλῶν, ἐπειδὴ καὶ διὰ πολλῶν παρήεσαν ἐθνῶν. δῆλον ἐξ ὧν ὁ Παῦλος φησίν. εὐχαριστῶ τῷ θεῷ. πάντων ὑμῶν γλώσσαις λαλῶ. τότε δὴ τότε καὶ ἡ τοῦ θειοτάτου Ἰωὴλ προφητεία πέρας ἐλάμβανεν, ἡ
„ οὕτω λέγουσα. ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου
„ ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, πιστεύσασαν δηλαδή. οὐ μόνον γὰρ οἱ ἀπόστολοι γλώσσαις ἐλάλουν ἀλλὰ καὶ πάντες, οἱ παρ' αὐτῶν βαπτιζόμενοι, τὸ τοιοῦ-
„ τον ἐδέχοντο χάρισμα. καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ὁ
„ κύριος ἔλεγε. σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι ταῦ-
„ τα παρακολουθήσει. ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμό-
„ νια ἐκβαλοῦσι· γλώσσαις λαλήσουσι καιναῖς. καὶ ὅρα, δώδεκα ἐν Ἐφέσῳ ἄνδρας, ὡς ὁ Λουκᾶς ἱστορεῖ, προβαπτισθέντας μὲν εἰς τὸ τοῦ Ἰωάννου βάπτισμα, πνεῦμα δὲ μηδὲ εἰδέναι τί ποτ' ἐστὶ λέγοντας· ἀλλ' ἡνίκα τὰς χεῖρας ὁ Παῦλος ἐπέθηκε, τηνικαῦτα τὸ τῶν γλωσσῶν ἐδέχοντο χάρισμα. ἐπειδὴ γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀόρατον ἦν, ἔδει πάντως τῆς ἐκείνου παρουσίας αἰσθητόν τινα γίνεσθαι ἔλεγχον· ὡς ἐντεῦθεν ἀδιαστάτως ἐπὶ τὸ θεῖον λουτρὸν ἅπαντας ἔρχεσθαι. τοῦτο μέν τοι τὸ χάρισμα ἐρήθισε καὶ τὸν Σίμωνα τοῖς ἀποστόλοις τε προσελθεῖν, καὶ τὸ βάπτισμα αἰτήσασθαι. εἰ μὴ γὰρ αἰσθητὴν ἑώρα τὴν πνεύματος δύναμιν, οὐκ ἂν ἐκεῖνος τοῖς τοῦ Χριστοῦ προσήρχετο μαθηταῖς, οὐκ ἂν ἐπιδεὴς αὐτῶν ἐπὶ τοσοῦτον ἐφαίνετο. καὶ τότε μὲν οἱ βαπτιζόμενοι τῇ τοῦ παναγίου πνεύματος ἐπιφοιτήσει τῶν γλωσσῶν ἐδέχοντο χάρισμα. ἐπὶ δέ γε τοὺς περὶ τὸν Κορνήλιον καὶ πρὸ τοῦ βαπτισθῆναι ἔπεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐλάλουν γλώσσαις διὰ τί δὲ καὶ πρὸ τοῦ βαπτισθῆναι τὴν τοῦ παναγίου πνεύματος ἐνέργειαν ἐδέχοντο; διὰ τὴν πολλὴν τῶν ἐκ περιτομῆς πιστευσάντων διάκρισιν, διεκρίνοντο γὰρ οὗτοι, μὴ θέλοντες καὶ βαπτιζομένοις τοῖς ἐθνικοῖς ἀναμίγνυσθαι. Οἶδα δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ τὸν καιρὸν ἐκβιάζῃ μαθεῖν, καθ' ὃν ἡ τοῦ μακαρίου Παύλου γέγονε κλῆσις. καὶ κατά τινας μὲν ἱστορικοὺς, καὶ μᾶλλον Ἱππόλυτον τὸν Θηβαῖον, ἐνιαυτοὶ διῆλθον ἑπτὰ, μετὰ τὴν τοῦ κυρίου ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν. καὶ ὁ πρωτομάρτυς Στέφανος τὸ μακάριον τέλος ἐδέξατο. μετὰ δὲ ταῦτα ὡσεὶ μῆνες διῆλθον ἓξ, καὶ ἡ τοῦ Παύλου γέγονε κλῆσις. ἀλλ' ἡ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἱστορία διέξεισιν, ὡς οὔπο

ſtoli accipiebant, quemadmodum Chryſoſtomus ait, pro praeſentium ratione; nam quis Perſis non praeſentibus, linguae Perſicae uſus erat? Quindecim autem linguae viſae, ut conſtaret efficacia Trinitatis, ac duodecim miniſtrorum. Ac videre tunc licebat Petrum Galilaeum Romanorum lingua utentem, quam non didicerat; ſingulosque reliquorum idiomate peculiari differentes. Quod eo conſilio a Spiritu Sancto inſtitutum, ne diſſidium inter eos oriretur, quo abeundum cuique foret; ideoque unicuique normae inſtar lingua propria data fuit, ut Romane, qui loqueretur, Romam iret, & in Perſiam, is qui Perſice. Itaque in lingua, uti dictum, normam ſuam acceperunt. Iterum vero, quia Romam profecturis per diverſas gentes erat tranſeundum, ideo linguas quoque alias, tamquam ceteris adiutrices, accepere, priorem ordinationis vicem habentes; quiſque enim Apoſtolorum, ut itinere per diverſas gentes facto, lingua varia uſus eſſe invenitur; idque ex iis, quae Paulus dicit, manifeſtum: *Deo ego gratias ago, quod omnium veſtrum linguis loquar*. Tuncque Ioelis diviniſſimi prophetia eſt impleta, quae ita habet: *Et de ſpiritu meo effundam in omnem carnem*; eam nempe, quae crediderit. Neque enim ſoli Apoſtoli linguis variis loquebantur, ſed quicumque etiam ab iis baptizati donum iſtud accipiebant. Hocque eſt, quod dixit Dominus: *Signa eos, qui crediderunt, haec ſequentur: meo in nomine eiicient genios, linguiſque item novis loquentur*. Et duodecim mihi viro: Epheſi vide, quos commemorat Divus Lucas, quum Ioannis prius Baptiſmum accepiſsent, ignorare ſe fatentes, quidnam rei Spiritus eſset; at mox, ſimul manus ipſius Divus Paulus impoſuiſset, donum linguarum accepiſse. Nam quandoquidem Spiritus Sanctus aliquid erat, quod videri minime poſset; omnibus modis oportebat eius praeſentiae ſignum ſenſile quoddam dari; ut hoc pacto ſine ulla controverſia univerſi ad Lavacrum ſanctum accederent. Atque hoc donum eſt, quod Simonem extimulavit, ut Apoſtolos accedens Baptiſmum peteret. Niſi enim vim vidiſset Spiritus ſenſilem, nullo modo Chriſti Diſcipulos acceſſiſſet, nec ſe adeo indigere his putaſset; quique tunc baptizabantur, Spiritus Sancti acceſſione linguarum donum accipiebant. Verum enimvero in Cornelium, & quicumque cum eo erant ante, quam baptizarentur, etiam illapſus Spiritus Sanctus, loquutique variis linguis. Quare vero, necdum accepto Baptiſmo, Spiritus Sancti efficaciam acceperunt? propter multam diſceptationem illorum, qui a Circumciſione crediderunt; namque hi ſeparare ſeſe, nec cum ethnicis baptizatis quidquam ſibi commune velle. Scio autem, o dilecte, te percupere tempus ſcire, quo vocatus Paulus fuerit. Quae quorumdam hiſtoricorum eſt ſententia, & potiſſimum Hippolyti Thebani, anni a Reſurrectione Domini ſeptem praeterierant; martyrumque primus Stephanus beatum vitae finem acceperat; a quo tempore menſibus fere ſex elapſis illa Pauli vocatio contigit. Sed Euſebii Pamphili Hiſtoria hic diſsentit, atque a Reſurrectio-

ctione Domini nostri nondum annum praeteriisse, quum haec cuncta, primi Martyris certamen, & conversio Divi Paulli, evenirent. Licebat autem tunc videre impletum oraculum, quod praediceret: *Quonam vadas, gnarum tibi; quidnam vero sis passurus, id non item*. Nam quum litteras a primoribus Sacerdotum accepisset, ut abire ipsi liceret, Christianosque, ubi inventos, occidere, in itinere visum amittit; namque Caelitus lux inenarrabilis quaedam, proficiscentem circumfulgens, oculos eius praestringebat, voxque insuper, quae ex alto compellaret, audiebatur: *Saule*, *Saule*; quasi dicas; frater, frater; *qua de causa me persequeris?* Ad Ananiam deinde mittitur, & Baptismum ab eo accipit, oculosque animae, & corporis, illuminatur; ac deinceps vir insignis per trigintaquinque annos concionandi munere fungitur. Nam Tiberii Caesaris anno decimo octavo salutaris Domini nostri Iesu Christi passio accidit. Nondum vero annus ille decimus octavus praeterierat, quum haec omnia iam commemorata nobis, evenerunt. Ineunte vero anno decimo nono Paullus concionari incipit, ut Historia nobis testis. Praetereunt itaque anni Tiberii reliqui quatuor; nam viginti duos omnino imperasse invenitur; item anni quatuor Caii, Claudiique quatuordecim; cui Nero mox successit, qui Imperii suo anno decimo tertio eum occidit. Anni ergo, quibus concionatus Paullus, triginta quinque inveniuntur. Adeo vero, quae ministerii sui essent accurabat, ut Iacobum, Domini fratrem, etiam adierit; & de se tondendo item, lustrandoque, propter Iudaeos consuluerit. Hic Iacobus primus Praesul Ierosolymorum fuit constitutus, ne quid Petrus, ac Ioannes, Iacobusque, de honore disceptarent, uti Clemens ille Stromateus narrat. Hic Iacobus, virtutis causa, etiam *Iustus* adpellatus; isque ipse est, qui de summo templi culmine praeceps datus, caputque a fullone ictus ligno quodam, mortem obiit. Nam Iudaei, misso a Festo ad Caesarem Paulo, ad quem ipse provocasset, quum spe sua, qua insidias illi struxerant, excidissent ad hunc versi: inhibeto, aiunt, populum, nunc ad Iesum aberrantem; quippe nos, & populus adeo universus, iustum te esse testes sumus. Erat autem festum Paschae, statutoque in pinna templi, iuste, aiunt, tibi omnes fidem habemus; itaque, quando populus errans Iesum cruci adfixum sequitur: dic tu nobis, quae ad Deum ianua ducat; quumque ipse respondisset, in Caelo Iesum ad magnae potestatis dextram considere, & e nubibus adventurum, magna voce exclamarunt: heu, heu, etiam iustus in errorem est abductus; quamobrem quum adscendissent, mox deiectum lapidibus iactis occiderunt; moxque ipsos Caesar Vespasianus obsedit. Adeo vero iustus erat, qui, ut inter Iudaeos saperent, propter ipsum obsideri se censerent. Et Iosephus ita scribit: *Haec Iudaeis evenerunt in Iacobi illius iusti, qui frater Iesu Christi dictus, ultionem*. Ac quo quidem modo obierit praecipitatus, dein lapidi-

εἷς ἐνιαυτὸς ἐπεπλήρωτο μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν τοῦ κυρίου ἀνάστασιν, καὶ ταῦτα πάντα ἐγένετο, οἱ ἆθλοί τε τοῦ πρωτομάρτυρος, καὶ ἡ τοῦ μακαρίου Παύλου προσέλευσις. ἀλλ' ἦν ἰδεῖν ἐπ' αὐτοῦ τηνι-„ καῦτα πληρούμενον τὸ λόγιον τὸ λέγον· ποῦ ὑ-„ πάγεις. οἶδας· τί δὲ μέλλεις παθεῖν, οὐκ οἶ-„ δας. ἐπιστολὰς γὰρ ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων λαβὼν, ὥστε ἀπελθεῖν, καὶ τοὺς ὁπουδήποτε περιευρισκομένους Χριστιανοὺς ἀναιρεῖν, πηροῦται τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ καθ' ὁδόν. περιήστραψεν γὰρ ἄνωθεν αὐτὸν ἄρρητον φῶς. καὶ οὕτως οἱ τοῦ σώματος αὐτοῦ λύχνοι παραχρῆμα ἐσβέσθησαν. ἀλλὰ καὶ φωνῆς ἄνωθεν ἤκουσε πρὸς αὐτὸν οὕτω λεγούσης· Σαοὺλ, Σαοὺλ, τουτέστιν ἀδελφὲ, ἀδελφὲ, τί με διώκεις; στέλλεται λοιπὸν πρὸς Ἀνανίαν· καὶ βάπτισμα δέχεται. κἀντεῦθεν φωτίζεται τούς τε ψυχικοὺς καὶ σωματικοὺς ὀφθαλμούς. κηρύσσει λοιπὸν ὁ παμμέγας Παῦλος ἔτη τριάκοντα καὶ πέντε. ἐν γὰρ τῷ δεκάτῳ ὀγδόῳ ἔτει Τιβερίου Καίσαρος τὸ σωτήριον πάθος γέγονε τοῦ Χριστοῦ. οὔπω τὸ τοιοῦτον ιη. ἔτος πεπλήρωται, καὶ τὰ διαληφθέντα τηνικαῦτα γεγόνασι. τρέχειν ἤρξατο τὸ ιθ'. ἔτος τῆς βασιλείας Τιβερίου Καίσαρος, καὶ κηρύσσειν ὁ Παῦλος ἄρχεται, ὡς ἡ ἱστορία φησί. διέρχονται τοίνυν ἔτη τέσσαρα τὰ ἐπίλοιπα τῆς βασιλείας Τιβερίου καὶ γὰρ εἴκοσι καὶ δύο ἔτη τὰ πάντα κρατήσας εὑρίσκεται. διέρχονται δὲ ὁμοίως καὶ τὰ τῆς βασιλείας Γαΐου ἔτη τέσσαρα, καὶ τὰ Κλαυδίου δὲ ὁμοίως ἔτη ὡσεὶ ιδ'. τοῦτον ὁ Νέρων διαδέχεται, καὶ τῷ ιγ'. ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀναιρεῖ τὸν ἀπόστολον. τριάκοντα λοιπὸν καὶ πέντε εὑρίσκονται τὰ ἔτη, ἐν οἷς ὁ Παῦλος ἐκήρυξε. τοσοῦτον δὲ τὰ τῆς αὐτοῦ μετεχειρίζετο διακονίας, ὡς καὶ πρὸς Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον εἰσελθεῖν, καὶ συμβουλὴν ἐξ ἐκείνου δέξασθαι, ξυρεθῆναι καὶ ἁγνισθῆναι τῶν Ἰουδαίων ἕνεκεν. οὗτος ὁ Ἰάκωβος ἀρχιερεὺς Ἱεροσολύμων πρῶτος ἐχρημάτιζε. προείλοντο γὰρ αὐτὸν, ὥστε μὴ Πέτρον, καὶ Ἰωάννην, καὶ Ἰάκωβον, δόξης ἕνεκεν ἐπιδικάζεσθαι, καθὰ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἱστορεῖ. τοῦτον μέν τοι τὸν Ἰάκωβον καὶ δίκαιον ἐκάλουν. διὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετήν. οὗτός ἐστιν ὁ κατὰ πτερυγίου βληθεὶς, καὶ παρὰ τοῦ κναφέως ξύλῳ πληγεὶς κατὰ κεφαλῆς εἰς θάνατον. Ἰουδαῖοι γὰρ, τοῦ Παύλου Καίσαρα ἐπικαλουμένου, καὶ ὑπὸ Φήστου πεμφθέντος, τῆς ἐλπίδος, καθ' ἣν ἐξήρτυον αὐτῷ τὴν ἐπιβουλὴν, ἐκπεσόντες, ἐπ' αὐτὸν τρέπονται, καὶ λέγουσι ἐπίσχες τὸν λαὸν, ἐπεὶ ἐπλανήθη εἰς Ἰησοῦν. ἡμεῖς γὰρ μαρτυροῦμέν σοι, καὶ πᾶς ὁ λαὸς, ὅτι δίκαιος εἶ. ἦν δὲ πάσχα. καὶ στήσαντες αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον, εἶπον· δίκαιε, σοὶ πάντες πειθόμεθα. ἐπεὶ δὲ ὁ λαὸς πλανᾶται ὀπίσω Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος, ἀπάγγειλον ἡμῖν, τίς ἡ θύρα τοῦ θεοῦ; ἐκείνου δὲ ἀποκριθέντος, ὅτι ὁ Ἰησοῦς κάθηται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγάλης δυνάμεως, καὶ μέλλει ἔρχεσθαι ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ἔκραξαν. ὢ! ὢ! καὶ ὁ δίκαιος ἐπλανήθη! κατέβαλον οὖν αὐτὸν ἀναβάντες, καὶ ἔβαλον λίθοις. καὶ εὐθὺς Οὐεσπασιανὸς πολιορκεῖ αὐτούς. τοσοῦτον δὲ ἦν δίκαιος, ὡς τοὺς ἔμφρονας τῶν Ἰουδαίων νομίζειν δι' αὐτὸν αὐτὰ γενέσθαι. γράφει δὲ καὶ Ἰώση-„ πος. ταῦτα δὲ συμβέβηκεν Ἰουδαίοις κατ' ἐκ-„ δίκησιν Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς „ Ἰησοῦ, τοῦ λεγομένου Χριστοῦ. τὸν μὲν οὖν τρόπον τῆς τελευτῆς αὐτοῦ, ἤγουν τὸ κρημνισθῆναι, καὶ λιθασθῆναι, καὶ γονυπετῆσαι, καὶ εὔξασθαι ὑπὲρ αὐτῶν, καὶ ξύλῳ πληγέντα τελειωθῆναι, ὁ Κλήμης ἱστόρησεν. ὁ δὲ Ἰώσηπος ταῦτα. οἶνον, καὶ σίκεραν,

οὐκ

Digitized by Google

οὐκ ἔπιεν· ἔμψυχον οὐκ ἔφαγεν· ξυρὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ οὐκ ἀνέβη· ἔλαιον οὐκ ἠλείψατο· καὶ βαλανείῳ οὐκ ἐχρήσατο. τούτῳ μόνον ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι, καὶ δέεσθαι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ. ὡς ἐντεῦθεν ἀπεσκληκέναι τὰ γόνατα αὐτοῦ δίκην καμήλου, γονυπετοῦντος, καὶ δεομένου ἄφεσιν τῷ λαῷ. ἀπέκτειναν δὲ αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, μετὰ τελευτὴν τὴν τελευτὴν Φήστου ἀναρχίαν εὑρόντες. καὶ ὁ μὲν Ἰάκωβος οὗτος, ὁ ἀδελφόθεος δηλαδὴ, τῇ δωδεκάδι τῶν μαθητῶν οὐκ ἦν ἐναρίθμιος. τὰ πρῶτα δὲ ὅμως παρ᾽ αὐτοῖς ἔφερε. καὶ γὰρ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ὁ κύριος, ὡς ὁ Κλήμης φησὶ, Πέτρῳ, καὶ Ἰωάννῃ, καὶ Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφοθέῳ, τὴν γνῶσιν ἔδωκεν οὗτοι δὲ τοῖς λοιποῖς. πρὸ γὰρ τῆς ἀναστάσεως καὶ ἐνεχότων τῷ κυρίῳ, καὶ ἠπίστουν αὐτῷ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, ὡς ὁ Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης φησί. Πρόσεχε δὲ, ἀγαπητὲ, εἰ γὰρ καὶ πρώτους ἐκείνους ὁ κύριος τοὺς δώδεκα ἐξελέξατο, εἰ καὶ τιμῆς ἠξίωσε πλείονος, εἰ καὶ ἐπὶ δώδεκα θρόνων ὑπέσχετο καθίσαι αὐτοὺς, τὰς δώδεκα φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ κρίνοντας, εἰ καὶ σύνδειπνοι αὐτῷ ἔσονται κατ᾽ ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐπειδὴ μεμενήκασι μετ᾽ αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ἔχομεν ἀλλαχοῦ τὸν κύριον αὐτὸν πρὸς τοὺς ἐκ Ζεβεδαίου, ἡνίκα δεξίαν ἠτήσαντο, καὶ ἀριστερὰν καθέδραν, οὕτω λέγοντα· οὐκ ἐμόν ἐστι τοῦτο δοῦναι, ἀλλ᾽ οἷς ἡτοίμασται παρὰ τοῦ πατρός μου. οὐκοῦν εἰ τὰ τῆς τιμῆς ἐκείνης οὐ δίδοται κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ τοὺς ἀγῶνας, οὓς ὁ καθ᾽ ἕνα ἐνδείξεται. μὴ θαύμαζε, εἴ γε καὶ οἱ κατὰ τὸν Παῦλον, ναὶ μὴν καὶ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον, ἀγωνισάμενοι, κοινωνοὶ, καὶ συμμέτοχοι, τῆς τῶν δώδεκα τιμῆς εὑρεθήσονται, καὶ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς ἔλεγε. Παύλου μείζονα στῆναι τότε μηδ᾽ ἕτερον, ὅτι δὲ οἱ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ ιβʹ. τὸν ἀριθμὸν, καὶ οὐ πλείους ἢ ἐλάσσους εἶναι ἔμελλον, ἀρχῆθεν τοῦτο δεδήλωται. Καὶ πρόσχες, εἰ βούλῃ, τοῖς λεγομένοις· ὃν γὰρ τρόπον ὁ αἰσθητὸς οὗτος ἥλιος ἀπὸ τοῦ πρώτου σημείου ἀρξάμενος, καὶ διὰ τῶν δώδεκα ζωδίων τὴν αὐτοῦ ποιήσας περίοδον, κἀν τούτοις τὰ αὐτοῦ πάντα πληρώσας, ἐκεῖσε πάλιν ὑποστρέφει, ὅθεν τοῦ δρόμου κατήρξατο, οὕτω καὶ ὁ νοητὸς ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ θεὸς, ἐξανατείλας τῷ κόσμῳ, καθὼς αὐτὸς ηὐδόκησε, καὶ διὰ τῶν δώδεκα μαθητῶν τὴν ὑπ᾽ οὐρανὸν διαδραμὼν, καὶ πᾶσαν τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν δι᾽ αὐτῶν ἐκτελέσας, ἐκεῖσε πάλιν, ὅθεν ἦλθεν, ὑπέστρεψεν. ὅτι δὲ οἱ παρὰ κυρίου ἐκλεγέντες δώδεκα μαθηταὶ, ναὶ μὴν καὶ οἱ κατ᾽ αὐτοὺς ἀγωνισάμενοι, κρείττονα τόπον ἐσχήκασι τῶν προπατόρων εἰκόνων 1, ὁ χρυσοῤῥήμων Ἰωάννης ἀριδηλότερον ἔδειξεν. ἐπὶ δώδεκα γὰρ ἔφη θρόνων καθίσαι αὐτοὺς, καὶ κρίναι τὰς δώδεκα φυλὰς 2 τοῦ Ἰσραήλ. ἣν δὴ τιμὴν οὐκ ἔδωκε τοῖς προπάτορσι. καὶ ὅτι πολλοί ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἐλεύσονται, καὶ μετὰ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ ἀνακλινθήσονται. τοῖς δέ γε ἀποστόλοις οὐδεὶς ἕτερος ἔσεται συγκάθεδρος· καὶ ὅτι ὑπὸ σκιὰν ἐκεῖνοι τότε φανέντες, ἐλάττονες εἰσὶ τῶν ἐν αὐτῇ ἐνακμασάντων 3 τῇ ἀληθείᾳ. καὶ ταῦτα μὲν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς. ὁ δὲ

pidibus etiam obrutus, quumque Deum flexis genibus adorasset, ligno ictus, Clemens prodit. Addit vero ad haec Iosephus: *Vinum, neque siceram bibit; animatum nihil edit; numquam oleo sese unxit; numquam item in balneo lavit; soli ei fas intrare in adiita Templi, ac pro populo orare: ita ut inde, ceu Camelo, genua ipsi occalluerint, procumbenti semper in illa, dum pro populo preces funderet.* Occidere ipsum Iudaei, quum Provincia, festo mortuo, Praeside suo destituta. Et Iacobus iste quidem, frater Domini, non de numero Discipulorum duodecim esse, tamen primas inter illos obtinere; quippe Dominus, quum a mortuis surrexisset, ut Clemens Auctor, Petro, Ioanni, & Iacobo fratri suo, factum istud indicavit. Nam ante Resurrectionem succensere, neque fidem habere Domino fratres eius, ut Ioannes Evangelista luculentus nobis testis. Attende vero, o dilecte, quamquam Dominus primos illos duodecim elegit, & maiore etiam honore est dignatus, ac duodecim solia promisit, totidem Tribus Israelis iudicaturis; quamquam item in die illo convivae eius sunt futuri, quia cum ipso remansissent; alibi tamen, quum locum sedis, & ad dextram, & ad sinistram, Zebedaei filii peterent, ita eum dicentem habemus: *Istud meum non est dare, sed obtinget, quibus pater praeparaverit.* Eam ob rem, si hic honos non ex gratia communicatur, sed pro ratione certaminum, quae certabit unusquisque, ne mirere, si & illi, qui certaverint, uti Paulus, Iacobusque, Domini frater, communi cum duodecim Discipulis honore fruentur. Nam & hoc Chrysostomus inquit, quum Paulo dicit neminem tunc maiorem fore. Quod vero Discipuli Christi duodecim fuerunt, neque plures, paucioresve, iam initio a me dictum est. Attende autem, sodes, ea quae dicentur. Nam ut sol hic, quem sentimus, facto a primo signo initio, absoluto per duodecim signa cursu, perfectoque in iis omni opere suo, illuc, unde cursum orsus, mox revertitur; ita sol iustitiae iste, quem nos mente comprehendimus, Dominus noster Iesus Christus, Dei filius, Deusque, pro benigna voluntate mundo exortus, terra omni, qua sub caelo se extendit, per duodecim suos Discipulos peragrata, quum per illos, quidquid vellet, effecisset, istuc rursus, unde venerat, se recepit. Duodecim autem Discipulos illos, quos elegit sibi Christus, quique pariter atque ipsi decertarint, meliori, quam antiquos illos patres, loco fore, a Chrysostomo clare ostensum. Dixit enim, se hos in duodecim soliis posituram, totidem Israelis tribus iudicaturos; quem honorem primis patribus numquam dedit; multos etiam ab oriente, & occasu adventuros, quum Abrahamo, & Isaaco, recubituros; Apostolis vero nullos adsessuros esse: eos item, qui sub umbra sunt conspecti, illis inferiores esse, qui in ipsa veritate viguerunt. Et haec quidem Chrysostomus inquit; at Theodoretus ait, falli

1 Εἰκόνων) Scrib. ἐκείνων.
2 Φίλας) Scrib. φύλας.
3 Ἐνκμασάντων) Scrib. ἀκμασάντων.

falli illos, qui de Patribus antiquis ita sentiunt, ac loquuntur. Etsi enim haud oculis illi, tamen mente Dominum viderunt, & quo pacto minor aliis esse possit, qui sanctos sinu suo excepit? aut quo pacto Moses etiam, qui cum Domino ipse quoque est transformatus, una cum Propheta Elia, cum ingenti adeo gloria. Haec quidem Theodoretus. Sed tu, care, potius mihi Chrysostomum sequere; nam sententia eius magis verbis Domini consentanea, qui in Lucae Evangelio etiam haec Apostolus dixit: *Beati oculi, qui id vident, quod videre vobis datum, quippe hoc adfirmo vobis: multos Reges, ac Prophetas, hac videre voluisse, quae vos videtis, nec vidisse tamen umquam, & audire, quae auditis, neque item audivisse*. Et quae ista? quae nimirum in carne agens Christus gessit, quae videre atque audire soli Apostoli digni habiti. Duabus itaque illi rebus sunt prophetis potiores; & quod Christum corporaliter contineri ipsis datum, & quod rebus quoque divinis spiritualiter initiari. Quod si vero mortuorum etiam excitationes, quot sint numero, quorumque, scire cupis; non gravate illas tibi commemorabo. Octo autem esse scito; Prima omnium revixit Saraphthanae viduae filius, quem Elias excitavit; altera, filius Somanitidis, Elisaei beneficio, tertia, miles, qui, reliquias Elisaei quum tetigisset, tamquam ex igne exilivit; quarta, filia eius, qui synagogae princeps; quinta, feminae viduae filius; sexta, Lazarus; septima, multa Sanctorum corpora; denique octava, ipsum illud sanctissimum Domini nostri corpus; etsi insani Apelliani dictitarent, dissolutum in sepulcro corpus Domini in elementis quatuor esse, e quibus etiam constitisset. At multa illa Sanctorum mortuorum corpora excitata, ut hinc Deus, qui tunc passus, praedicaretur; ac mysterio ultimae resurrectionis, quae communis universis, fides item strueretur: etiam ut manifesta fieret animarum, quae detentae in inferis fuerant, liberatio, reditusque: nam quaecumque Christo ad inferos descendenti crediderunt, eae statim liberatae: quia autem nudas hunc in modum animas oculis hisce humani sensus contueri impossibile, factum est, dirigente Deo, ne miraculum fide careret, uti istae mortuorum sanctorum animae cum corporibus adparerent, ac deinde in loca sibi congruentia avolarent. Vide autem, o dilecte, ne per ea, quae hic illic fabulosa commemorantur, mens quoque tua circumagatur. Nam quod fertur, Galenum medicum in Magdalenam incidisse, ex eaque intellexisse, sanatum a Christo caecum a nativitate, cui ille responsum dederit; recte ipsum terrae metalla cognovisse, alioquin visum caeco restituere non potuisse; neque nobis hoc ignotum est, sed in fabularum numero collocandum arbitramur. Quippe fieri minime potest, ut Galenus, qui in Magdalenam incidit, in iis quae ad Pisonem scripsit, Marci Imperatoris meminerit; item Commodi in priore

Θεοδώρητος σφάλλεσθαι λέγει τοὺς οὕτω περὶ τῶν προπατόρων καὶ φρονοῦντας καὶ λέγοντας. εἰ γὰρ μὴ αἰσθητῶς ἐκεῖνοι τὸν κύριον εἶδον, ἀλλὰ νοητῶς εἶδον αὐτόν, πῶς δὲ καὶ ἐλάσσων ὁ τοὺς ἁγίους εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ δεχόμενος, καὶ ὁ τῇ τοῦ κυρίου μεταμορφώσει συμμεταμορφωθεὶς Μωΰσης ἅμα τῷ Ἠλίᾳ μετὰ τοσαύτης δόξας, ὥστε καὶ συλλαλεῖν αὐτῷ περὶ τῆ σταυροῦ καὶ θανάτου. καὶ ὁ μὲν Θεοδώρητος οὕτω. σὺ δὲ, ἀγαπητὲ, τοῖς τοῦ χρυσοῤῥήμονος ἐπὶ πλέον πρόσκεισο. τίνος ἕνεκεν; ὅτι τοῖς τοῦ κυρίου λόγοις τὰ τοιαῦτα συνᾴδουσιν. ἐπὶ γὰρ τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ καὶ τάδε τοῖς ἀποστόλοις ἔλεγε· „ μακάριοι οἱ „ ὀφταλμοὶ οἱ βλέποντε ἃ βλέπετε. λέγω γὰρ „ ὑμῖν. ὅτι πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς ἠ„θέλησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶ„δον· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ὑμεῖς ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκου„σαν· „ τίνα δὲ ταῦτα; τὰ κατὰ τὴν ἔνσαρκον πάντως οἰκονομίαν, ὧν οἱ ἀπόστολοι μόνοι κατηξιώθησαν. κατὰ δύο λοιπὸν ὑπερέχουσι τῶν προφητῶν οἱ ἀπόστολοι, καὶ κατὰ τὸ σωματικῶς ἰδεῖν, καὶ κατὰ τὸ πνευματικῶς μυηθῆναι τὰ θεῖα. Ἀλλὰ καὶ τὰς ἐκ νεκρῶν ἐγέρσεις εἴ γε μαθεῖν ἐπιζητεῖς, πόσαι εἰσὶν αὗται, καὶ τίνων εἰσὶν, ἰδού σοι καὶ ταύτας ἀπαριθμήσασθαι οὐκ ὀκνήσομεν. ὀκτὼ μὲν οὖν εἰσὶ τὸν ἀριθμόν. τοῦ τῆς Σαραφθίας υἱοῦ, ὃν ὁ Ἠλίας ἤγειρε. τοῦ τῆς Σωμανίτιδος υἱοῦ, ὃν ὁ Ἐλισσαῖος ἤγειρε. καὶ τοῦ στρατιώτου ἐκείνου, ὃς ἐγγίσας τοῖς τοῦ Ἐλισσαίου λειψάνοις, ὡς ἀπὸ πυρὸς ἐξεπήδησε. τῆς τοῦ ἀρχισυναγώγου θυγατρός. τοῦ τῆς χήρας υἱοῦ. τοῦ Λαζάρου. τῶν πολλῶν σωμάτων. καὶ αὐτοῦ τοῦ παναγίου καὶ κυριακοῦ σώματος. εἰ γὰρ καὶ μανέντες οἱ Ἀπελλιανοὶ ἔλεγον, ἐν τῷ τάφῳ διαλυθῆναι τὸ σῶμα τοῦ κυρίου εἰς τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἐξ ὧν καὶ συνέστηκε. τὰ μέν τοι πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ἀνέστησαν. ὡς ἐντεῦθεν θεὸν ἀνακηρυχθῆναι τὸν πάσχοντα, πιστωθῆναί τε τῆς τελευταίας καὶ κοινῆς ἀναστάσεως τὸ μυστήριον, καὶ τῶν κατεχομένων ἐν ᾅδου ψυχῶν τὴν ἐλευθερίαν ὁμοῦ καὶ ἐπάνοδον. καὶ γὰρ αἱ πιστεύσασαι ψυχαὶ τῷ Χριστῷ καταβάντι πρὸς ᾅδην, εὐθὺς ἀπελύθησαν· καὶ ἐπεὶ ἀδύνατον ἦν ψυχὰς οὕτω γυμνὰς αἰσθητοῖς ὁραθῆναι ὀφθαλμοῖς, οἰκονομίᾳ θείᾳ πρὸς πίστιν μετὰ σωμάτων ἐφάνησαν αἱ τῶν κεκοιμημένων ἁγίων ψυχαί. εἶθ' οὕτως εἰς τοὺς ἀνήκοντας αὐταῖς τόπους ἀπέπτησαν. ὅρα δὲ, ἀγαπητὲ, μήποτε τοῖς ᾧδε κᾀκεῖσε μυθολογουμένοις καὶ ἡ σὴ διάνοια περιτραπήσεται. ὅτι μὲν γὰρ φημίζεται παρὰ τοῖς πολλοῖς τῇ Μαγδαληνῇ ἐκείνῃ ἐντυχεῖν τὸν Γαληνὸν ἰατρὸν, καὶ ἀκοῦσαι παρ' αὐτῆς, ὅτι τυφλὸν ἐκ γεννητῆς ὁ Χριστὸς ἰάσατο, κᾀντεῦθεν εἰπεῖν· πρὸς αὐτὴν καλῶς ἐκεῖνον εἰδέναι τὰ τῆς γῆς μέταλλα. εἰ μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν τὸν τυφλὸν ἐκεῖνον ὠμμάτωσεν. οἴδαμεν τοῦτο καὶ ἡμεῖς. ἀλλὰ τὴν τοιαύτην φήμην μετὰ τῶν μῦθον ἐτάξαμεν. ἀδύνατον γὰρ τὸν τῇ Μαγδαληνῇ ἐντυχόντα Γαληνὸν, ὡς ἐκεῖνοι φασι, Μάρκου μὲν βασιλέως ἐν τοῖς πρὸς Πίσωνα μεμνῆσθαι, Κομόδου δὲ πάλιν ἐν τῷ περὶ ἠθῶν πρώτῳ βιβλίῳ αὐτοῦ. ἀπὸ γὰρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἕως αὐτῆς τῆς βασιλείας Κομόδου, ὡσεὶ ρν'· ἔτη 1 εὑρίσκονται. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Οἶδα δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλο

1 Ὡσεὶ ρν'. ἔτη) Scrib. ὡσεὶ ρπ'. Nam a Christi nativitate ad imperium Commodi usque anni putantur praeter propter CLXXX.

Digitized by Google

λοις ἠπόρηκας, ἵνα τί, λέγων, οἱ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀπόστολοι τὰ λοιπὰ συγγραψάμενοι, τὰ κατὰ τὴν κοίμησιν τῆς ἀειπαρθένου παντάπασι σεσιγήκασι. καί ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι τὰ τῆς ἐνσάρκου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν οἰκονομίας οἱ Εὐαγγελισταὶ διηγούμενοι, μέχρι καὶ αὐτῆς κατήντήκασι τῆς ἀπὸ γῆς αὐτοῦ ἀναλήψεως. ἡ δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πανάμωμος μήτηρ εἰς γῆρας λέγεται ἐφθακέναι βαθὺ, καθά φησιν ὁ θειότατος Ἀνδρέας ὁ Κρήτης. οὐκοῦν ἀδύνατον ἦν, τῇ Εὐαγγελικῇ παραμεμίχθαι ἱστορίᾳ καὶ τῆς ἀειπαρθένου τὴν κοίμησιν, ἅτε πολλῷ τῷ χρόνῳ γεγονυῖαν, ὡς ἔφημεν, ὕστερον. ἰδίᾳ δὲ πάλιν οἱ μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ διαλαβέσθαι περὶ ταύτης οὐκ ἔφθασαν, ὅτι περὶ τὸν τῆς οἰκονομίας ἀσχολούμενοι λόγον, καὶ διὰ φροντίδος ἔχοντες ὅτι πολλῆς, πῶς τε πιστοὺς τοὺς ἀπίστους ποιήσαιεν, καὶ ὅπως τῇ κατὰ Χριστὸν ἀμωμήτῳ πίστει πάντες προσέλθοιεν, τὰ λοιπὰ παρεβλέποντο. καὶ μάλιστα ταῦτα τῷ θείῳ κηρύγματι μὴ συντείνοντα. πλὴν οὐ πάντα σεσίγηται τὰ τῆς θείας ἐκείνης κοιμήσεως. ὁ γὰρ θεοφάντωρ καὶ μέγας Διονύσιος θαυμαστά τινα περὶ ταύτης ἐν τοῖς πρὸς Τιμόθεον γράφων εὑρίσκεται· καὶ πρόσχης, εἰ βούλη, τοῖς λεγομένοις· ὁ γὰρ θεῖος οὗτος ἀνὴρ καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα περὶ τούτου διέξεισι, „καὶ ἡμεῖς μὲν οὖν, ὡς οἶσθα, καὶ αὐτὸς, καὶ πολλοὶ τῶν ἱερῶν ἡμῶν ἀδελφῶν, ἐπὶ τὴν θέαν 1· τοῦ ζωαρχικοῦ καὶ θεοδόχου σώματος συνεληλύθαμεν. παρῆν δὲ καὶ ὁ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος, καὶ Πέτρος ἡ κορυφαία τῶν ἀποστόλων ἀκρότης. πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὸν τοῦ θείου ἐκείνου ὕμνου παράγει προεξάρχοντα. θεόληπτον γεγόνοτα, ἐξιστάμενον, καὶ οἷον ἐκδημοῦντα, πρὸς τὴν ὑμνῳδίαν μεταποιούμενον. καὶ τι χρὴ πολλὰ λέγειν; δείκνυσι διὰ τῶν αὐτοῦ λόγων ὁ θεσπέσιος Διονύσιος, ὡς ἅπας σχεδὸν τῶν ἀποστόλων ὁ θίασος, καὶ αὐτῶν δὴ τῶν ἑβδομήκοντα, περὶ τὸ σεπτὸν ἐκεῖνο τῆς Θεομήτορος συνήθροιστο θέατρον. καὶ ὅτι κατὰ ταυτὸν πάντες συνεληλύθεσαν οἱ ἀνὰ πᾶσαν ἐσκορπισμένοι τὴν γῆν μαθηταί. ὧν εἷς ἐτύγχανε καὶ αὐτὸς, συνάμα Τιμοθέῳ καὶ Ἱεροθέῳ. καὶ δῆλον ἐξ ὧν αὐτὸς ἔγραψε πρὸς Τιμόθεον. „ἡνίκα γάρ, φησι, καὶ „ἡμεῖς, ὡς οἶσθα καὶ αὐτὸς, καὶ πολλοὶ τῶν „ἱερῶν ἡμῶν ἀδελφῶν, ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ ζωαρ„χικοῦ σώματος συνεληλύθαμεν.„ καὶ οὕτω μὲν ὁ διαληφθεὶς θεῖος Διονύσιος, πλὴν εἰ τοῖς τῆς φύσεως νόμοις ὑπέπεσεν, εἰ καὶ θάνατον ἐγεύσατο, εἰ καὶ μνήματι κατετέθη ὡς ἄνθρωπος, ἀλλὰ τοὺς ὅρους νενίκηκε τῆς φύσεως, ἀλλὰ τάφος καὶ νέκρωσις αὐτὴν οὐ κεκράτηκε. τοῦ γὰρ μνήματος ἐξανέστη καὶ αὕτη, παραπλησίως τῷ υἱῷ αὐτῆς καὶ θεῷ, μόνα παρὰ τῷ τάφῳ καταλείψασα τὰ ἐντάφια. καὶ πιστοῦται τὸν λόγον Ἰουβενάλιος, ὁ τῶν Ἱεροσολύμων χρηματίσας θεῖος ἐπίσκοπος, τήν τε τοῦ Θωμᾶ διηγησάμενος ἀπόλειψιν, τὴν ἐσύστερον αὐτοῦ παρὰ τῷ τάφῳ προσέλευσιν, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῷ τάφῳ γεγονυῖαν παρ' αὐτοῦ κατεξέτασιν. οἱ γὰρ ἀπόστολοι ηνικαῦτα διανοιγῆναι τὸν τάφον κελεύουσιν, ἅτε τὸν Θωμᾶν ὁρῶντες ἐπὶ τῇ ἀπολείψει πολλὰ δυσχεραίνοντα. καὶ ὁ μὲν τάφος, ἠνοίγετο. ὁ δὲ θησαυρὸς, ἐντὸς ἦν οὐδαμῶς. μόνα δὲ κείμενα, καθάπερ εἴρηται, τὰ ἐντάφια. ὅτι δὲ αὐτὴ καὶ ἐπὶ τῇ θεομήτορος ἔμελλε γενέ-

re *De Moribus* libro. Nam a Domino Iesu Christo usque ad Commodum Imperatorem anni fere centum quinquaginta habentur. Ac de istis quidem hactenus. Illud vero, o dilecte, etiam memini, quum me item inter alia interrogares, qua de causa discipuli Christi, & Apostoli, quum res alias in historiam retulissent, de obdormitione semper virginis verbum omnino nullum fecerint. Ad quae responderi potest; Evangelii Scriptores, res a Christo in carne gestas enarrantes, ad adsumtionem eius e terra in caelum historiam suam perduxisse; Domini autem Iesu Christi matrem plane immaculatam ad provectam valde aetatem pervenisse, ut vir ille divinissimus, Andreas, Cretensis episcopus, nobis tradit; itaque fieri non potuisse, ut in Evangelica historia semper virginis illius obitus, ceu posterior multo tempore, traderetur. Nihil quoque speciatim libro aliquo singulari Christi discipulos de eodem perscripsisse; quippe in rebus gestis eius explicandis occupatos illud unum accurasse, qua ratione ad veram fidem perducere infideles possent; cetera omnia, maximeque quae ad praedicationem illam divinam nihil facerent, neglexisse. Verum tamen non omnino de hac obdormitione est silentium. Magnus enim rerum divinarum interpres Dionysius, in epistola ad Timotheum, mira quaedam de hac scribit, ac vide, sodes, quae dicantur: ita enim vir divinus de ea ait. *Nos quidem, ut meministi, tuque ipse, & complures sancti fratres, ad spectandum corpus illud, quod principium vitae Deum continuerat, conveneramus. Aderat, autem etiam Domini frater Iacobus; & Apostolorum summus apex Petrus.* Ad haec praeceptorem quoque divini istius hymni addit, qui divinitus correptus, & quasi extra semet positus, hymni cantum instituerit. Quid multis opus? Palam ostendit verbis suis divinus ille Dionysius, universum fere coetum Apostolorum, & ipsorum septuaginta, ad venerandum hoc spectaculum convenisse; quin discipulos quoque omnes, toto terrarum orbe sparsos, inter quos Timotheus item, & Hierotheus, congregatos tunc fuisse. Manifestum id ex illis, quae Timotheo ipse scribit. *Quum nos, inquit, tuque ipse, ut meministi, & complures sancti fratres, ad spectandum corpus illud, quod principium vitae Deum continuerat, conveneramus.* Et haec quidem divinus ille Dionysius, de quo dixi. Verum etsi, quae naturae erant, passa est; etsi & gustavit mortem, & sepulcro, tamquam homo, imposita fuit; vicit tamen naturae terminos, nec mors illam, aut sepulcrum, in potestate sua tenuit: nam surrexit e sepulcro etiam ipsa, pariter atque filius eius, qui & Deus, relicto iuxta monumentum sepulcrali tantum amictu. Fidem narrationi huic divinus Iuvenalis facit, Ierosolymorum episcopus; qui & Thomam abfuisse scriptis tradit, postea que ad sepulcrum accessisse, atque id ipsum inquisivisse. Nam Apostoli illud temporis, dolente quod abfuisset Thoma, aperiri sepulcrum iubent, & aperto, non thesaurus usquam adparuit;

1 Θέαν) Scrib. θέαν.

ruit; solaeque illic sepulcrales induviae inventae. Surrecturam autem a morte Dei matrem, pariter atque filium eius, beatus David multo ante istis verbis indicavit; *Surge, Domine, in quietem tuam, tuque, & illa sanctitatis tuae arca.* Quia enim, quae in utero deum ferret, ideoque arca sanctitatis eius diceretur, e sepulcro excitandam, tamquam natum ex ea Christum, Dei filium, Deumque, praesciret David; convenienter similem quoque eius excitationem scripto praesignificavit. Absque eo non, quum diceret; *Surge, Domine;* addidisset: *& sanctitatis tuae arca.* Ne quid igitur hac in parte dubitaveris. Nam quandoquidem duo illa primo creatorum corpora per transgressionem suam sunt obnoxia morti facta; & ab illis, proserpente latius malo, universum humanum genus; ea propter & nunc primum duo corpora, morte excussa, immortalitatis eius, quam speramus, initium fuerunt. Neque hoc fictum existimaveris: quin Germanum potius vide, patriarcham illum sanctissimum, qui Oratione in mortem matris Dei, sumta inde occasione, ita loquitur. *Vivit semper spiritus tuus, nec corruptionem sepulcri caro tua toleravit: omnia inspicis, & in omnia porrigit se inspectio tua: ideoque, quamvis teneantur oculi nostri, ut videre te non possint, tu, sanctissima, dignis tamen te conspiciendam ostendis: caro enim vim & efficaciam, tui spiritus, impedire nequit.* Et rursum. *Corpus virginale tuum totum sanctum est, permutatum, ut humanum, ad incorruptionem vitae longe maximam; integrum vero, & perfecte omnino vivum, nec obdormitioni obnoxium, quippe vas quod Deum exceperit. Valeat, quod ad te, Deipara, monumentum, valeat pulvis.* Ad haec & sanctissimus praesul Cretae Andreas ipsam hanc dicentem adducit. *Magnificat anima mea Dominum, & spiritu exsulto; porro autem mutor corpore, & divinitatis formam, quae ex gratia est, accipio.* Atque haec quidem hunc in modum sese habent. Post Augustum vero Caesarem imperium tenuit annis XXIII. Tiberius, eius filius. Hic instructa ad lacum urbe, Tiberiadem nuncupavit: eodemque imperante urbes tredecim terrae motu perierunt. Hic vectigalium exactores, populo graves, ac molestos, acriter pungens, inquiebat; Tondendas quidem oves esse, verum non ad cutem usque. Hac de causa non indignitate aliqua positos temere permutabat; atque interrogatus causam, in quietem subditorum id se facere adfirmabat; & exemplum in rem illam adferebat. Iacebat, inquiens, humi vulneratus quidam; & sugebant ulcera eius muscae plurimae: quas quum quidam, transiens forte, abigere vellet; monuit, ne id faceret: quippe saturas non dolorem magnum adferre: hisque abactis, mox famelicas alias advolaturas esse, graviusque cruciaturas. Ferunt etiam post adsumtionem Christi Mariam Magdalenam Romam petiisse, graviterque accusasse, qui in Christum iniurii fuissent; adeoque Tiberii animum accendisse, ut poenam mortis scribis, sacerdotibusque, & Pilato, irrogaret: quamquam sit nonnulli alii, qui Pilatum sibi ipsi manus intulisse tradant. Post hunc Caius imperium annis quatuor tenuit;

νέσθαι ἀνάστασις, καὶ ταύτην ἐκ νεκρῶν ἐγερθῆναι, καθὰ δὴ καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς, ὁ μακάριος Δαβὶδ προφθάσας ἐδήλωσεν, ὕτως εἰπών. „ ἀνάστηθι κύριε εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου, σὺ, καὶ „ ἡ κιβωτὸς τῦ ἁγιάσματός σῦ. ἐπειδὴ γὰρ τὴν ἐν γαστρὶ βαστάσασαν αὐτὸν, κἀντεῦθεν κιβωτὸν ἁγιάσματος χρηματίσασαν, οὕτως ἐγηγερμένην ἐκ τάφου προέγνωκεν ὁ Δαβὶδ, καθὰ δὴ καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς γεννηθέντα Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸν, εἰκότως ἄρα καὶ ἐπὶ ταύτη τὴν ὁμοίαν προέγραψεν ἔγερσιν. „ εἰ μὴ γὰρ τοῦτο „ ἦν, ὐκ ἂν ἐκεῖνος εἰπὼν, ἀνάστηθι κύριε, σὺ, „ τηλικαῦτα ἐπήγαγε, καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ ἁ„ γιάσματός σου. μὴ οὖν ἀμφίβαλλε. ἐπειδὴ γὰρ τὰ δύο τῶν πρωτοπλάστων σώματα τῇ λύμῃ τῆς φθορᾶς ὑπέπεσε διὰ τὴν παράβασιν· κἀντεῦθεν τὸ τοιοῦτον ὑφέρπον κακὸν διαδόσιμον ἐφ' ἅπαν γέγονε τὸ ἀνθρώπινον, διὰ τῦτο καὶ νῦν πρώτως δύο σώματα, τὴν φθορὰν ἀποτιναξάμενα, ἀπαρχὴ τῆς ἐλπιζομένης ἀφθαρσίας γεγόνασι. καὶ μὴ μῦθον ἡγοῦ τὰ λεγόμενα. ὅρα γὰρ νουνεχῶς, ὅτι καὶ ὁ ἐν πατριάρχαις ἁγιώτατος Γερμανὸς, τὰς ἀφορμὰς ἐκεῖθεν λαβὼν, ἐν τῷ εἰς τὴν κοίμησιν λόγῳ αὐτοῦ, καὶ τάδε κατὰ ῥῆμα διέξεισιν. „ ὅτι ζῇ σῦ τὸ πνεῦ„ μα διὰ παντὸς, καὶ ἡ σάρξ σου διαφθορὰν „ ὐχ ὑπέμεινε τάφῦ. πάντα ἐπισκέπτῃ, καὶ ἡ „ ἐπισκοπή σῦ πρὸς πάντα. ὥστε κἂν οἱ ὀφ„ θαλμοὶ ἡμῶν κεκράτηνται μὴ βλέπειν σε, ἀλ„ λά συ, παναγία, τοῖς ἀξίοις ἑαυτὴν ἐμφα„ νίζεις. ἡ γὰρ σὰρξ ὐκ ἐμποδίζει τῇ δυνάμει „ καὶ ἐνεργείᾳ τοῦ πνεύματός σου. „ καὶ αὖθις. „ τὸ μὲν σῶμά σου τὸ παρθενικὸν ὅλον ἅ„ γιόν ἐστιν. ἀλλαγὲν μὲν, ὡς ἀνθρώπινον, πρὸς „ ἄκρον ἀφθαρσίαν ζωῆς· σῶον δὲ τῦτο, ζωτε„ λὲς, καὶ ἀκοίμητον, ὡς σκεῦος ὑπάρχον θεο„ δόχον. ἐρρέτω τάφος. ἐρρέτω χῦς. ἐπί σοι, „ θεοτόκε. „ πρὸς τῦτοις δὲ καὶ ὁ ἁγιώτατος Ἀνδρέας ὁ Κρήτης αὐτὴν ταύτην εἰσάγει λέγῦσαν. „ ὅτι τῇ μὲν ψυχῇ μεγαλύνω τὸν κύριον, „ καὶ ἀγαλλιῶμαι τῷ πνεύματι, τῷ σώματι δὲ „ μεταλλάττομαι, καὶ μορφῦμαι τὴν ἐν χάριτι „ θέωσιν. „ καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοσῦτον. Μετὰ δὲ Αὔγυστον Καίσαρα κρατεῖ Τιβέριος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κγ'. ῦτος κτίσας πόλιν παρὰ τῇ λίμνῃ, Τιβεριάδα ταύτην ὠνόμασεν. ἐφ' ῦ σεισμὸς γεγωνὼς δέκα καὶ τρεῖς πόλεις κατέχωσεν. ὁ Τιβέριος ῦτος τῦς βαρεῖς καὶ δεινῦς φορολόγυς αἰκίζων δεινῶς, ἔλεγεν· κειρέσθωσαν μὲν τὰ πρόβατα, πλὴν ὐ μέχρις αὐτῆς ἐπιδερμίδος. ἐφ' ᾧ καὶ τῦς εἰς ἀξίαν παρ' αὐτῦ προαγομένυς θᾶττον ὐκ ἤμειβεν. ἐρωτηθεὶς πῶς τοῦτο ποιῇ, ἔφη· διὰ τὴν τῶν ἀρχομένων ἀνάπαυσιν. ἐπὶ τῦτοις δ' ἔφερε καὶ παράδειγμα. τραυματίας τις ἔκειτο, καὶ τὰ ἕλκη αὐτῦ πλῆθος μυιῶν ἀνιμώμενον ἦν. παριὼν δέ τις, ἐπεχείρει ταύτας ἀποσοβεῖν. ὁ δὲ εἶπεν. ἄφες αὐτὰς, κορεσθεῖσαι γὰρ ὐ τοσῦτον ὀδύνας μοι παρέχυσι. ἐὰν δὲ ἔλθωσιν, ἄλλαι λιμώττυσαι σφόδρα με ἐπιπλήξυσι. λέγεται δὲ ὅτι μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία μέχρι καὶ Ῥώμης τρέχει, πολλὰ καταβοῶσα τῶν παρανενομηκότων εἰς αὐτὸν τὸν Χριστόν. τοσοῦτον δὲ Τιβέριος τὸν θυμὸν ἀνῆψεν, ὥστε θανάτῳ καταδικάσαι τῦς ἱερεῖς καὶ γραμματεῖς σὺν αὐτῷ τῷ Πιλάτῳ· εἰ καί τινες ἕτεροι αὐτόχειρα λέγουσι τὸν Πιλάτον ἑαυτοῦ γενέσθαι. Μετὰ τοῦτον κρατεῖ Γαΐος ἔτη τέσσαρα. ῦτος πάμπολλα δεινὰ

νὰ ποιήσας ἀναιρεῖται ὑπὸ στρατιωτῶν ἐν τῷ λυτρῷ. οὐ γὰρ ἔφερον αὐτὸν ὁρᾷν τὴν ἰδίαν θυγατέρα προσάγοντα τῷ εἰδώλῳ αὐτοῦ, καὶ λέγοντα, σὺ ταύτης πατήρ. καί, συ ταύτην γεγέννηκας. οὗτος ὁ Γαΐος ὁλονύκτως κυβεύειν ἤθελεν. ὅθεν ἐπὶ τούτῳ δυσθυμήσας ὁ βασιλεύς. τοσοῦτον γὰρ ἐξεκενοῦτο τὸ χρυσίον ἅπαν, ὥστε καὶ τὸν θησαυροφύλακα δυσθυμοῦντα ὁρῶν, τοὺς ὁπουδήποτε πλουσίους ἀναιρεθῆναι κελεύει, καὶ τὰς αὐτῶν περιουσίας λαβεῖν. οὗτος ἐν στενοπόλει τῆς Ῥώμης πηλὸν θεασάμενος, κόλποις Οὐεσπασιανοῦ τοῦ στρατηγικωτάτου βληθῆναι προσέταξε. τότε δὴ τότε Φίλων ὁ σοφὸς καὶ Ἰώσηπος ἤκμαζον. οὗτος δὲ φιλαλήθης ἐλέγετο. διά γε τὸ τὸν Βαπτιστὴν τοῦ κυρίου ἐπαινεῖν, καὶ διὰ τὸ τὸν Χριστὸν ὁμοίως ἄνδρα σοφὸν μαρτυρεῖν, καὶ μεγάλων σημείων ἐργάτην. σταυρωθέντα δὲ ζῶντα φανῆναι μετὰ τὴν τρίτην ἡμέραν. σὺν δὲ, ἀγαπητέ, μὴ θαύμαζε, εἴ γε καὶ βάρβαροί τινες προείλοντο τὰ καλά. τὸν γὰρ ἄνθρωπον πλάττων ὁ θεὸς, ἐντέθεικεν αὐτῷ τὴν τοῦ καλοῦ καὶ κακοῦ διάγνωσιν. διόπερ οὐ μόνον οἱ περὶ τὸν Πλάτωνα τὸν ἄδικον βίον ἐμίσησαν, ἀλλὰ καὶ τῶν βαρβάρων οὐκ ὀλίγοι. καὶ γὰρ τοὺς Ὑπερβορέους οἰκεῖν μὲν ὑπὲρ τὰ Ῥίφαια ὄρη φασὶν, ἀσκεῖν δὲ δικαιοσύνην, ἀκροδρύοις καὶ ὕδασι ζῶντας. ἀλλὰ καὶ τοὺς Βραχμάνας ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀσκεῖν, φύλλοις τὸ σῶμα σκεπομένους, καὶ ἐν ὕλαις διάγοντας. καὶ Ἀνάχαρσιν δὲ τὸν Σκύθην τοσοῦτον ὁ τῆς σωφροσύνης καὶ τῆς ἀσκήσεως ἔρως κατέσχεν, ὡς καὶ κοιμώμενον τὰ χείλη αὐτοῦ καὶ τὰ αἰδοῖα κρατεῖν δι' οἰκείων χειρῶν. οὐ μόνον γὰρ γρηγορῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπνώττων, ἐδείκνυε πόσης ἀσφαλείας τὰ τοιαῦτα δέονται μόρια. Μετὰ δὴ Γαΐον κρατεῖ Κλαύδιος ἔτη δέκα καὶ τρία οὗτος ὁ Κλαύδιος τοσοῦτον λέγεται εἶναι δειλὸς, ὥστε τοὺς παρισταμένους ἐρευνᾷν, μήποτε ξίφος ἐν κόλποις φέροιεν. Μετὰ δὲ τοῦτον Νέρων ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιδʹ. οὗτος ὁ παμμίαρος, ἐτῶν ὡσεὶ δέκα καὶ ἑπτὰ ὢν, πρῶτος τοῦ διωγμοῦ ἤρξατο, καὶ δύο τοὺς κορυφαίους ἀναιρεῖ, ὡς μὲν ἱστορικοί τινες ἕτεροι λέγουσιν, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ. ἐν ἄλλῳ δὲ καὶ ἄλλῳ ἔτει, ὡς δὲ Εὐσέβιος ὁ τοῦ Παμφίλου, καὶ ἔτει τῷ αὐτῷ, καὶ ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ. ἀλλὰ καὶ Τερτυλλιανός τις, ἀνὴρ τῶν ἐπὶ Ῥώμῃ λαμπρῶν, καὶ Γαΐος, ἀνὴρ ἐκκλησιαστικὸς, καὶ Διονύσιος, ἐπίσκοπος Κορίνθου, γράφουσι καθ' ἕνα καιρὸν καὶ ὁμοῦ μαρτυρῆσαι Πέτρον καὶ Παῦλον τρισκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Νέρωνος. καὶ Πέτρον μὲν ἀναιρεῖ δι' αἰτίαν τοιαύτην. ἐπὶ τοῦ Νέρωνος καὶ Σίμων ὁ μάγος ἦν. πρὸς ὃν ὁ κορυφαῖος ἐλθὼν, εὗρε κύνα δεδεμένον ἁλύσει ἐν τῷ πυλῶνι αὐτοῦ, κατεσθίοντα τοὺς ἄνδρας προτροπῆς ἐπιχειροῦντας εἰσελθεῖν ἐπὶ τὸν Σίμωνα. ᾧ δὴ καὶ ἐκέλευσεν εἰσελθεῖν, καὶ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ περὶ Πέτρου ἀναγγεῖλαι. καὶ τηνικαῦτα τοῦτο ἐποίησε. καὶ πάντες οἱ ὄντες ἐντὸς ἐξεπλάγησαν. αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Σίμων ἐποίησε, καὶ τὸν Πέτρον ἐκάλεσεν. ὁ μέντοι Σίμων καὶ τάδε πρὸς τοῖς ἄλλοις τῷ κορυφαίῳ διαλεγόμενος ἔλεγεν· εἰ πρόγνωσιν εἶχεν ὁ Ἀδὰμ, διά τι οὐ προέγνω τὴν τοῦ ὄφεως ἀπάτην; καὶ ὁ Πέτρος. εἰ πρόγνωσιν οὐκ εἶχε, πῶς τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ πρὸς τὰς ἐσομένας πράξεις ἅμα τῷ γεννηθῆναι ἐπέθηκεν ὀνόματα; τὸν μὲν γὰρ, Καΐν ὠνόμασεν, ὅ ἐστι ζῆλος. ζηλώσας γὰρ ἀνεῖλε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. τὸν δὲ, Ἄβελ ἐκάλεσεν. ὅ ἐστι πένθος. ἐπ'

nuit; qui, post multa atrocia facta, a militibus in balneo interfectus. Neque enim aequis oculis intueri sustinebant, quod, abducta ad statuam suam filia sua, diceret ei; *Tu nimirum istius pater:* &, *Tu istam genuisti.* Solebat porro totas noctes alea ludere; itaque prodigalitate ad maerorem mox adactus, extenuato adeo aerario, ut Praefectum quoque eius animo ideo angi cerneret, iussit omnes ubique divites ut e medio tollerentur. Idem Romae in angiportu lutum aliquando videns in Vespasiani sinum, laude bellica florentissimi, iaciendum id mandavit. Floruerunt eo etiam ipso tempore sapiens Philo, & Iosephus. Hic vero admodum veritatis studiosus deprehenditur: quippe & Ioannem laudat, qui baptismum Domino nostro impertivit; & similiter Christum virum sapientem fuisse testatur; signa item magna dedisse; & cruci adfixum mox in vivis tertio die comparuisse. Sed, dilecte, ne mirere, si & barbari nulli honesti amore teneantur, namque hominem creans Deus dedit illi, rectum a pravo ut dignosceret: itaque factum, ut non tantum vitam iniustam Plato oderit, aut quicumque hunc sectati, sed & barbari non pauci: nam & Hyperboreos aiunt ut montes Riphaeos habitare, ita iustitiam exercere, arborumque fructibus vitam pariter atque aqua tolerare: immo vero & Brachmanas supra hominem virtutis studia agitare, foliis tantum corpus tectos, & in silvis commorantes. Anacharsin item Scytham sapientiae, ac virtuti, tanto opere studuisse, ut & dormiens labra simul, pudendaque, manibus ipse suis premeret; ostendere volens, non quum vigilaret tantum, sed quum somnum etiam caperet, quanta cura membra ista custodiri opus esset. Mortuo Caio in Claudium devolutum imperium, qui id tredecim annos tenuit, adeoque meticulosus exstitisse commemoratur, ut adstantes scrutaretur, an in sinu gladium ferrent. Huic successit Nero filius, & imperio annis quatuordecim praefuit. Hic impurus, annos circiter septemdecim natus, Christianos primus omnium est persequutus; &, ut quidam historici tradunt, duos omnino summos viros, uno eodemque die, sed non anno, interfecit: ut Eusebius vero Pamphili nobis auctor, eodem anno, eodem die. Verum etiam Tertullianus, inter illustres Romae viros; Caiusque, vir ecclesiasticus, & Dionysius, Corinthi episcopus, simul, eodemque tempore, Petrum ac Paulum interemtos anno decimo tertio imperii Neronis tradunt: & Petrum quidem hac de causa. Sub Nerone etiam Simon magus erat, ad quem quum vir summus Petrus accessisset, canem invenit in vestibulo, ad catenam adligatum, devorantem qui iniussu ad Simonem intrare vellent. Hunc intrare ille iussit, & de Petro voce humana nuntiare: idque tunc ab eo factum, cunctis, qui in aedibus erant, obstupefactis. Fecit id ipsum etiam Simon, & ad se Petrum vocavit; cum quo mox sermonem instituens, inter alia percontatur; eccur Adam, si futuri praescientia valeret, fraudem serpentis non praenosset. Ad quae Petrus: Si futurum non praescivit, quomodo filiis, simul natis, nomina dedit, quae futuris rebus congrua? Vni

Vni enim Cain esse nomen fecit, quod vocabulum aemulationem notat, qua adductus fratrem ille interfecit; alterum Abelem dixit, id est, luctum; quem parentibus ipse interfectus praebuit. Iam si creatura rerum futurarum notitiam habuit, multo magis ipse creator: etsi insanus ille in Deo ignorantiam quamdam statuat, quia Scriptura alibi dicit; *Tentavit Deus Abraham*; &, *descendens Sodoma videbo*. Porro post praestigias alias etiam in aerem magus ille est sublatus, promittens se inde bona populo adlaturum; quum precari secum Petrus, oculisque in eum intentis ita dicere: Si sum Iesu Christi Apostolus, non impostor, id quod Simon iste iactat, mando malis potestatibus, uti missum ipsum faciant, neu tenere ultra velint: ac cum dicto mox in terram est delapsus, & contritus: quam ob caussam etiam Romani diem hunc solennem habent: sabbatum enim forte erat, quo fideles preces & ieiunium agitant, ac potissimum pro doctore: isque mox ex eo tempore in hunc usque diem obtinet. Haec quum Nero cognovisset, in crucem agere Petrum iussit; Paullus vero, ut Chrysostomus testatur in Oratione illa, quam in vitam solitariam prohibentes recitavit, gladio feriit, quod dilectam sibi pellicem Christiana religione imbuisset. Et hac de causa homo lascivus, quique concubinas suas converti ad Christum minime ferret, persequutionem instituit. Et divinus quidem Ioannes ita quoque Paullum adfari invenitur: *Quisnam locus lacteum tuum sanguinem excepit, visum in veste eius qui & palo adfixit, quod & barbarum ipsius animum melle magis dulcem reddens etiam fidelem effecit, qui ad istud usque tempus infidelis exstitisset*. Obdormierunt vero uterque, ut ille inquit, in urbe Roma ad diem XXIX. Iunii, sub Nerone Imperatore. Memini vero, o dilecte, quod, divini Lucae Historiam de Apostolorum actis quum legisses, non iniuria dubitares, an, de Paullo cetera omnia persequutus, de beato eius fine verbum omnino nullum fecerit. Et in promtu est respondere; librum Actorum ea demum perscripta habere, quae ad primum usque Paulli in Romanam urbem adventum gesta essent: itaque cetera quidem Paulli enarrata; de martyrio, quod tunc nondum accidisset, nullam mentionem factam. Paullus enim toto biennio, quo & Lucas ei adfuit, Evangelium Romae liber praedicavit, deinde in urbem quum secundum advenisset, & pincernam item Neronis, pellicemque adamatam, rudimentis religionis Christianae imbuisset, beatum vitae suae finem est consequutus. Lucam autem prima vice Paullo minime adfuisse, in secunda ad Timotheum inquit: *In defensione prima omnes me deseruerunt, quod ne illis imputetur. Dominus vero adfuit mihi, animoque robur addidit*. In fine vero solus ei Lucas adfuit. Post defensionem primam Paullus in Hispaniam abiit; ubi mulier quaedam illustris, iamdudum illum videre cupida, & de veritate doceri, quum, prospectans forte in forum, transeuntem conspexisset, persuasisse marito Probo perhibetur, sua eum domo exciperet. Ingresso vero in aedes Paullo; mirum quiddam inopinato evenisse; quippe mulierem, apertis oculis, in fronte Apostoli litteras aureas conspi-

ἐπ' αὐτῷ γὰρ φονευθέντι ἐπένθησαν οἱ γονεῖς αὐτοῦ. εἰ δὲ τὸ πλάσμα προεγίνωσκε, πολλῷ μᾶλλον ὁ πλάστης αὐτός, εἰ καὶ ὁ παράφρων ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν τὴν γραφήν· „ ὅτι ἐπείρα- „ ζεν ὁ θεὸς τὸν Ἀβραὰμ, καὶ ὅτι, καταβὰς ἐ- „ πὶ Σόδομα ὄψομαι, ἔλεγεν ἄγνοιαν ἔχειν τὸν „ θεόν. „ πρὸς μέντοι ταῖς ἄλλαις αὐτοῦ φαντασίαις καὶ εἰς ἀέρα ἐπήρθη ὁ Σίμων, ἐπαγγελλόμενος ἐκεῖθεν ἀγαθὰ καταβιβάσαι τῷ λαῷ. ἐγὼ δὲ ὁ Πέτρος ηὐχόμην καθ' ἑαυτὸν, καὶ εἶπον ἐνατενίσας αὐτῷ· εἰ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰμὶ ἐγὼ, καὶ οὐ πλάνος, ὥς φησι Σίμων, προστάσσω ταῖς πονηραῖς δυνάμεσιν, ἀφῆναι τῆς κρατήσεως αὐτόν. καὶ παραχρῆμα εἰς γῆν κατηνέχθη καὶ συνετρίβη. διὸ δὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐπίσημον ἄγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι. σάββατον γὰρ ἦν, ἐν ᾧ καὶ προσευχὴ καὶ νηστεία τοῖς πιστοῖς, καὶ μᾶλλον ὑπὲρ τοῦ διδασκάλου. τοῦτο δὲ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐκεῖσε κρατεῖ. ταῦτα δὲ μαθὼν ὁ Νέρων, τὸν Πέτρον ἐσταύρωσε. τὸν δὲ Παῦλον, καθά φησιν ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, ἐν τῷ πρὸς τοὺς κωλύοντας μονάζειν λόγῳ αὐτοῦ, διὰ ξίφους ἐτελείωσεν, ἅτε κατηχήσαντα ἐπέραστον αὐτοῦ παλλακήν. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸν διωγμὸν ἤγειρε. λάγνος γὰρ ὢν οὐκ ἠνέσχετο τὰς αὐτοῦ παλλακὰς ἐπιστρέφειν πρὸς κύριον. ὁ μέντοι θεῖος Ἰωάννης καὶ τάδε πρὸς Παῦλον εὕρηται λέγων· ποῖος τόπος τὸ σὸν ἐδέξατο αἷμα τὸ γαλακτοειδὲς ὀραθὲν ἐν τῷ χιτῶνι τοῦ σε ἀνασκολοπίσαντος. ὃ δὴ καὶ τὴν βάρβαρον αὐτοῦ ψυχὴν ὑπὲρ μέλι γλυκάναν, πιστὸν ἐποίησε τηνικαῦτα τὸν ἄπιστον. κεκοίμηνται δὲ, ὡς ἐκεῖνοί φασι, καὶ ἀμφότεροι ἐν τῇ πόλει Ῥώμῃ, μηνὶ Ἰουνίῳ κθ'., ἐπὶ Νέρωνος βασιλέως. Οἶδα δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι καὶ τὴν τοῦ θεηγόρου Λουκᾶ περὶ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων ἐπελθὼν ἱστορίαν εὐλόγως ἠπόρηκας, εἴ γε τὰ λοιπὰ Παύλου διηγησάμενος ὁ Λουκᾶς, τὸ μακάριον αὐτοῦ τέλος πάντη σεσίγηκε. καί ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι μέχρι τῆς εἰς Ῥώμην πρώτης ἀφίξεως τοῦ μεγάλου Παύλου καταλύει τὴν ἱστορίαν ὁ Λουκᾶς. καὶ ἐκ τούτου φαίνεται, ὅτι διασχισθεὶς ὁ Λουκᾶς Παύλου τὸ τῶν πράξεων τηνικαῦτα συνεγράψατο βίβλον. ὅθεν τὰ λοιπὰ μὲν Παύλου διηγήσατο, τὸ δὲ μαρτύριον, ὡς μήπω γεγονὸς, εἰκότως παρέδραμεν. ὁ γὰρ Παῦλος διετίαν ὅλην ἐν Ῥώμῃ ἄνετος ὢν ἐκήρυττε. μέχρι γὰρ τοῦδε καὶ Λουκᾶς αὐτῷ συνῆν. εἶθ' οὕτως ἀπολογησάμενος εἰς τὸ κήρυγμα πάλιν ἐστέλλετο, καὶ τοῖς ἐκεῖσε κηρύττων ἦν. ἐκ δευτέρου δὲ τῇ Ῥώμῃ ἐπιδημήσας, καὶ κατηχήσας τὸν οἰνοχόον Νέρωνος, καὶ παλλακὴν αὐτοῦ ἐπέραστον, τὸ μακάριον τέλος ἐδέξατο. ὅτι δὲ οὐκ ἦν ὁ Λουκᾶς μετὰ Παύλου τὸ πρότερον, αὐτός φησι πρὸς Τιμόθεον ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν δευτέρᾳ ἐπιστολῇ. ἣν ἔγραψε δέσμιος ὢν ὑπὸ Νέρωνος. „ ἐν τῇ „ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ πάντες με ἐγκατέλιπον. „ μὴ αὐτοῖς λογισθείη. ὁ δὲ κύριός μοι παρέ- „ στη, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με. „ κατὰ δέ γε τὸ τέλος, μόνος παρῆν ὁ Λουκᾶς. μετὰ μέντοι τὴν πρώτην ἀπολογίαν εἰς Ἱσπανίαν ὁ Παῦλος παραγίνεται. γύναιον οὖν τι τῶν ἐπισήμων καὶ πρὸ πολλοῦ θέλον τὸν Παῦλον ἰδεῖν, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐνηχηθῆναι, παρακύψαι λέγεται κατὰ τὴν ἀγορὰν, καὶ ἰδεῖν αὐτὸν διερχόμενον, καὶ πεῖσαι τὸν αὐτῆς ἄνδρα Πρόβον ἐντὸς τοῦ οἴκου δέξασθαι αὐτόν. εἰσελθόντος οὖν, θαῦμα παράδοξον γίνεται. τὸ γὰρ γύναιον, ἀνακαλυφθέντων τῶν τοῦ νοὸς ὀφθαλ-

Digitized by Google

θαλμῶν, ἑώρα ἐπὶ τοῦ μετώπου τοῦ ἀποστόλου ἐπίχρυσα γράμματα, ΠΑΥΛΟΣ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΚΗΡΥΞ διαγορεύοντα, καὶ προσπεσοῦσα τοῖς ποσὶν αὐτοῦ ἡ τοιαύτη γυνὴ, κατηχήθη, καὶ ἐβαπτίσθη. ὁμοίως καὶ Πρόβος ὁ ἀνὴρ καὶ πάντες οἱ λοιποὶ καθεξῆς. τοῦ μέντοι Νέρωνος Ἀνίκητόν τινα στείλαντος, ἐπὶ τῷ τὴν μητέρα αὐτοῦ Ἀγριππίναν ἀποκτεῖναι, τί ποιεῖ αὕτη. τὴν ἑαυτῆς γαστέρα γυμνώσασα, παῖε Ἀνίκητε, ἔφη, παῖε, ὅτι Νέρωνα ἐγέννησεν. οὗτος ὁ Νέρων πρὸς τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ κακοῖς καὶ κιθαρῳδοῖς καὶ μίμοις ἐπέχαιρεν, ἀκροτοποτῶν ἐσαεί. κἀντεῦθεν τοὺς ἀναιτίους ἀποστερῶν τῆς ζωῆς. τοσοῦτον δὲ Ῥωμαῖοι ἀπεστράφησαν αὐτὸν, ὡς ἐπιστῆναι καίποτε τοῦτον ἀναιρήσοντες. τοῦτο δὲ γνοὺς ὁ Νέρων, ἑαυτὸν διεχειρίσατο. μηδὲν ἄλλο εἰπὼν, ἢ τοῦτο καὶ μόνον. οἷον, ὦ ζεῦ, κιθαρῳδὸν ὁ βίος ζημιοῦται. λέγεται δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι Λουκᾶς ὁ ἀπόστολος ἐπὶ καρποφόρου ἐλαίας ἐσταυρώθη. ἄδηλον δὲ ἦν τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον, διὰ τὸ μέσον πολλῶν σκηνωμάτων ῥιφῆναι. διὰ προσευχῆς δὲ ἔπεμψεν ὁ θεὸς κολλύρια ἰατρικὰ σύμβολα τῆς τέχνης αὐτοῦ. καὶ οὕτω φανερωθὲν ἐνταῦθα ἐπανεστάθη. οὐ πολὺς μετὰ ταῦτα παρεῤῥύη καιρὸς, καὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων ἔφθακεν ἀπώλεια. οὐκ ἐν ἄλλῳ δὲ καιρῷ ἦλθεν, ἀλλ' ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς. καὶ εἰκότως. ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς ἐν αἷς εἰς τὸν κύριον ἐξήμαρτον, ἐν αὐταῖς καὶ τὰ ἐπίχειρα εὑρεῖν. καὶ τοί γε πολλὰ τοῦ θεοῦ ποιήσαντος· ἵνα διορθωθῶσι. καὶ γὰρ ἄνθρωπός τις Ἰησοῦς κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς σκηνοπηγίας ἐλθὼν ἐν τῷ ἱερῷ ἀνέκραξε φωνῇ ἐπὶ τῶν τεσσάρων μερῶν 1 ἐπὶ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν λαόν. ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν πᾶσαν περιερχόμενος, καὶ τυπτόμενος, ἔλεγεν. οὐαὶ, οὐαὶ Ἱεροσόλυμα. δύο καὶ γὰρ ἔτη περικυκλωθέντες, καὶ ἀπορήσαντες, τοὺς ζωστῆρας, καὶ τὰ δέρματα τῶν θυρεῶν, ἐμασοῦντο. γυνὴ δέ τις, Μαρία τοὔνομα, πλουσία οὖσα σφόδρα, ἐκ τῆς χώρας πρὸς τὴν πόλιν εἰσῆλθε. καὶ τὰ προσόντα αὐτῇ σκυλευθεῖσα ὑπὸ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ ἔχουσα ζῆσαι, ὑπομάζιον αὐτῆς παῖδα ὀπτήσασα, ἔφαγε. τοῦτο οὖν ἰδόντες ηὔχοντο τάχιον ἀποθανεῖν. καὶ θύελλα τότε ἐπνεύσε. καὶ τὰ μὲν βέλη τῶν πολεμίων, ὄρθρια 2 ἔφερε· τὰ δὲ τῶν Ἰουδαίων, πλάγια. ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὴν Ἱερεμίου προφητείαν πέρας λαβεῖν, τὴν οὕτω λέγουσαν. „ καὶ καταβαλῶ „ αὐτοὺς ἐν μαχαίρᾳ ἐνώπιον τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν, „ καὶ τάξω τὴν πόλιν ταύτην εἰς ἀφανισμὸν, καὶ „ εἰς συῤῥηγμὸν αἰώνιον. καὶ ἔδονται τὰς σάρκας „ τῶν υἱῶν, καὶ τῶν θυγατέρων αὐτῶν, καὶ συν„ τρίψω τὴν πόλιν ταύτην, ὡς ἄγγος ὀστράκι„ νον, ὃ οὐ δυνηθήσεται ἰαθῆναι ἔτι· „ τί τούτου σαφέστερον; πάντα γὰρ πεπλήρωται τὰ κατὰ τὴν ἱστορίαν Ἰωσήπου. ἵνα γὰρ μηδεὶς Ἰουδαῖος ἀπιστήσειεν, οὐκ ἀλλόφυλόν τινα, ἀλλ' ὁμόφυλον, καὶ ζηλωτὴν, παρεσκεύασεν ἡ ἀλήθεια τὰ δυσεξήγητα ἐκτραγῳδῆσαι πάθη αὐτῶν. τοιαύτην γὰρ θεήλατον ὀργὴν οὐδεὶς εἶδέ ποτε. ὁ μέντοι Ἰώσηπος, ἐν Ἱερουσαλὴμ παρὼν τῷ πολέμῳ, συνέγραψε τριακοσίας ἀνδρῶν μυριάδας ἀπολέσθαι λι-

spicatam, quae hoc dicerent; PAVLVS CHRISTI PRAECO; itaque ipsam, pedibus eius advolutam, doctrinae Christianae initia accepisse, & baptismatam, una cum marito Probo, familiaque universa. Nero vero quum ad matrem Agrippinam occidendam Anicetum amandasset, illa ventrem suum retegens, *Hunc tu, Anicete, feri*, inquit, *qui Neronem edidit*. Idem Nero inter cetera illud etiam vitium habebat, quod & mimis, & citharoedis, mirum in modum oblectaretur, & comessaretur semper, innocentes morti damnans. Adeo autem hunc Romani aversati, ut & tamdem contra eum conspirarint: quod quum sciret, manus ipse sibi intulit; unum illud tantum effatus. *Quantum, Iupiter, citharoedum vita amittit!* Illud quoque vulgo fertur, Lucam Apostolum frugiferae oleae adfixum fuisse; & quum pretiosae reliquiae, quae abiectae inter plura tuguria erant, nescirentur; collyria quaedam, artis, quam fecisset, symbola, exoratum precibus Deum demisisse: itaque illas & detectas, & deinceps adservatas. Non multo post excidium Iudaeorum accidit, idque festo, convenienter; quia, quo in Dominum tempore deliquissent, eodem ipsos poenam luere oportebat: quamvis sane multa corrigendis ipsis fecisset Deus. Etenim quidam, cui nomen Iesus esset, festo Tabernaculorum templum ingressus, a parte utraque in Ierosolyma, populumque, magna voce exclamavit. Dein per urbem circumerrans, seque feriens; *Vae*, aiebat, *vae Ierosolymae*. Ac biennio mox elapso circumsessi, & ad extrema redacti, cingula sua, coriaque clypeorum, manducabant. Femina vero quaedam, Maria, dives valde, ex agro in urbem se receperat; & mox spoliata a populo, nec, quo vitam toleraret, quidquam habens, filium suum, adhuc lactantem, assum edit: quo conspecto, mori omnes quamprimum optabant: ac procella tunc oborta est, telaque hostium recta in urbem, Iudaeorum transversa, ferri: ita ut tunc Ieremiae vaticinium impleretur, ita habens: *Gladio illos in conspectu hostium sternam, urbemque funditus delebo; edentque carnes filiorum, ac filiarum; conteramque urbem istam, ut vas testaceum, quod redintegrari nullo modo poterit*. Quo quid clarius? omnia enim haec impleta abunde nobis Iosephi Historia adtestatur. Et ne quis Iudaeus fidem non haberet, veritas non extraneum aliquem, sed e gente eadem virum, aemulatoremque insignem, excitavit, qui, quae illi infanda passi, tragica gravitate exponeret. Talem vero Dei iram nemo homo umquam vidit. Iosephus quidem, qui in urbe Ierosolyma belli tempore versabatur, trecenties decies centena millia periisse fame, ferro, igni, talibus, scripto prodit: quin & Romae multi bestiis obiecti. Atque haec Tito imperante, annis amplius quadraginta post

1 Ἐπὶ τῶν δύο μερῶν) Nam duplex urbs erat; & una pars, ἡ ἄνω πόλις: altera: ἡ κάτω dicebatur. Iosephus de Bello Iud. lib. VI. cap. XIII. Αὐτὴ μὲν [de urbe Ierosolyma loquitur, ciusque situ] ἐπὶ δύο λόφων ἀντιπρόσωπος ἔκτιστο, μέσῃ φάραγγι διῃρημένων, εἰς ἣν ἐπάλληλοι κατέληγον αἱ οἰκίαι. τῶν δὲ λόφων, ὁ μὲν τὴν ἄνω πόλιν ἔχων, ὑψηλότερος πολλῷ, καὶ τὸ μῆκος ἰθύτερος ἦν. ἕτερος δὲ, ὁ καλούμενος ἄκρα, καὶ τὴν κάτω πόλιν ὑφεστὼς, ἀμφίκυρτος.

2 Ὄρθρια) Scrib. ὄρθια.

Digitized by Google

post adsumtionem Christi, evenere. Scito autem, o dilecte, ter Iudaeos, idque graviter, serviisse; in AEgypto, Babylone, & sub Antiocho Illustri. Verum in istis & captivitas, reditusque, vaticinio praedicta; de captivitate ultima, non id factum. Et vide mihi in Iosepho rectum veritatis studium; quippe scripsit, Ierosolyma a Romanis exscindenda, & prophetae Danielis testimonium adlegavit; de vastationis fine, quum de ea nihil illum praedicentem repperisset, plane tacuit. Ac de hisce ita quidem dictum esto. Post Neronem Galba imperium est adeptus, tenuitque menses septem; post hunc Otho tribus mensibus: cui Vitellius succedens imperavit menses octo. Hic propositis edictis, qui ex astris se futura praedicturos nugarentur, exsulare Italia iussit; contra proponentibus illis scripto publico, *At tu vita excede, Caesar:* quin & diem, quo caedendus ipse foret, adscribentibus. Hunc excepit Vespasianus, imperavitque annos novem; illum Titus, eius filius, qui biennium. Sub hoc capta Ierosolyma. Coeperat quidem obsidionem Vespasianus, verum is, discedens Romam, Tito filio, viro fortissimo, urbem expugnandam tradere. Adeo autem admirandus ille erat, ut Dei in Iudaeos iram deploraret; ac potissimum, cum incensum templum videret; quin & Deum orans diceret, *Ego minime, sed tu huius rei auctor*. Insuper, si quis victorem adpellasset, succenseret. Tanto autem gloriae studio ferebatur, uti diceret; *Nullum a vultu Imperatoris tristem dimittendum esse.* Haec quoque eius saepenumero vox audita, qua se die, quo in nullum beneficium contulisset, Imperatorem fuisse negaret. Sed hunc frater Domitianus, lepore illi marino adposito, interemit; qui imperio annos quindecim est potitus. Ab hoc in Patmum relegatus Ioannes, cognomento Theologus; ubi etiam Evangelium, & Apocalypsin, scripsit. Eodem tempore Apollonius Tyaneus, quaevis loca circumambulans, etiam Byzantium venit; unde, ab incolis rogatus, serpentes, scorpiosque, eiecit; equosque indomitos frenavit: & Antiochiae idem fecit, contra scorpios, pulicesque, a quibus valde infestabantur, scorpio aeneo in terram defosso, atque ita fabrefacto, ut concussis arundinibus pulices propulsarentur. Erat vero Domitianus Titi frater, sed fraterni erga ipsum nil habebat: ita ut verum omnino esset, id quod vulgo iactabatur. *Matula, & poculum, ex eodem vitro.* Praeterea avarus etiam erat, & humano sanguine gaudens. Quidam Astrologus praedixerat ei & finem vitae, & successorem; quem vicissim interrogavit. Tibi autem vitae quantum adhuc restat, quisque finis est futurus? isque vero, quantum potuit, ex stellarum cursu respondit: igitur Domitianus, impo-

λιμῷ μαχαίρᾳ, πυρὶ, ϗ τοῖς τοιέτοις· ναὶ μὴν ϗ τῇ κατὰ Ῥώμην θηριομαχίᾳ, γέγονε δὲ ταῦτα ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις Τίτε μετὰ τεσσαράκοντα ϗ πλέιονα ἔτη τῆς τοῦ Χριςοῦ ἀναλήψεως. Γίνωσκε δὲ, ἀγαπητὲ, ὅτι τρεῖς δελέιας ὑπέςησαν οἱ Ἰεδαῖοι ϗ λίαν δεινάς. τὴν ἐν Αἰγύπτῳ, τὴν ἐν Βαβυλῶνι, ϗ τὴν ἐπ' Ἀντιόχε τε Ἐπιφανες. ἀλλ' ἐπὶ τέτοις ϗ ἡ αἰχμαλωσία προηγορεύοντο, ϗ ἡ ἐπάνοδος. ἐπὶ δὲ τῆς ἐχάτης αἰχμαλωσίας τετο ἐ γέγονε, ϗ ὅρα τε Ἰωσήπε τὸ φιλάληθες. ὅτι μὲν γὰρ ὑπὸ Ῥωμαίων ἐρημωθήσεται τὰ Ἱεροσόλυμα ἔγραψε, παράγων ϗ τὸν προφήτην Δανιὴλ μάρτυρα τε λόγε αὐτε. ὅτι δὲ ςήσεται τῆς ἐρημώσεως, ἐκ ἔγραψεν, ἐπεὶ μηδὲ τὸν προφήτην εὗρε τοιετόν τι προειπόντα. ϗ περὶ μὲν τέτων ἕτως. Μετὰ δὲ Νέρωνα κρατεῖ Γάλβας μῆνας ἑπτά. Μετὰ Γάλβαν Ὄθων μῆνας τρεῖς. Μετὰ δὲ τετον Βιτέλλιος μῆνας ὀκτώ. ἕτος κηρύγματα τοῖς ἀςρολέσχαις προτέθεικε, φεύγειν ἐξ Ἰταλίας. οἱ δ' ἀντιπροτεθέικασι, φεῦγε τε βίε Καῖσαρ. ϗ τὴν ἡμέραν αὐτὴν, καθ' ἣν ἀποκτανθέιη, γράψαντες. Μετὰ δὲ τετον ὁ Οὐεσπασιανὸς ἔτη ἐννέα. Καὶ μετὰ τετον ὁ υἱὸς αὐτε Τίτος ἔτη δύο. ἐφ' ε ϗ ἡ τῶν Ἰεδαίων ἅλωσις γέγονε. ταύτης μὲν πρῶτος Οὐεσπασιανὸς κατήρξατο. ἀλλ' ἐκεῖθεν ἀπάρας πρὸς Ῥώμην, ἀφῆκε τὸν γενναιότατον Τίτον τὴν πόλιν πολιορκεῖν. ἕτος δὲ ὁ Τίτος τοσετον ἦν θαυμαςὸς, ὥςε ϗ θρηνῆσαι διὰ τὴν κατὰ τῶν Ἰεδαίων θεήλατον ὀργήν. ϗ μᾶλλον ἡνίκα τὸν ναὸν ἑώρα πυρπολέμενον. ἀλλὰ ϗ τε θεε δεόμενος ἔλεγεν· ἐκ ἐγὼ, ἀλλά συ, τέτε αἴτιος. ἀλλὰ ϗ εἴ τις νικητὴν αὐτὸν ἀνηγόρευεν, ὠργίζετο κατ' ἐκέινε. τοσετον δὲ ἦν ὁ Τίτος ἕτος φιλότιμος, ὥςε ϗ λέγειν· οὐ δεῖ τινα βλέπειν τὰ βασιλέια ϗ ὑποςρέφειν λυπέμενον. λέγεται δὲ ϗ τετο τοσετον εἰπεῖν. σήμερον οὐκ ἐβασιλεύσαμεν, ἐπειδή τινα οὐκ εὐεργετήσαμεν. (ἠχμαλώτευσε δὲ ἕτος ὁ Τίτος μυριάδας ρ'. ϗ ἀνεῖλε ϗ ϛ. ὥς φησι Γεώργιος.) μετὰ δὲ ταῦτα ἀναιρεῖται ὑπὸ τε ἀδελφε αὐτε Δομετιανε, λαγωὸν αὐτῷ παραθέντος θαλάσσης. Μετὰ δὲ Τίτον κρατεῖ Δομετιανὸς ἔτη δεκαπέντε. ἀφ' ε ὁ θεολόγος εἰς Πάτμον ἐξορίζεται. ἔνθα ϗ τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ τὴν ἀποκάλυψιν, ἔγραψεν. τότε δὴ ϗ Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς, ἀπανταχε περιπατῶν, ϗ εἰς τὸ Βυζάντιον ἔρχεται. ὅθεν ϗ, παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν ἐποίκων, τὲς ὄφεις, ϗ τὲς σκορπίες, ἐκ τῆς πόλεως ἐφυγάδευσε [1], ϗ τῶν ἵππων τὴν ἀταξίαν ἐχαλίνωσε. ϗ ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ ὡσαύτως ἐποίησεν ἐπί τε τοῖς σκορπίοις, ϗ κώνωψι· πολλὰ γὰρ ὑπὸ τῶν τοιέτων ἐβλάπτοντο· χαλκεν μέν σκορπίον χώσας ἐν τῇ γῇ, ὑπὸ καλάμων δὲ σειομένων διωχθῆναι παρασκευάσας τὲς κώνωπας. ὁ μέντοι Δομετιανὸς Τίτε μὲν ἦν ἀδελφὸς, μηδὲν δὲ ἀδελφὸν πρὸς αὐτὸν ἔχων, ὡς εἶναι τὸ θρυλλέμενον ἐκεῖνο πανάληθες. ἀμὶς ϗ ποτιςήριον ἐκ τῆς αὐτῆς ὑέλε. ἦν γὰρ ἐρασιχρήματος, αἵμασι χαίρων ἀνθρώπων. τετο προεῖπέ τις ἀςρονόμος ϗ τὸ τέλος, ϗ τὸν διάδοχον αὐτε. ὁ δὲ ἐπήνεγκε πρὸς αὐτόν. ἡ δέ σε ζωὴ πόση ἐςι, ϗ ὁποῖον τὸ τέλος αὐτῆς; ϗ ὃς ἀπεκρίνατο πάντα φιλαλήθως μετὰ τὲς δρόμες τῶν ἀςέρων. ὁ δὲ Δομετιανὸς,

1 Τὲς ὄφεις, ϗ τὲς σκορπίες, ἐκ τῆς πόλεως ἐφυγάδευσε) Nicephorus Histor. Ecclesiast. lib. III. cap. XI. *Eius aetate Apollonius quoque Tyaneus vixit, quem historiae produnt Roma Byzantium venisse, atque ibi daemoniacis quibusdam praestigiis, atque incantationibus, magnam vim serpentum & scorpionum fugasse, & praeterea ferocissimos quosque equos frenasse*. Idem tradit Hesychius Milesius in Originibus Constantinopolitanis, a me vulgatis ante quadriennium, ubi vide quae notavi.

Digitized by Google

νὸς, θέλων ἀπελέγξαι φενακίζων τὸν ἀστρονόμον κελεύει πῦρ ἀναφθῆναι, καὶ δεδεμένον αὐτὸν ἐμβληθῆναι τῇ πυρᾷ. γίνεται ταῦτα. ἀλλὰ τὸ ἐγχείρημα τοῦτο τέλους οὐ δέχεται. ὑετὸς γὰρ ἄνωθεν καταῤῥήγνυται, καὶ σβέννυται ἡ πυρά. λύεται ὁ δεσμότης, καὶ ὁ βασιλεὺς ὄναρ ἑώρα. ἵππῳ μελαντέρῳ ἐπεκάθητο κατάφρακτος ὅπλοις. τούτων γοῦν ἀποῤῥυέντων αὐτομάτως εἰς χάσμα γῆς ἐδόκει καταπίπτειν. καὶ σὺν ἵππῳ, καὶ στολῇ, ἄφαντος γέγονεν. ὅθεν καὶ, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ βιαίως ἐκῤῥήξαντος, εἰς Νερούαν τὸ σκῆπτρον ἔρχεται. Κρατεῖ τοίνυν μετὰ Δομετιανὸν Νερούας ἔτος ἓν, μῆνας τέσσαρας. ἐφ' οὗ ἐπανεκλήθη τῆς ἐξορίας ὁ θεολόγος 1, ὥς φησιν Ἱππόλυτος· εἶτα τελευτᾷ, καὶ ζητηθεὶς τὸ λείψανον αὐτοῦ οὐχ εὑρέθη. Μετὰ δὲ Νερούαν κρατεῖ Τραϊανὸς ἔτη ἐννέα 2 καὶ μῆνας ἑπτά. ὃς τοσοῦτον ἦν φιλοδίκαιος, ὡς γυμνῶσαι σπάθην, καὶ ἐπιδοῦναι τῷ ἐπάρχῳ, καὶ οὕτως εἰπεῖν· εἰ μὲν καλῶς ἄρχω, ὑπὲρ ἐμοῦ ἔσο κεχρημένος αὐτῇ, εἰ δὲ κακῶς ἄρχω, κατ' ἐμοῦ. οὗτος καὶ τὰς ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ γεφύρας ἐποίησε. ὧν ἕνεκα καὶ σωτηρίας ἔτυχεν 3, εἰ καὶ ἐν ἀσεβείᾳ τὸν βίον κατέλυσεν. ὃ δὴ καὶ παράδοξον. ὁ γὰρ Διάλογος μέγας Γρηγόριος 4, ὁ τῆς τοιαύτης Ῥώμης χρηματίσας ἐπίσκοπος, ἀνὰ τὴν λιθίνην πορείαν γενόμενος, ἣν ὁ Τραϊανὸς οὗτος ᾠκοδόμησεν, εὐχὴν κραταιὰν, ὡς ὁ θειότατος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς ἀφηγούμενος εὕρεται, πρὸς τὸν φιλόψυχον κύριον ὑπὲρ συγχωρήσεως ἁμαρτιῶν τοιούτου βασιλέως πεποίηκε. καὶ ὃς αὐτίκα φωνῆς θεόθεν ἐνεχθείσης αὐτῷ ἐπακήκοε, τάδε φησάσης. τῆς εὐχῆς σου ὑπήκουσα, καὶ τῷ Τραϊανῷ συγγνώμην δίδωμι. σὺ δὲ μηκέτι προσθῇς ὑπὲρ ἀσεβῶν εὐχὰς προσενέγκαι μοι. ὁ μέντοι Τραϊανὸς μετὰ τοῦ συγκάπτεσθαι ξένοις, καὶ παραμυθεῖσθαι φίλους, ἀνεξικάκως ἅπασαν ἔφερε λοιδορίαν· δεῖν ἐξισοῦσθαι τῷ θεῷ λέγων τὸν βασιλέα, καὶ πάσης ἀνέχεσθαι ὕβρεως. Μετὰ δὲ τοῦτον ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Ἀδριανὸς, ἔτη κδ'. 5 ὃς συγκροτήσας πόλεμον μετὰ Ἰουδαίων στασιασάντων, ὡς ἄνωθεν εἴρηται, ἀνεῖλεν ἐξ αὐτῶν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ μυριάδας ἀνδρῶν νή. συστάντες καὶ γὰρ τηνικαῦτα ἐπὶ τὴν πόλιν ἐσπούδαζον πολιτείαν ἐπανελθεῖν. ἀλλ' αὐτὸς χειρωσάμενος αὐτοὺς κατέστρεψε τὴν πόλιν, καὶ παντελῶς ἐξη-

postorem ostendere cupiens, rogum statim accendi iubet, eumque in illum vinctum abiici. Fiunt iussa, sed conatum eventus destituit; magnus enim obortus imber rogum extinguit, vinculisque ille exuitur. Deinde somnium Imperatori est obiectum. Equo nigro insidere, armis indutus, videbatur; iisque sponte defluentibus, in hiatum quemdam terrae mox decidere; ac cum equo, ornatuque, evanescere. Itaque morte violenta, interemto, in imperio Nerva successit; tenuitque annum unum, menses quatuor. Sub hoc ab exsilio suo revocatus est Theologus, ut Hippolytus nobis auctor; eiusque postea defuncti reliquiae quaesitae, nec inventae. Post Nervam imperium ad Traianum est delatum; iisque praefuit annos novem, menses septem. Tantum autem in hoc iustitiae studium erat, ut praetorio praefecto gladium ipse nudum daret, cum his verbis: *Hoc tu pro me, si quidem recte imperavero; quod si male, contra utere.* Pontes urbis veteris Romae aedificavit; eoque opere, etsi sine pietate vitam exegit, quod mirandum, salutem aeternam est adeptus. Magnus enim Gregorius Dialogus, urbis istius Romae Episcopus, quum ad viam, a Traiano lapide stratam, pervenisset, vehementi oratione, teste Ioanne Damasceno, animarum amanti Domino supplicavit, uti Imperatori isti peccatorum veniam daret: moxque vocem, caelitus ad se delatam, intellexit, quae sic ipsum compellaret. *Exaudivi preces tuas, & Traiano condonavi; verum cave ne pro impiis umquam iterum depreceris.* Traianus quidem praeterquam quod cum peregrinis cibum caperet, & amicos solaretur, etiam quamvis contumeliam patienter tolerabat, *Deo similem Imperatorem esse oportere*, inquiens, *& iniuriam quamvis ferre.* Post hunc gener Hadrianus annos quatuor & viginti imperavit. Hic bello in Iudaeos moto, tumultuantes, ut iam dixi, uno die quingenties octuagies centena millia interfecit: nam coniunctis undique viribus veterem reip. statum restaurare conabantur: verum ipse, postquam

---

1 Ἐφ' οὗ ἐπανεκλήθη τῆς ἐξορίας ὁ Θεολόγος) De Ioannis Theologi e Patmo revocatione Chronicon Alexandrinum in Olymp. CCXIX. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ὁ Βασιλεὺς Νερούας ἀνεκαλέσατο τὸν Ἀπόστολον Ἰωάννην ἀπὸ Πάτμου τῆς νήσου.

2 Κρατεῖ Τραιανὸς ἔτη ἐννέα) Errat, quippe novemdecim annos imperavit Traianus, uti notum ex Historia. Idem est Constantini Manassis error.

3 Ὧν ἕνεκα σωτηρίας ἔτυχε) Traiano Imperatori salutem impetratam precibus Gregorii Dialogi tradiderunt e Grecis Theologis quidam. Ioannes Damascenus in his est, Serm. Περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων. Locus iste est. Δέον τοίνυν καὶ ἄλλων ἱστορικῶν ἐπιμνησθῆναι πρὸς τούτοις. Γρηγόριος οὖν ὁ Διάλογος, ὁ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπίσκοπος, ἀνὴρ, ὡς ἴσασι πάντες, ἐν ἁγιοσύνῃ καὶ γνώσει ἐξάκουστος, ᾧ φασι λειτουργοῦντι οὐράνιος συνελειτούργει καὶ θεῖος Ἄγγελος. οὗτος ποτὲ ἀνὰ τὴν λίθινον πορείαν ποιούμενος, καὶ στὰς ἐξεπίτηδες, εὐχὴν κραταιὰν πρὸς τὸν φιλόψυχον κύριον ὑπὲρ συγχωρήσεως ἁμαρτιῶν Τραιανοῦ τοῦ βασιλέως πεποίηκεν. ὃς παραυτίκα φωνῆς θεόθεν ἐνεχθείσης αὐτῷ ἐπακήκοε, τάδε φησάσης· τῆς εὐχῆς σου, φησὶ, ἐπήκουσα, καὶ συγγνώμην Τραιανῷ δίδωμι· σὺ δὲ μηκέτι προσθῇς ὑπὲρ ἀσεβῶν εὐχὰς προσενέγκειν μοι. Meminit quoque Euchologium Graecorum cap. XIX ubi ita sacerdos orat. Ὡς ἔλυσας τῆς μάστιγος Τραιανὸν δι' ἐντεύξεως τοῦ δούλου σου Γρηγορίου τοῦ Διαλόγου, ἐπάκουσον καὶ ἡμῶν δεομένων σου.

4 Ὁ γὰρ Διάλογος μέγας Γρηγόριος) Cur Gregorius sit Διάλογος cognominatus, tradit Cedrenus. Ἐν δὲ τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ ἀποστολικὸς ἀνὴρ, καὶ Πέτρου τοῦ κορυφαίου σύνθρονος, ὃς καὶ διὰ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα θεῖα πονήματα Διάλογος ἐκλήθη.

5 Ἀδριανὸς, ἔτη κγ') Ita etiam Cedrenus, & Manasses. Zonaras annos XIX. dicit. Rectius Fasti annos numerant XXI. cum quibus facit Spartianus in eius vita. *Imperavit annis XXI. mensibus XI.*

Digitized by Google

Dandum ei, qui non amet, Lyſiae erat opinio. *Amanti dandum*, videbatur Platoni. Tu & amanti das, & non amanti. Hoc autem nemo ſapiens, bene vero Lais, ut puto, probaverit.

Ζ΄. ΕΠΙΚΤΗΤΩι.

Φοβοῦ δῆμον, παρ' ᾧ πολλὰ δύνασαι.

VII. EPICTETO.

Time populum, apud quem multum potes.

Η΄. ΧΑΡΙΤΩΝΙ.

Μεμνήσεσθαι τῶν σῶν λόγων οἴει τοὺς Ἕλληνας, ἐπειδὴ τελευτήσῃς. οἱ δὲ μηδὲν ὄντες ὁπότε εἰσὶ, τίνες ἂν εἶεν ὁπότε οὐκ εἰσί (l).

VIII. CHARITONI.

Graecos putas tuarum orationum memoriam retenturos, e vita ubi exceſſeris. Qui vero nihil ſunt, dum ſunt, quid erunt, ubi non fuerint amplius?

(a) Βερενίκῃ) Cod. Vatican. b. habet γυναικὶ ἑτέρᾳ.

(b) Παρειὰν γράφουσα] ὑπογράφουσα habet id. Cod.

(c) Γράψ. σε γήρως ἐπὶ τῇ τ. προσ. γραφῇ] venuſtatem adfectat *Sophiſta* in eo, quod γήρως ἐπὶ γραφῇ γράψεσθαι, ſe dicit, quam figuram Romana lingua exprimere hic non licuit, in eo tamen unice huius epiſtolae poſita eſt venuſtas, quam adſequi adeo verſione non potuimus.

(d) Ἐπικτήτῳ) cod. Vatic. b. habet τῷ αὐτῷ.

(e) Κροτῶσιν] male interpretes priores *plaudunt*; ciconiarum *crepitare* eſt. Paulo ante pro παριόντες, quod erat in vulgaris reſtitui παριόντας, idque firmat cod. Vat. b.

(f) Ἡγοῦ δῆμον] colon hic poſuimus, in editis enim male haec cum ſequentibus iunguntur, perturbatiſſimaque verſio ex paulo ante notata falſa lectione, & prava hac diſtinctione conficitur.

(g) Μηδὲ αἰτοῦσι μηδὲν) plauſores emtos Graecis, Romaniſque oratoribus, quales Laodicenos paſſim vocat Plinius iunior, notiſſimum, viderique poſſunt eam in rem obſervata Creſolito Theatr. Rhetor. lib. III. c. 10. ſ. 8.

(h) Ἀριστοβούλῳ] Vatic. b. τῷ αὐτῷ.

(i) Λυσίου δόξα] argumentum id oratione tractaverat Lyſiae, ὡς χαριστέον μὴ ἐρῶντι μᾶλλον ἢ ἐρῶντι] contra quem diſſerit in Phaedro Plato, vel diſſerentem Socratem inducit.

(k) Λαῒς δὲ) meretrix famoſa, quae ſcilicet non adfectum, ſed lucrum ſequebatur.

(l) Ὁπότε οὐκ εἰσί) ſic Sophocles mortuos dicit οὐκέτι ὄντας, & de

IX. NESTORI.

Ficus tibi misi vernas. Mirari in iis te velim, sive quod iam sint, sive quod adhuc sint.

Θ'. ΝΕΣΤΟΡΙ (a).

Ἔπεμψά σοι σῦκα ἠρινά. θαυμάζοις δ' ἂν αὐτῶν ἢ τὸ ἤδη, ἢ τὸ ἔτι (b).

X. DIODORO.

Apyrina Erythrae hortis colunt, laticem fundentia potabilem, vini instar habentem, uvarum more optimarum. Decem ex his decerpsi, tibique mitto. Tu autem utere eis, vescens perinde ac vino, inebriatus vero non magis ac cibo.

Ι'. ΔΙΟΔΩΡΩι.

Τὰς ἀπυρήνους ῥόας (c) Ἐρυθραὶ κηπεύουσιν, οἰνοχοούσας νᾶμα πότιμον, ὥσπερ τῶν βοτρύων οἱ εὖ πράττοντες. δέκα σοὶ τούτων τρυγέσας ἔπεμψα. χρῶ δὲ αὐταῖς, σιτούμενος μὲν ὡς οἴνῳ, μεθύων δὲ ὡς σίτῳ (d).

XI. PHILEMONI.

Dioclem tragoedum, si iam nosti quidem, probas haut dubie. Si est ignotus, in probatorum numero scribe. Et eum te ipsi praebe, qualem se praebere par sit eum, qui vel ipse norit, vel non credere nolit.

Ια'. ΦΙΛΗΜΟΝΙ.

Τὸν τραγῳδὸν, Διοκλέα (e), εἰ μὲν ἤδη γινώσκεις, ἐπαινεῖς δή που. εἰ δὲ ἀγνοεῖς, ἐν τοῖς ἐπαινουμένοις γράφε. καὶ γενοῦ περὶ αὐτὸν οἷον εἰκὸς ἢ τὸν πεπεισμένον, ἢ τὸν μὴ ἀπιστοῦντα.

XII. DELICIIS SVIS.

Et tu ita malignus es, ut neminis miserearis: & ego ita infortunatus, ut a nullo alio accipere velim. Prorsusque mihi grata est infelicitas, nec velim repulsae ferendae fieri finem, ne tua quoque ignominia ob detestabiles mores finem consequatur. Quod ego enim facio, solius voluptatis est opus. Tuum vero crimen communem reprehensionem incurrit, culpae, quam omni ex parte sustinet.

Ιβ'. ΜΕΙΡΑΚΙΩι (f).

Καὶ σὺ πονηρὸς οὕτως, ὡς μηδένα ἄλλον ἐλεεῖν· κἀγὼ δυστυχὴς οὕτως, ὡς μηδὲ παρ' ἄλλου λαβεῖν (g). καὶ πάνυ χαίρω τῇ κακοπραγίᾳ, βουλόμενος μὴ παύσασθαι διαμαρτάνων, ἵνα παύσῃ μηδὲ σὺ τῆς ἐπὶ τῷ μιαρῷ τοῦ τρόπου κακοδοξίας. τὸ μὲν γὰρ ἐμὸν μιᾶς ἔργον ἡδονῆς. τὸ δὲ σὸν κοινὸν εἰς διαβολὴν τῆς παρὰ πάντων αἰτίας.

XIII. IVLIAE AVGVSTAE.

Plato quidem divinus sophistis minime invidit; etsi id valde quibusdam persuasum sit. Verum aemulatio cum eis illi intercessit, quoniam oberrabant, magnas parvasque civitates demulcentes, Orphei ac Thamyrae morem sequuti ab invidia autem tantum abfuit ipse, quantum aemulatio ab invidia abest. Nam invidia misera ingenia nutrit, aemulatio vero excellentibus est incitamento. Et invidere quidem quis solet ob ea, quae ipse consequi non possit. At quae vero melius aut saltem non deterius, quis est compositus, ad ea aemulatione fertur. Plato igitur, & in formas Sophistarum exspatiatus est, ac ne Gorgia quidem gorgissando se

Ιγ'. ΙΟΥΛΙΑι ΣΕΒΑΣΤΗι.

Οὐδὲ ὁ θεσπέσιος Πλάτων τοῖς σοφισταῖς ἐβάσκηνε, κἂν σφόδρα (h) ἐνίοις δοκεῖ τοῦτο. ἀλλὰ φιλοτίμως μὲν πρὸς αὐτοὺς εἶχεν, ἐπειδὴ διεφοίτων θελγόντες μικράς τε καὶ μείζους πόλεις, τὸν Ὀρφέως καὶ Θαμύρου τρόπον. τοῦ δὲ βασκαίνειν ἀπέσχε τοσοῦτον, ὅσον φιλοτιμία φθόνου. φθόνος μὲν γὰρ τρέφει τὰς μοχθηρὰς φύσεις, φιλοτιμία δὲ τὰς λαμπρὰς ἐγείρει. καὶ βασκαίνει μέν τις τὰ μὴ ἑαυτῷ ἐφικτά. ἃ δὲ ἄμεινον ἢ μὴ χεῖρων διαθήσεται, φιλοτιμεῖται πρὸς ταῦτα. ὁ γοῦν Πλάτων καὶ εἰς τὰς ἰδέας τῶν σοφιστῶν ἵεται, καὶ οὔτε τῷ Γοργίᾳ παρίησι τὸ ἑαυτοῦ ἄμεινον γοργιάζειν (i), πολλά τε κατὰ τὴν Ἱππίου (k) καὶ Πρωταγόρου

& de pueris Bethleemiticis Matthaeus II. 18. ὅτι οὐκ εἰσί. Latini *fuisse*, & *vixisse* dicunt. Plautus in Pseudol. Act. I. Sc. III. *Mortuus est qui* fuit, *qui* est, *vivus est*. Hinc patet epistolae acumen: Graeci, inquit, *qui nihil sunt* h. e. nauci, *dum vivunt* (hoc enim est *esse*,) *quid erunt quum non amplius erunt*? hoc est ubi morientur.

(a) Νέστορι) Vatic. b. habet ἑταίρῳ τινί.

(b) Ἢ τὸ ἤδη ἢ τὸ ἔτι] sensus est, ficus istas, *verno tempore* missas, vel *superesse* crediturum. Nestora *ex superioris anni* ὀπώρᾳ, & sic miraturum τὸ ἔτι, quod *tamdiu conservari potuerint*. Vel crediturum eas *modo natas*, & sic miraturum τό ἤδη, quod *iam venerint*. Nempe adeo illae praecoces, ut dubium videretur an recens natae, an ex priore messe superstites sint.

(c) Ἀπυρήνους ῥόας) ita pro ἀπυρίνους, quod in editis erat, & MSS. rescribere non dubitavi. Plinius lib. XIII. s. 34. ubi de punici malii variis generibus: *APYRENVM, cui lignosus nucleus abest, sed candidior ei natura, & blandiores sunt acini, minusque amaris distincti membranis*. Nempe πύρην *nucleus* est. Vnde ἀπύρηνον, *quod nucleo caret*. Negari tamen non potest Latinos *apyrinum* dicere, media correpta, quasi Graecis esset ἀπύρινον. Vide Martial. lib. XIII. epig. 42. & 43. quos imitari posse Philostratum, genuinamque adeo lectionem esse ἀπυρίνους, quum nemine contendere velim.

(d) Σιτούμ. μ. ὡς οἴνῳ, μεθ' δ. ὡς σίτῳ] sensum hunc esse puto; optat, ut pascatur hoc pabulo, eo laetitiae, & voluptatis sensu, quo vinum bibitur, non magis tamen eo inebrietur, quam pastu quocumque inebriari solemus, quod praestitisse videntur *apyrena*, gustu vino non dissimilia, dissimilia inebriandi virtute.

(e) Διοκλέα] Diocles varios invenio, Tragicum nullum; Comicum Athenaeus allegat lib. X. in Melissis, & Pollux lib. X. cap. 24. qui & θαλάττάν eius citat. Sed nec aetas eius fert, ut de eo tamquam coaevo scribat Philostratus noster.

(f) Μειρακίῳ] Vat. b. habet ἑταίρῳ τινί.

(g) Λαβεῖν] *accipere*, & *dare*, nota Latinis in amatoriis vocabula, aeque ac Graecis χαρίζεσθαι, quod antea habuimus ep. 6. & λαβεῖν.

[h] Κἂν σφόδρα) sic iure legendum subspicabatur Morellus; nam editi habebant καὶ σφόδρα.

(i) γοργιάζειν) vide de hac voce observata ad vit. Sophistar. in Georg §. 1. n. 17.

(k) Κατὰ τὴν ἱππίου &c.) subintellige ἰδέαν, quod praecessit.

Digitized by Google

ρου φθέγγεται. ζηλῶται δὲ ἐγένοντο ἄλλοι μὲν ἄλλων. καὶ γὰρ δὴ καὶ ὁ τοῦ Γρύλλου φιλοτιμεῖται πρὸς τὸν τοῦ Προδίκου Ἡρακλέα [a], ὁπότε ὁ Πρόδικος τὴν κακίαν καὶ τὴν ἀρετὴν ἄγει παρὰ τὸν Ἡρακλέα, καλούσας αὐτὸν ἐς βίου αἵρεσιν, Γοργίου δὲ θαυμασταὶ ἦσαν ἄριστοί τε καὶ πλεῖστοι. πρῶτον μὲν οἱ κατὰ Θετταλίαν Ἕλληνες, παρ' οἷς τὸ ῥητορεύειν γοργιάζειν ἐπωνυμίαν ἔσχεν. εἶτα τὸ ξύμπαν Ἑλληνικὸν, ἐν αἷς Ὀλυμπιάσι διελέχθη κατὰ τῶν Βαρβάρων, ἀπὸ τῆς τοῦ νεὼ βαλβῖδος [b]. λέγεται δὲ καὶ Ἀσπασία [c], ἡ Μιλησία, τὴν τοῦ Περικλέους γλῶτταν κατὰ τὸν Γοργίαν θῆξαι. Κριτίας δὲ καὶ Θουκυδίδης οὐκ ἀγνοοῦνται τὸ μεγαλόγνωμον, καὶ τὴν ὀφρῦν, παρ' αὐτοῦ κεκτημένοι, μεταποιοῦντες δὲ αὐτὸ ἐς τὸ οἰκεῖον, ὁ μὲν ὑπ' εὐγλωττίας, ὁ δ' αὖ ὑπὸ ῥώμης. καὶ Αἰσχίνης δὲ, ὁ ἀπὸ τοῦ Σωκράτους, ὑπὲρ οὗ πρώην ἐσπουδάξες, ὡς οὐκ ἀφανῶς τοὺς διαλόγους [d] κολάζοντος, οὐκ ὤκνει γεοργιάζειν ἐν τῷ περὶ τῆς Θαργελίας λόγῳ [e]. φησὶ γάρ που ὧδε· Θαργελία. ἐλθοῦσα ἐς Θετταλίαν, ξυνῆν Ἀντιόχῳ Θετταλῷ, βασιλεύοντι πάντων Θετταλῶν. αἱ δὲ ἀποστάσεις [f] εἴτε προσβολαὶ [g] τῶν λόγον Γοργίου ἐπεχωρίαζον πολλαχοῦ μὲν, μάλιστα δὲ ἐν τῷ τῶν ἐποποιῶν κύκλῳ [h]. πεῖθε δὴ καὶ σὺ, ὦ βασίλεια. τὸν θαρσαλεώτερον τοῦ Ἑλληνικοῦ, Πλούταρχον, μὴ ἄχθεσθαι τοῖς σοφισταῖς, μηδὲ ἐς διαβολὰς καθίστασθαι τοῦ Γοργίου. εἰ δὲ οὐ πείθεις, σὺ μὲν, οἵα που σοφία καὶ μῆτις [i], οἶσθα τί χρὴ ὄνομα θέσθαι τῷ τοιῷδε ἐγὼ δὲ εἰπεῖν ἔχων, οὐκ ἔχω [k].

do ſe patitur ſuperari, multa item Hippiae, ac Protagorae formae dicendi conſona profert. AEmuli autem alii quidem exſtitere aliorum. Nam & Grylli filius aemulatur Herculem Prodici, quando Prodicus nequitiam, & virtutem ad Herculem adducit, ad vitae inſtituendum delectum eum invitantes. Gorgiae vero admiratores exſtiterunt praeſtantiſſimi, ac plurimi. Primum quidem Graeci, qui fuerunt in Theſſalia, apud quod *gurgiſsare* erat eloquentiam exercere: deinde univerſi Graeci, apud quos ludis Olympiacis contra Barbaros diſſeruit, e templi gradibus. Dicitur etiam Aſpaſia Mileſia Periclis linguam ad Gorgiae imitationem exacuiſſe. Critiam vero & Thucydidem omnes norunt ſublimitatem, ac ſupercilium orationis ab eo accepiſſe, atque ſuane indoli accomodaſſe alterum quidem linguae ſuavitate, alterum vi eloquutionis. AEſchines quoque Socraticus, pro quo nuper erudite diſſerebas, ut qui luculenter, & caſtigate dialogos ſcripſerit, non veritus eſt in oratione, quam de Thargelia ſcripſit, gorgiſſare. Dicit enim utique in hunc modum: *Thargelia profecta in Theſſaliam, cum Antiocho verſabatur Theſſalo, qui omnibus imperabat Theſſalis*. Separationes autem & commiſſurae orationis, a Gorgia inventae, paſſim frequentabantur quidem, maxime vero in Epicorum Scriptorum corpore. Crede vero etiam, o Auguſta, ne Plutarchum quidem, Graecorum audaciſſimum, male eſſe adverſus Sophiſtas animatum, neque de Gorgia male ſentire exiſtima. Si non credis vero, tu quidem, ut ipſa es ſapientia tota, atque prudentia, quo nomine ſit talis adpellandus noſti. Ego autem quum dicere poſſim, non poſſum.

ΙΔ'. ΜΕΙΡΑΚΙΩι.

Οἱ ἐρωτικοὶ τῶν ποιητῶν ἀγαθὴ ἀκρόασις καὶ ἐξώροις, ἄγουσι γὰρ αὐτοὺς ἐς ἔννοιαν τοῦ ἐρᾷν, ὥσπερ ἀνηβηκότας, μὴ δὴ νόμιζε σεαυτὸν ὑπερήμερον [l] τῆς τούτων ἀκροάσεως· ἡ γὰρ ξυνουσία τῶν τοιῶνδε ποιητῶν ἢ οὐκ ἐπιλήσει σε ἀφροδισίων, ἢ ἀναμνήσει.

XIV. DELICIIS SVIS.

Amatorii Poetae iucundi ſunt auditu etiam ſenioribus, eos enim ad meditationem amoris invitant, quaſi denuo iuveneſcentes. Noli vero tempus tibi auſcultationis huiuſmodi elapſum eſſe arbitrari. Nam eiuſmodi Poetarum conſuetudo vel, ut ne oblivilcare rerum amatoriarum, efficiet, vel ut reminiſcare.

(a) Προδίκου Ἡρακλέα) Vide ad vitae Sophiſt. prooem. num. 16. adde vitam Prodici.

(b) Ἀπὸ τῆς τ. ν. βαλβ.] vide ad vit. Sophiſt. in Georgia §. II. num. 4.

(c) Ἀσπασία) vid. de ea Menagius de Mulieribus Philoſoph. cap. 6.

(d) Διαλόγους κολάζειν) puto eſſe *caſtigate*, & cum ἀκριβείᾳ dialogos ſcribere. Quemadmodum alibi τὸ κεκολασμένως λέγειν paſſim in laudibus Oratorum, ſaepiuſque apud Philoſtratum vitarum Sophiſt. auctorem occurrit. De AEſchinis autem dialogis, Socrati etiam ob excellentiam a quibusdam adſcriptis, vid. Diog. Laert. l. II. ſect. 60. ſeq. & alios veterum viris doctis ad illum auctorem obſervatos.

(e) π. τ. Θαργηλίας λόγῳ] orationum AEſchinis paſſim apud Hermogenem, Photius mentio. Nuſpiam tamen eius, quae hic allegatur. Adde *Meurſium* Bibliotheca Attica.

(f) Ἀποστάσεις) huius orationis ſchematis mentio in vitis Sophiſt. lib. I. in Gorgia, & apud Hermogenem lib. I. de Ideis cap. 9. ubi ad orationis λαμπρότητα eam conducere ait, iſtudque ἀποστάσεως ſuppeditat exemplum, αὕτη τῶν περὶ Θήβας ἐγένετο πραγμάτων ἀρχὴ καὶ κατάστασις πρώτη, Doctus Hermogenis interpres ἀπόστασιν figuram interpretatur, qua res diſtincte ſeparantur, & pronunciantur, adhibito intervallo, vel interſpiratione, ut in iſtis nempe ἀρχὴ καὶ κατάστασις, *ſeparationes* vulgo vertunt.

(g) προσβολαὶ) figura videtur oppoſita τῇ ἀποστάσει. Certe προσβολὴ, *commiſſura*, quandoque redditur, ut ab ipſo Cicerone. Quid ſi igitur προσβολὴ, ſit ſchema orationis, cuius partes intervallis huiuſmodi remotis propius coniungantur?

[h] Ἐποποιῶν κύκλῳ) epicum κύκλον, corpus poeticum eſſe, ex veteribus Poetis epicis compoſitum, qui tempora mytica uſque ad Vlyſſis exitum deſcripſere, adfatim *Proclus* docet in Chreſtomathia, & copioſius ὁ πάνυ, Caſaubonus ad Athenaei libro VII. cap. 3. Qui tamen adgnoſcit, aliter forte iſtum Philoſtrati locum accipi poſſe, quam de iſto corpore. Forte igitur de ipſis Poetis eum accipiendum putavit. Sic enim voce κύκλου de hominum turba paſſim utuntur boni Scriptores; vide nobis obſervata ſupra ad vitas Sophiſtarum in Polemone §. III. n. 1.

(i) οἵα που σοφία καὶ μῆτις) loquendi genus Philoſtrati vita Tyanenſis ſcriptori, non infrequens, apud quem Graeci ἀναρχία ὅλη, iuvenis voluptatibus deditus ὅλη σύβαρις dicuntur, ut alia taceam commatis eius.

(k) εἰπεῖν ἔχων οὐκ ἔχω] pro more epiſtolam acute dicto finit, quod acumen, ut paſſim, ita hoc quoque loco in obſcuritatem deſinit. Senſum hunc eſſe puto: ſe ut *poſſit* dicere turpe nomen, quo proſcribendus ſit Plutarchus, ſi quidem male de Gorgia, & Sophiſtis ſentiat, ut qui cognitum iſtud nomen habeat perſpectumque; non *poſſe* tamen dicere vel modeſtia, vel reverentia, qua ceteras Plutarchi virtutes proſequatur, impeditum.

(l) ὑπερήμερον] editi Morell. & Cuiac. ὑπερημέριον. Morellius in margine ὑπερήμερον ex coniectura ſe ſcribere dixerat. At H. Stephanum ex Lexico eius ita in ſuis exemplaribus reperiiſſe perſpicio, ut coniectura nihil ſit opus.

Digitized by Google

XV. EPICTETO.

Qui Rheae initiati sunt furore aguntur, aures organorum sono perculsi. Et illud quidem cymbalorum, tibiaeque est opus. Te vero sic movent Athenienses quum plausus edunt, ut obliviscaris, quis sis, aut quibus parentibus ortus.

XVI. CLEOPHONTI ET GAIO.

De quibus scripsistis, ea partim facta iam sunt, partim fient confestim. Ego enim, Lemnius, qui sim, Imbrum quoque patriam mihi esse puto: benevolentia sibi invicem insulas, meque ipsum utrique coniungens.

XVII. HERETIANO.

Poetica gens numerosa, pluresque quam apum examina. Pascunt autem apes prata quidem, poetas vero domus urbesque. Vicissimque illae favis, hi vero splendido obsoniorum adparatu convivia instruunt. Quidam poetarum mensas etiam adornant secundas, atque tales putemus amatoriorum poetas, e quorum numero & Celsus est iste, qui vitam omnem cantibus impendit, quemadmodum bonae illae cicadae. Vt autem ne rore, sed cibis alatur, tibi curae fore confido.

XIIX. ANTONINO.

Ciconiae in urbes evastatas non advolant, echo etiam praeteritorum malorum refugientes. Tu vero domum habitas, quam ipse diripuisti, Laribusque, qui eidem praesunt, litas, quasi non essent: aut essent quidem, dememinissent vero, quod & ipsorum bona occupaveris.

XIX. DELICIIS SVIS.

Salve, etiamsi nolis: salve, etiamsi non scribas, aliis formose, mihi superbe. Non ex aere compositus es, iisque quae ei miscentur, sed ex adamante, & saxo, ac Styge. Paulo post videbo te barbescentem, & ad aliorum ianuas iacentem. Nae Amor & Nemesis celeres Dii sunt, atque huc illuc sese vertentes.

XX. AD FEMINAM.

Danae aurum accepit, Leda avem, Europa de grege tauros, Antiope quae ex montanis, & Amymone quae ex mari adventabant. Poetae vero fabulose dona finxerunt, veritatem proponentes, fabularum delinimentis involutam. Ac-

ΙΕ΄. ΕΠΙΚΤΗ

Οἱ τελέμενοι τῇ Ῥέᱍ μαίνο
τὰ ὦτα κτύποις ὀργάνων.
κυμβάλων κ̇ αὐλȣ̃ ἔργα. σὲ
τȣσιν Ἀθηναῖοι κροτȣ̃ντες, ὡς
εἶ, κ̇ τίνων γέγονας.

ΙϚ΄ ΚΛΕΟΦΩΝΤΙ Κ

Ὑπὲρ ὧν ἐπέςαλται, τὰ
τὰ ʒ αὐτίκα ἔςαι. ἐγὼ γὰ
πατρίδα ἐμαυτȣ̃ καὶ τὴν Ἴμ
νάπτων εὐνοίᱍ κ̇ τὰς νήσȣς ἀλ
τὸν ἀμφοτέραις.

ΙΖ΄. ΑΙΡΕΤΙ

Τὸ ποιητικὸν ἔθνος πολλ
οἱ τῶν μελιττῶν ἑσμοί. βόσ
λειμῶνες. τȣ̀ς δὲ οἰκίαι κα
ςιῶσί τε οἱ μὲν κηρίοις, οἱ
πρᾷ. ἐσὶ δὲ τῶν ποιητῶν
σιν ἑςιῶντες, τȣ́τȣς δὲ ἡγώμ
ρωτικῶν ποιητὰς, ὧν εἷς καὶ
ᾠδαῖς παραδεδωκὼς τὸν ἑαυτ
οἱ χρηςοὶ τέττιγες. ὡς δ'
ἀλλὰ σιτίοις τραφέιη, πιπί
ςειν.

ΙΗ΄. ΑΝΤΩΝ

Οἱ πελαργοὶ τὰς πεπορθη
ἐσπέτονται, κακῶν πεπαυμέ
τες. σὺ δὲ οἰκίαν οἰκεῖς ἣν
καὶ θεοῖς τοῖς ἐν αὐτῇ θύει
σιν (b)· ἢ ȣ̃σι μὲν, ἐκλελησμ
τὰ ἐκείνων ἔχεις.

ΙΘ΄. ΜΕΙΡΑΚ

Χαῖρε, κἂν μὴ θέλῃς· χαῖ
γῃς, ἄλλοις καλὲ, ἐμοὶ ʒ ὑπ
συγκείμενος ἐξ ἀέρος, καὶ
κίρναται, ἀλλ' ἐξ ἀδάμαντος
Στυγός. ταχέως σε θεασαίμ
παρὰ ἀλλοτρίαις θύραις κείμε
ναὶ Νέμεσις ὀξεῖς θεοὶ, κ̇ ςρ

Κ΄. ΓΥΝΑΙ

Ἡ Δανάη χρυσὸν ἐλάμβαν
θα, ἡ Εὐρώπη τὰ ἐξ ἀγέλης
ὄρεια (f), ἡ Ἀμυμώνη τὰ ἐν
δὲ ποιηταὶ τὰ δῶρα μύθȣς ἐπ
άγοντες τὴν ἀλήθειαν ψυχ

(a) ὡς δ' ἂν μὴ δρόσῳ) eleganter: nam *rore* cicadas pasci notum. Proverbialiter autem dictum de famelicis & tenui victu pastis eos δρόσῳ σιτεῖσθαι. item δρόσῳ κ̇ ἀέρι σιτίζεσθαι. Vide ex Plutarcho, Theocrito & aliis Erasmum in Chiliad. p. m. 267.

(b) ὥσπερ ȣ̓κ ȣ̓̃σιν) equidem editi habebant οἰκȣ̃σι, verum ȣ̓κ ȣ̃σι legendum esse, manifeste suadent quae sequuntur, ἢ ȣ̃σι μέν. Sensus est, eum Diis sacra facere, quos expulerit, aedesque eorum occupaverit, profano animo, atque cultum externum praestante iis, quos non credat esse Deos, vel si credat esse, non iustos putet & iniuriae sibi illatae memores.

(c) τȣ́τῳ) ita pro τȣ́τοις reposui ex Vaticano a.

(d) κείμενον) Vatic. a. habet καθήμενον.

(e) γυναικὶ) male hanc inscriptionem interpretati sunt *VXORI*: uxorem enim non esse, ad quam scribit, vel prima haec epistola γυναικὶ inscripta prodit: idem er
omnibus admissus. Vatic. a. habet γυνα

(f) ἡ Ἀντιόπ. ὅσα ὄρεια, ἡ Ἀμυμ. τὰ ἐν
pe Iovem Olympium, adeoque ὄρειον,
θαλάττιον admisit, ut notum est.

(g) τὰ ἐν θαλ.) Vatic. a. & b. ὅσα θαλ

(h) τὰ δῶρα μύθȣς ἐποίησαν) i. e. fabulo
Veneris gaudium, quod feminae illae ἐλ
pe λαμβάνειν & διδόναι amatoriae voces
quoque, quibus honeste Veneris commer
de & poetae *doni* schemate illud repraesent
cludens epistolam, ad *dandum* se offert
accipere optat, quod cupiat ipse.

Digitized by Google

των, λάβε, λάβε καί συ, τὸν ἀκκισμὸν ἀφελοῦσα τοῦ μεγαλογνώμονος, καὶ τὴν εἰρωνίαν ἀφεῖσα (a) τοῦ σώφρονος, ἵνα κἀγὼ Ζεὺς γένωμαι, καὶ Ποσειδῶν, διδοὺς μὲν ἃ θέλεις, ἃ δὲ θέλω λαμβάνων.

Accipe tu quoque, accipe, fictamque submove in adspernando superbiam, & castitatis simulationem mitte, ut & ego Iupiter fiam, ac Neptunus, dans quae cupis, quae vero cupio accipiens.

Κά. ΤΗι ΑΥΤΗι.

Ὁ Μῶμος τῶν μὲν ἄλλων οὐδὲν ἔφη τῆς Ἀφροδίτης αἰτιάσασθαι· τί γὰρ ἂν καὶ μέμψαιτο (b); ἣν δὲ μόνον δυσχεραίνειν ἔφη, ὅτι τρύζοι αὐτῆς τὸ ὑπόδημα, καὶ λίαν εἴη λάλον, καὶ τῷ ψόφῳ ὀχληρόν. εἰ δὲ ἀνυπόδητος ἐβάδιζεν, ὥσπερ ἀνίσχεν (c) ἐκ τῆς θαλάττης, οὐκ ἄν ποτε εὐπορῆσαι σκωμμάτων οὐδὲ κωμῳδίας ὁ ἀλιτήριος. καί μοι δοκεῖ μηδὲ μοιχευομένη διὰ τοῦτο μόνον λαθεῖν, ὅτι πάντα ὁ Ἥφαιστος ἔγνω, τὰ κεκρυμμένα τοῦ σανδαλίου διαβάλλοντος. ταῦτα μὲν ἡμῖν ὁ μῦθος. εὖ δὲ (d), καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἔοικας βουλεύεσθαι ἄμεινον, χρωμένη τοῖς ποσὶν, ὡς ἐτέχθης (e), καὶ φεύγουσα τοῦ Μώμου τὰ ἐγκλήματα. ὦ ἄδετοι πόδες. ὦ κάλλος ἐλεύθερον. ὦ τρισευδαίμων ἐγὼ, καὶ μακάριος ἐὰν πατήσετέ με.

XXI. EIDEM.

Momus aliud quidem nihil se in Venere aiebat reprehendere, quid enim reprehendisset? unum vero sibi displicere aiebat, quod calceus eius strideret, nimisque streperus esset, atque sonitu molestus. Quod si nudis vero pedibus incessisset, qualis e mari prodierat, nihil habuisset quod cavillaretur, & comice perstringeret, scelestus ille. Praeterea videtur mihi furtivis fruens amoribus ob hoc solum latere non potuisse, quod omnia Vulcanus resciscerct arcana ex sandalio, ea prodente. Hactenus nobis fabula. Bene vero, & Venere prudentius consulere videris, quae pedibus utaris, ut fert natura, & Momi criminationes effugias. O pedes nullis vinculis constrictos! O liberam pulcritudinem! O ter felicem me atque beatum, si me calcare volueritis!

κβ'. ΜΕΙΡΑΚΙΩι ΑΝΥΠΟΔΗΤΩι (f).

Μαλακώτερον διετέθης ὑπὸ τοῦ σανδαλίου· θλίβει σε (g), ὡς πέπεισμαι, δειναὶ γὰρ δακεῖν σάρκας ἁπαλὰς αἱ τῶν δερμάτων καινότητες. διὰ τοῦτο ὁ Ἀσκληπιὸς τὰ μὲν ἐκ πολέμου καὶ θήρας τραύματα, καὶ πάσης τῆς τοιαύτης τύχης (h), ἰᾶται (i) ῥᾳδίως, ταῦτα δὲ ἐᾷ, διὰ τὸ ἑκούσιον, ὡς ἀνοίᾳ (k) μᾶλλον, ἢ ἐπηρείᾳ δαίμονος γινόμενα. τί οὖν οὐκ ἀνυπόδητος βαδίζεις; τί δὲ τῇ γῇ φθονεῖς (l); λαυτία, καὶ σανδάλια, καὶ κρηπῖδες, καὶ πέδιλα, νοσούντων ἐστὶ φορήματα, ἢ γερόντων. τὸν γοῦν Φιλοκτήτην (m) ἐν τούτοις γράφουσι τοῖς ἐρύμασιν, ὡς χωλὸν καὶ νοσοῦντα. τὸν δὲ ἐκ Σινώπης φιλόσοφον (n), καὶ τὸν Θηβαῖον Κράτητα, καὶ τὸν Αἴαντα, καὶ τὸν Ἀχιλλέα ἀνυποδήτους, καὶ τὸν Ἰάσονα ἐξ ἡμισείας (o). λέγεται γὰρ ὡς, τὸν Ἄναυρον (p) διαβαίνοντος αὐτοῦ τὸν ποταμὸν, ἐνεσχέθη κρηπὶς τῷ ῥεύματι, εἰς ἀντίληψιν τοῦ ἰλύος γινομένης· καὶ ὁ Ἰάσων οὕτως ἠλευθέρωτο τῶν ποδῶν τὸν ἕτερον, τύχῃ τὸ δέον διδαχθεὶς, γνώμῃ ἑλόμενος. καὶ ἀπῄει καλῶς, σεσυλημένος μηδενὶ τῷ μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τοῦ ποδός. μὴ φοβηθῇς. δέξεται τὴν βάσιν ἡ κόνις, ὡς πόα, καὶ τὸ ἴχνος προσκυνήσομεν πάντες. ὦ ῥυθ-

XXII. ADOLESCENTI DISCALCEATO.

Aegre tibi est propter sandalium: teque illud, credo, premit, valent enim coria recentia ad carnes teneras mordendas. Quare AEsculapius vulnera bello & venatione, vel alio quocumque eiusmodi casu, accepta facile sanat: haec vero negligit, ut quae ultro stoliditate magis, quam adversa fortuna illata essent. Quin igitur sine calceis ambulas? Quid vero terrae invides? Lautia, sandalia, crepidae, & soleae sunt aegrotantium gestamenta, vel senum. Hinc Philoctetem in hisce pingunt munimentis, ut qui claudus esset, atque aeger. Sinopensem vero philosophum, & Cratetem Thebanum, & Aiacem, & Achillem excalceatos, ut & Iasonem dimidia parte. Fertur enim, quum torrentem ille transiret, crepidam fluvio detentam fuisse, limo eam retinente; atque sic Iason alterum pedem liberum habuit, casu, quid fieri oporteret, edoctus, non consilio ita statuens. Sicque pulcre abiit, nulla re laesus, quae inter terram & pedem interveniret. Noli timere. Accipiet pedis plantam pulvis perinde atque herba, & vestigium omnes osculabimur. O moduli

(a) τοῦ μεγαλογνώμονος καὶ τὴν εἰρωνίαν ἀφεῖσα) haec verba, quae in editis desiderabantur, ex tribus codd. Vaticanis restituimus.

(b) τί γὰρ ἂν καὶ μέμψαιτο) sic melius Vaticanus c. quam vulgati ἐμέμψατο.

(c) ἀνίσχεν) sic rescripsi pro ἀνίσχει quod erat in editis.

(d) εὖ δὲ) melior haec lectio mihi visa, quam suppeditabant codd. Vatic. b. c. quam vulgatorum, qui habebant σὺ δὲ.

(e) ἐτέχθης) sic ex ingenio rescripsi pro ἐτάχθης, quod antea editum fuerat.

(f) ἀνυποδήτῳ) Morell. subspicabatur οὐκ ἀνυποδήτῳ.

(g) θλίβει σε) θλιβεῖς habet Vatic. a. quod minime contemnendum.

(h) καὶ πάσης τῆς τοιαύτης τύχης) haec, quae exciderant editis, restitui ex Vaticanis a. & b.

(i) ἰᾶται) ita malim cum iisdem codd. quam cum editis ἰᾶτο, qui & mox εἴα legebant pro ἐᾷ, quod itidem ex Vaticanis revocavi. Nempe Philostrati adhuc aevo per somnia medelam adferre in templis suis credebatur, ideoque praesens tempus praeferrem.

(k) ὡς ἀνοίᾳ) ὡς ex iisdem MSS. addidi.

(l) τῇ γῇ φθονεῖς) terrae eum invidere ait, quasi ad terram aliquid voluptatis redeat pulcro pede si prematur, vid. sub fin. huius epist.

(m) Φιλοκτήτην) qui ex serpentis morsu pedibus laborabat, ut notum.

(n) τὸν δὲ ἐκ Σινώπ. φιλόσοφον) Diogenem Cynicum intelligit. De quo Diogenes Laertius, baculum eum gestasse ἀσθενήσαντα, *quod corpore infirmus esset*. Et Hieronymus de eodem lib. II. adv. Iovinianum: *Secumque portavit clavam ob corpusculi fragilitatem, qua iam senex membra substentare solitus erat*. Nihilominus tamen (tantum κυνισμοῦ κράτος) incedebat ἀνυπόδητος.

(o) τὸν Ἰάσονα ἐξ ἡμισ.) Iasonem altero pede ἀνυπόδητον pingi intelligit, hoc enim est dimidio nudum esse, ut ex sequentibus patet.

(p) Ἄναυρον) nomen proprium putavit Morellus. Apollonii vero Scholiast. ad Argonaut. I. v. 10. ubi haec ipsa de Iasone narrantur, alterum calceum in fluvio amittente, ἄναυρον torrentem esse ait, ex pluviis aquis ortum. En verba eius: ἄναυρον λέγει τὸν χείμαρρον· οἱ γὰρ ἐξ ὑετῶν συνιστάμενοι ποταμοὶ οὕτω καλοῦνται.

Digitized by Google

duli pedum chariſſimorum, o novi flores, o plantae telluris, o gratiſſimum oſculum!

XXIII. MVLIERI CAVPONATRICI.

Omnia tua me excitant: linea tunica, perinde ac ſi Iſidis ſit peplus, & caupona, quaſi Veneris templum, & pocula, velut Iunonii oculi, & vinum, non aliter ac flos, & trium digitorum coniunctio, quibus poculum vehitur, veluti roſa promiſſi corymbi. Atque ego metuo quidem ne cadat: at illud firmiter perſiſtit, ut gnomon fixum, & cum digitis quaſi concrevit. Quod ſi etiam deguſtes quandoque, omne quod in poculo relinquitur halitu incaleſcit, ſuaviuſque nectare redditur. Deſcendit igitur ad guttur expeditis viis, quaſi non vino temperatum, ſed oſculis.

XXIV. EIDEM.

E vitro quidem pocula ſunt, tuae tamen manus in argentum atque aurum illa convertunt, ut ipſis etiam delicata mollities a tuo contactu accedat. Sed his quidem inanimis & immota eſt pelluciditas, non aliter quam aquis ſtagnantibus: quae vero in facie tua ſunt pocula, tum alio mullitiei genere videntur oblectationem adferre, tum praecipue oſculorum ſenſu. Quamobrem illa quaeſo pocula pone, & valere ſine, quum propter alia, tum ob materiae metum, facile frangi ſolitae. Mihi vero ſolis propina oculis, qui Iovi etiam ad palatum quod eſſent formoſum ille pincernam conſtituit. Quod ſi volueris, noli vinum fruſtra una conſumere: verum aquam infundens ſolam, labriſque admovens, oſculis poculum imple, & praebe quibus opus illo fuerit. Nemo enim tam invenuſtus eſt, qui Bacchi expetat dona iuxta cum Veneris vitibus.

XXV. EIDEM.

Oculi tui poculis ſunt mage pellucidi, ut poſſim per ipſos animam quoque intueri. Genarum rubor nitore ipſum ſuperat vinum. Linea autem haec tunica genarum lucem reflectit. Labra

ῥυθμοὶ ποδῶν φιλτάτων, ὦ καὶ
φυτὰ (a), ὦ φίλημα ἐρώμενον (b

Κγ'. ΓΥΝΑΙΚΙ ΚΑΠ

Πάντα μὲ αἴρει τὰ σά· κ
ὡς ὁ τῆς Ἴσιδος (c), καὶ τὸ καπη
δίσιον, καὶ τὰ ἐκπώματα, ὡς Ἥ
καὶ ὁ οἶνος, ὡς ἄνθος (e), καὶ
λων αἱ συνθέσεις, ἐφ' ὧν ὀχεῖ
ὥσπερ αἱ τῶν φύλλων τῶν ἐν
λαί (f). κἀγὼ μὲν φοβοῦμαι μ
στηκεν ὀχυρῶς, ὡς γνώμων ἐρηρ
δακτύλοις συμπέφυκεν. εἰ δὲ κ
πᾶν τὸ καταλειπόμενον γίνετ
ἄσθματι, ἥδιον δὲ καὶ τοῦ νέκταρ
ἐπὶ τὴν φάρυγγα ἀκωλύτοις ὁδο
κεκραμένον, ἀλλὰ φιλήμασιν.

Κδ'. ΤΗι ΑΥ

Ἐξ ὑέλου μὲν τὰ ἐκπώματα
ρες ἄργυρον αὐτὰ ποιοῦσι καὶ χρ
τοις τὸ βλέπειν ὑγρῶς παρὰ
των (g) εἶναι. ἀλλὰ τοῖς μὲν
νητον τὸ διειδὲς, καθάπερ
ἑστηκόσι· τοῖς δὲ ἐν τοῖς πρ
τα (h) τῇ τε ἄλλῃ ὑγρότητ
κε, καὶ τῇ συνέσει τῶν φι
ἐκεῖνα μὲν κατάθου, καὶ χ
ἄλλα, καὶ διὰ τὸν ἐν τῷ
λης φόβον. ἐμοὶ δὲ μόνοις
μασιν, ὧν καὶ ὁ Ζεὺς γεύσά
νοχόον (i) παρεστήσατο. εἰ δὲ
οἶνον μὴ παραπόλλυε, μόνου
δατος, καὶ τοῖς χείλεσι προ
φιλημάτων τὸ ἔκπωμα, καὶ δ
μένοις. ἔστι γὰρ οὐδεὶς ἀνέραστ
θεῖν ἔτι τὴν Διονύσου χάριν,
δίτης ἀμπέλους.

Κε'. ΤΗι ΑΥ

Τὰ μὲν ὄμματά (l) σου δια
πωμάτων, ὡς δύνασθαι δι' αὐτ
ἰδεῖν. τὸ δὲ τῶν παρειῶν ἐρ
πὲρ αὐτὸν τὸν οἶνον. τὸ δὲ λ

(a) ὦ καινὰ ἄνθη, ὦ γῆς φυτὰ) quae nempe ſub pedibus tam delicatis terra quaſi geſtiente ſuccreſcerent. Simile & illud Perſii ſat. II.

---- *quidquid calcaverit hic, roſa fiat.*

& Claudiani in laude Serenae:

---- *quocumque per herbam*
Reptares, fluxere roſae.

Inter Graecos gemina habet Theocrit. Idyll. VIII. 41.

Πάντα ἔαρ, πάντα δὲ νόμοι &c.
Ἔνθ' ἁ καλὰ παῖς ἐπινίσσεται.

Sic Athenaeus lib. IV. poetam Gallum de Rege liberali ceciniſſe ait: ὅτι τὰ ἴχνη τῆς γῆς, ἐφ' ἧς ἁρματηλατεῖ, χρυσὸν καὶ εὐεργεσίας ἀνθρώποις φέρει.

(b) ἐρώμενον) editi ἐρρωμένον habebant, quod mihi a re praeſenti videbatur paullo alienum magis.

(c) ὡς ὁ τῆς Ἴσιδος) *Iſis Faria* in antiquis monimentis lino induta conſpicitur. Vide Menetreium de ſymbolica Dianae Epheſiae ſtatua. Imo & ſtatuae, in quibus multimammia Iſis repraeſentatur, parte inferiore ad pedes *tunicam linteam* oſtendunt. Linum autem Aegyptios ad ſacras veſtes contexendas adhibuiſſe, ex Plinio & aliis conſtat.

(d) ὡς Ἥρας ὄμματα) quae βοῶπις paſſim dicitur Homero, ut *oculis eius* adſimilari poſſint pocula veterum, quae rotunda fere, humilia, & patula fuerunt, unde & *paterae* dicta. Vid. Bulenger. de conviviis cap. XV. XVII. ſic verſa vice in ep. ſeq. amicae oculos ἐκπώματα vocat. conf. & epiſt. XXV.

(e) ὡς ἄνθος) malim ἀμβρόσια. Niſi audax nimium ſit conjectura. Sane ἄνθος parum huic loco o

(f) αἱ τῶν φύλλων τῶν ἐν τοῖς ῥόδοις ἐκβολ
telligi per φύλλα, quod *virides alabaſtro*
XXI. 4. Auſonius *obeliſcos* adpellat Idyll.
nymus.

(g) ὡς κ. τ. τ. βλεπ. ὑγρ. παρὰ τῶν σῶν
ex ingenio reſtitui pro ὀμμάτων, quod
num profecto ab hoc loco. Nam de
trum tenentibus, a quibus mollities qua
mittatur: manuum vero ἄμματα, nec
μασι. Eſt vero τὸ ὑγρὸν carnis & cu
imo & ipſorum membrorum. Ariſtaenet
ep. I. τρυφερὰ τῆς Λαΐδος τὰ μέλη ὡς
σθαι τὰ ὀστᾶ τῷ περιπτυσσομένῳ δοκεῖν. E
grata Achilli Tatio, παιδεραστίαν propter
μαλθάσσει τὰς ἐν Ἀφροδίτῃ περιπλοκὰς
ἀντιτυπεῖ πρὸς ἄλληλα τὰ σώματα, καὶ

(h) ἐκπώματα) oculos intelligit, quod pate
quentibus, ubi poculis vitreis poſitis,
τοῖς ὄμμασι iubet. conf. & ſequentem
oculos ἐκπώματα vocet, patet ex obſe
not. 2.

(i) καλ. οἰνοχόον) Ganymedem, qui oculis
poculis propinaret.

(k) καὶ δίδου) Vatican. c. habet καὶ οὕτως δίδ

(l) τὰ μὲν ὄμματα) μὲν in vulgatis omi
ſua editione reſtituerat, habentque Vatican

νιον ἀντιλάμπει ταῖς παρειαῖς. τὰ δὲ χείλη βέβαπται τῷ τῶν ῥόδων αἵματι. καί μοι δοκεῖς τὸ ὕδωρ φέρειν ὡς ἀπὸ πηγῶν τῶν ὀμμάτων, καὶ διὰ τοῦτο εἶναι νυμφῶν μία. πόσους ἱστᾶς (a) ἐπειγομένους; πόσους κατέχεις παρατρέχοντας; πόσους μὴ φθεγξαμένη (b) καλεῖς; ἐγὼ πρῶτος, ἐπειδὰν ἴδω σε, διψῶ, καὶ ἵσταμαι μὴ θέλων, καὶ τὸ ἔκπωμα (c) κατέχων, καὶ τὸ μὲν οὐ προσάγω τοῖς χείλεσι, σοῦ δὲ οἶδα πίνων.

bra vero tincta sunt rosarum sanguine. Videris etiam mihi aquam oculis, tamquam fontibus quibusdam, fundere, ideoque Nympharum esse una. Quam multos festinantes sistis? Quam multos praetercurrentes tenes? Quam multos sine loquela invitas? Ego inter primos, simulatque te video, sitio, & vel invitus subsisto, poculumque adreptum tenens, illud quidem labris non admoveo, verum te bibere soleo.

Κϛʹ. ΜΕΙΡΑΚΙῼ.

Οὐδὲ ὁ τοῦ Μενάνδρου Πολέμων καλὸν μειράκιον περιέκειρεν, ἀλλ᾽ αἰχμαλώτου μὲν ἐρωμένης κατετόλμησεν ὀργισθεὶς, ἣν οὐδὲ αὐτὸς ἀποκείρας ἠνέσχετο (d). κλαίει γοῦν καταπεσὼν, καὶ μεταγινώσκει τῷ φόνῳ τῶν τριχῶν. ἐφήβου δὲ ἄρα ἐφείσατο, καὶ τὸ δρᾶμα, σὺ δὲ, οὐκ οἶδα τί παθὼν, σεαυτῷ πεπολέμηκας, ὦ ἀνδροφόνε, τῆς κεφαλῆς. τί ἔδει μαχαιρῶν (e) ἐπὶ τὰς τρίχας; τί δὲ ἑκουσίων καὶ πολλῶν τραυμάτων; οἷον θέρος ἐξέκοψας. οὐδὲ οἱ ποιηταί σε ἐπαίδευσαν τοὺς Εὐφόρβους (f), καὶ τοὺς Μενελάους (g) εἰσάγοντες (h) κομῶντας, καὶ ὅλον τὸ τῶν Ἀχαιῶν στρατόπεδον; καὶ εἴ τις αὐτοῖς καλὸς ποταμῶν, κομᾷ (i). ὡς γὰρ χρυσὸς ἀνάθημα καὶ ἄργυρος, οὕτω καὶ τρίχες (k). κομῶσιν οἱ μὲν Βάρβαροι πίλοις (l), οἱ δὲ Ἕλληνες κράνεσιν, οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ βλεφάροις, αἱ δὲ νῆες ἱστίοις, ἡ δὲ γῆ ὄρεσι, τὰ δὲ ὄρη νάπαις, ἡ δὲ θάλασσα νήσοις, οἱ δὲ ταῦροι κέρασιν, οἱ δὲ ποταμοὶ τέμπεσιν, αἱ πόλεις τείχεσιν. φοβερώτερος καὶ λέων ὁ λάσιος, καὶ ἵππος, ὁ ἤδη τῇ χαίτῃ πεπιστευκώς. καὶ ἀλεκτρυὼν μαχιμώτερος, ὁ τὰ κάλλαια ἐγηγερκώς. τιμῶσι δὲ οἱ σοφοὶ καὶ τῶν ἀστέρων τοὺς κομήτας (m), καὶ τῶν ἱερέων τοὺς ἀνέτους ταῖς κόμαις (n)· καὶ τῶν θεῶν ἄλλον ἄλλως (o). τὸν Ποσειδῶνα, ὡς κυανοχαίτην (p), τὸν Ἀπόλλω ὡς ἀκερσεκόμην (q), τὸν Πᾶνα, ὡς δασὺν, τὴν Ἶσιν, ὡς λυσίκομον, τὸν Διόνυσον, ὡς μετὰ τῶν τριχῶν, καὶ τῷ κιττῷ κομῶντα. Ἀφροδίτη δὲ οὐδὲ πενθοῦσα (r) ἀπεκείρατο. ἤκουσά γε μὴν (s) ἀνδρὸς σοφοῦ, καὶ τὰς ἀκτῖνας λέγοντος κόμας Ἡλίου (t), καὶ τὸν Δία σεμνότερον τῶν ἄλλων θεῶν, ὅτι τὴν κόμην σείει (u), κἂν ἐπινεύ-

XXVI. DELICIIS SVIS.

Ne apud Menandrum quidem Polemon elegantem tondebat adolescentulum; in captivam tamen amasiam, iratus, hoc ausus est, quam tonsam a se, ipse quoque aegerrime tulit. Lacrimas itaque prostratus fundit, & poenitentia ducitur caedis, in comam patratae. Ephebo igitur pepercit etiam comoedia, tu vero, nescio qua de causa, tibi ipsi, o homicida, capite bellum indixeris. Quid opus erat gladio adversus comam? Quid ultro illatis tam multis vulneribus? Qualem excidisti messem! Annon vel poetarum disciplina profecisti, Euphorbos & Menelaos introducentium comatos, & universum Achivorum exercitum? Imo si quis eis pulcer describitur fluvius, comam alit. Et sicut aurum inter sacra donaria est, & argentum; ne etiam coma. Comati sunt Barbari pileis, Graeci galeis, oculi palpebris, naves velis, terra montibus, montes saltibus, mare insulis, tauri cornibus, fluvii paradisis, urbes moeniis. Formidabilior etiam Leo hirsutus est, & equus, iuba iam fretus, & gallus pugnacior, paleam promittens. Venerantur etiam sapientes inter stellas comantes, & inter sacerdotes eos, qui comam promittunt: & Deorum alium alia coma insignem: Neptunum ut nigrocomum, Apollinem ut intonsum, Pana ut densum coma, Isin coma soluta, Bacchum iuxta cum crinibus etiam hedera comantem. Venus autem ne tum quidem tonsa fuit, in luctu quum esset. Audivi virum sapientem solis quoque radios comam adpellare, Iovemque reliquis Diis dicere venerabilem magis, quod comam quatiat, nec fallat, si ea adnuerit. Mercurius vero temporibus pariter

(a) ἱστᾶς) facis, ut formam stupentes festinationem sistant.
(b) μὴ φθεγξαμένη) editi omiserunt negantem partic. μὴ quam ex Vaticanis b. & c. revocavi: elegantior enim inde sensus, & Sophistae acumine magis dignus, *formae praestantiae* illam tribuentis πειθὼ, quae alias oris est facundiae.
(c) καὶ τὸ ἔκπωμα &c.) haec usque ad finem in edit. Morelli & Cuiacii deerant. Ex MSo. vero, in quod inciderat, supplevit *Io. Meursius*, eadem reperta in tribus Vaticanis.
(d) ἀποκείρας ἠνέσχετο) *Meurs.* quidem ἀποκείρειν edidit, sed magis probo ἀποκείρας, nempe *ubi eam totondisset*, ipse postea poenitentia ductus, id aegerrime tulit.
(e) μαχαιρῶν) *Meurs.* μαχαίρας.
(f) τοὺς Εὐφόρβους) vide de eius coma Homer. Iliad. Ρʹ. v. 807. adde & Philostr. Eroic. in *Euphorbo*.
(g) Μενελάους) quem ξανθὸς a coma passim nominat Homerus.
(h) εἰσάγοντες) recte. *Meursius* male εἰσάγεσθαι.
(i) καλὸς ποταμ. κομᾷ) tales fluvii in omnibus adparent antiquis monimentis.
(k) τρίχες) comam Diis passim oblatam a veteribus donarium, observatum nobis ad Philostrati Heroica in *Achille*, qui *Sporchio* comam voverat, ut alii aliis Diis τρίχας.
(l) κομῶσιν οἱ μὲν βάρβ. πίλοις) in prioribus editionibus male scriptum & distinctum τρίχες κομῶσαι. οἱ μὲν βάρβαροι ὅπλοις. Manifestissime κομῶσιν scribendum, & ad sequentia referendum. Nec τρίχας κομώσας dici posse puto nisi absurde: praeterea τρίχες ὅπλοις non aeque commode quam πίλοις κομᾶν finguntur, quod posterius ex Vatic. b. revocavi. Nempe πίλοι *pilei* plerisque Barbarorum in usu: *Parthis* qui *Pileati* propterea dicuntur Martiali lib. x. epigr. xxii. *Scythis* honoratioribus, ut est apud Lucian. in *Scyth.* *Garamantis* apud eund. in *Dipsade*: taceo *Phrygas*, de quibus res nota in vulgus, & alios. Πίλοις autem κομᾶν heic Barbaros ait, ut paullo post quoque Mercurium κομᾶν τῷ κροτάφῳ καὶ τοῖς σφυροῖς dicit, ad *talaria* eius respiciens.
(m) κομήτας) *stellam comantem* κομήτην interpretatur Ovidius Metam. xv. 749. quam versionem huic loco maxime opportunam servandam duximus.
(n) τοὺς ἀνέτους ταῖς κόμαις) Vatic. b. habet τῶν ἱερέων τὰς κόμας ἀνέτους.
(o) ἄλλον ἄλλως) *Meurs.* ἄλλους ἄλλως.
(p) τὸν Ποσ. ὡς κυανοχ.) frequens hoc Neptuni epitheton apud Orpheum, Homerum, Hesiodum &c. adde Phurnutum de Nat. Deor. cap. xxii.
(q) Ἀπόλλ. ὡς ἀκερσεκ.) sic Orpheus & Homerus. Pindarus ἀκειροκόμην. Sic & Phurnutus ἀκειροκόμαν l. c. cap. xxxii. quam lectionem hic exhibet cod. Vatic. b. Propertius in iii. *intonsum*.

Dum petit intonsi *Pythia regna Dei*.

(r) οὐδὲ πενθοῦσα) quum Adonidem acerbissime lugeret: eo enim respici putem, tonsam autem comam in graviore luctu fuisse triviale est.
(s) ἤκουσά γε μὴν) haec usque ad finem deerant in vulgatis, ex MSo. codice primus *Meursius* vulgavit: eadem exhibebant Vaticani a. & b.
(t) κόμας Ἡλίου) sic *Auricomum solem* ex Latinis *Valer. Flaccus* lib. iv. v. 92. dicit. *Ignicomum* Avienus Perieges. v. 1081.
(u) ὅτι τὴν κόμην σείει &c.) manifestum adludi ad locum Homeri Iliad. Αʹ. v. 328. seq.

Hʹ.

Digitized by Google

riter ac talis comat. Vrbs tum demum, quando ab hoſte expugnatur, comam ponit, & femina capitis ornamenta non antea dimittit, quam luctus poſcat, terra vero quando non comat, fames eſt. Imo arbor ſi cadat, fletu eam proſequimur, multaque in illam dicit poeta, ſi voce quis valeat ſonora, tu vero tot foliis decuſſis non ploras. Age funebrem comae tuae laudem edam: O pulcritudinis arcem! o lucum Cupidinis! o capitis ſidera!

πινεύσῃ, οὐ ψεύδεται. ὁ δ[...]
κροτάφῳ καὶ τοῖς σφυροῖς. τό[...]
πόλις ὅτε ἁλίσκεται (a), καὶ γ[...]
τῆς κεφαλῆς τὸ κάλλος, ὅτε [...]
λιμὸς, ὅτε μὴ κομᾷ. ἀλλὰ [...]
σὸν κλάεται, καὶ ποιητὴς μεγα[...]
λὰ ἐπ' αὐτῷ λέγει, σὺ δὲ φύ[...]
τεμὼν οὐ δακρύεις. φέρε εἴπ[...]
φιον τῆς κόμης. ὦ κάλλους [...]
ἄλσος, ὦ ἄστρα κεφαλῆς.

XXVII. AMORI ET DELICIIS.

Purpureis Lacedaemonii induebantur thoracibus, ſive ut formidinem hoſtibus incuterent colore terrifico, ſive ut ſanguinem ne animadverterent, eo quod illi ſimilis eſſent tincturae. Vos autem formoſos ſolis oportebat armari roſis, & hanc ab amatoribus accipere armaturam. Hyacinthus nempe candido adoleſcentulo, Narciſſus nigro convenit (quemadmodum & ipſe flos ille adoleſcentulus olim extitit) Roſae vero omnibus & pharmacum & unguentum praebent. Illae Anchiſen pellexerunt, illae Martem diſcinxerunt, illae Adonin, ut veniret, admonuerunt, illae ſunt veris comae, illae terrae fulgores, illae amoris faces.

κζ'. ΕΡΩΤΙ ΚΑΙ Μ[...]

Οἱ Λακεδαιμόνιοι φοινικοβα[...]
ρακας (c), ἢ ἵνα ἐκπλήττωσι[...]
τῷ φοβερῷ τῆς χροίας, ἢ ἵν[...]
μα, τῇ κοινωνίᾳ τῆς βαφῆς[...]
τοὺς καλοὺς, μόνοις ῥόδοις [...]
ταύτην λαμβάνειν παρὰ τῶν [...]
νοπλίαν. Υάκινθος μὲν οὖν [...]
πρέπει δὲ Νάρκισσος μέλαν[...]
κιον (d) τὸ πάλαι ἦν ἄνθος [...]
καὶ φάρμακον, καὶ μύρον (e) [...]
σην ἔπεισε, ταῦτα Ἄρη ἀπ[...]
δωνιν ἐλθεῖν ὑπέμνησεν (f), τ[...]
μαι, ταῦτα γῆς ἀστραπαὶ, [...]
λαμπάδες.

XXIIX. AD FEMINAM.

Si me fugis vel maxime, at roſas ſaltem loco mei ſuſcipe. Te vero precor, ut non ſolum coronari eis, verum etiam indormire velis. Etenim adſpectu quidem ſunt pulcrae, igneuſque illis eſt vigor; tactu vero ſunt molles, & omni lecto molliores, magis quam ipſum Babylonium coccum, & Tyria purpura. Illa enim, tametſi egregia ſint, non tamen pulcrum halant odorem. Mandavi eis ut etiam de collo tuo ſuavia ſumant, & papillas invadant, & viri partes, ſi permittas, agant. Scio autem quod mandatis ſint obtemperaturae. O beatae roſae, qualem feminam eſtis amplexurae! Sed rogate illam meo nomine, & obſecrate atque perſuadete. Sin audire noluerit, urite.

κή. ΓΥΝΑΙ[...]

Εἰ κἀμὲ φεύγεις, ἀλλ' [...]
ῥόδα ἀντ' ἐμοῦ. καί σε δέο[...]
μόνον, ἀλλὰ καὶ κοιμηθῆναι[...]
γάρ ἐστιν ἰδεῖν μὲν καλὰ, [...]
τὴν ἀκμήν. ἅψασθαι δὲ [...]
σης στρωμνῆς ἁπαλώτερα, ὑπ[...]
κόκκον (h), καὶ τὴν Τυρία[...]
γὰρ εἰ σπουδαῖα ἐκεῖνα, ἀλ[...]
ἐνετειλάμην αὐτοῖς καὶ τὴν [...]
σαι, καὶ τοῖς μαστοῖς ἐπελ[...]
σθαι, ἂν ἀφῇς· καὶ οἶδα [...]
μακάρια, οἵαν γυναῖκα [...]
τε (i). ἀλλὰ δεήθητε αὐτ[...]
πρεσβεύσατε, καὶ πείσατε. ε[...]
τακαύσατε.

XXIX. DELICIIS.

Roſae, foliis quaſi alis latae, ut ad te venirent properarunt. Suſcipe eas benigniter, ut & Ado-

κθ'. ΜΕΙΡΑ[...]

Τὰ ῥόδα, ὥσπερ πτεροῖς [...]
χόμενα, ἐλθεῖν παρά σε σπ[...]

> Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων,
> Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπιρρώσαντο ἄνακτος.
> Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

quae expreſsit Virgil. Aen. x. v. 115.

> *Adnuit, & totum nutu tremefecit Olympum.*

& Ovid. Metam. I. v. 179.

> *Terrificam capitis concuſſit terque quaterque*
> *Caeſariem, cum qua mare terram & ſidera movit.*

(a) ὅτι ἁλίσκεται) ut in omni ſc. luctu graviore.

(b) καὶ ποιητὴς μεγαλόφωνος) non aliquem ſingularem poetam hic reſpici puto, ſed indefinite accipio, ut ſenſus ſit: poetam, ſi quis ſit gravitate valens & ſublimitate, tragice talem caſum delineare.

(c) οἱ Λακεδ. φοινικοβ. ἐνεδ. θώρ.) vide collecta Cragio de Rep. Lacedaem. lib. III. cap. VI. pro θώρακας Vatic. b. habet χιτῶνας.

(d) Ναρκ. μέλανι, ὡς καὶ μειράκ.] haec & ſeqq. in editis ita lecta & diſtincta. Νάρκισσος μέλανι, ῥόδον δὲ πᾶσιν ὡς καὶ μειράκιον παλαιὸν, καὶ ἄνθος, καὶ φάρμακον καὶ μύρον, ταῦτα Ἀγχίσην ἔπεισε, ταῦτα Ἄρη ἀπέλυσε &c. quae nullum ſenſum fundunt. Vatic. b. habebat ὡς καὶ μειράκιον τὸ πάλαι ἦν ἄνθος, quod bonae lectionis veſtigium ſequuti, reliqua facile ex ingenio reſtituimus: inde patuit enim, haec verba immediate poſt

Νάρκισσος μέλανι ſequi debere, Narciſſ[...]
extitit: adeoque verba ῥόδον δὲ πᾶσιν [...]
quem poſtquam obtinuere, quum ver[...]
coniuncta commodum ſenſum fundunt[...]

(e) ῥόδ. δὲ πάσ. καὶ φάρμακ. καὶ μύρον] [...]
eſt. Nempe pharmacis & unguentis [...]
igitur *omnes* formas decere *roſas*, eiſqu[...]
guenti illectamentorum ad amorem l[...]
deceant *ſolos fuſcos*, Hyacinthi *albos*. [...]
Anchiſi, ut frueretur Veneris amplexib[...]
gravi armatura, Veneri quo obſequi [...]
quoque veniret ad amantem.

(f) ἐλθεῖν ὑπέμνησεν] ad Veneris ſc. a[...]
epiſt. XXIX. noſter Ἀδώνιδος ὑπομνήμ[...]
ſive roſeus Veneris color, ſive roſae b[...]
nem, & moneret, ut frequentius ad[...]
cauſa ventitaret.

(g) ταῦτα] editi αὗται habebant, quod [...]
net vero hoc ταῦτα ad ῥόδα, ut praec[...]

(h) βαβυλώνιον κόκκον] vide obſervata ad [...]
Imagin. in συοθήραις n. 4.

(i) περιβάλλειν μέλλετε] Vatic. b. addit [...]

Digitized by Google

ποδέξαι αὐτὰ εὐμενῶς, ὡς (a) Ἀδώνιδος ὑπομνήματα (b), ἢ ὡς Ἀφροδίτης βαφὴν (c), ἢ ὡς γῆς ὄμματα. ἀθλητῇ μὲν ὖν κότινος πρέπει, βασιλεῖ (d), μεγάλῳ πορθετῇ, τιάρα (e), καὶ στρατιώτῃ λόφος, καλῷ δὲ μειρακίῳ ῥόδα, καὶ διὰ συγγένειαν τῆς εὐωδίας, καὶ διὰ τὸ οἰκεῖον τῆς χροιᾶς. περιθέσῃ δὲ (f) ὐ σὺ τὰ ῥόδα, ἀλλ' αὐτά σε.

Adonidis monimenta, aut ut Veneris tincturam, aut ut telluris oculos. Athletam nempe oleaster decet, Regem, magnum populatorem, tiara, militem galea: formosum autem adolescentulum rosae, cum ob adfinitatem fragrantiae, tum ob coloris proprietatem. Non autem tu tibi ex rosis, sed rosae ex te sibi ornatum comparabunt.

Λ'. ΓΥΝΑΙΚΙ. (g)

Πέπομφά σοι στέφανον ῥόδων, ὐ σὲ τιμῶν, καὶ τῦτο μὲν γάρ, ἀλλ' αὐτοῖς τι χαριζόμενος τοῖς ῥόδοις, ἵνα μὴ μαρανθῇ.

XXX. FEMINAE.

Roseum tibi sertum mitto, non tam ut honore te adficerem, quamquam hoc etiam velim, quam ut ipsis rosis hanc gratiam facerem, ipsis ut ne arescere liceret.

ΛΑ'. ΜΕΙΡΑΚΙΩι.

Εὖ πεποίηκας, καὶ στρωμνῇ (h) χρησάμενος τοῖς ῥόδοις. ἡ γὰρ πρὸς τὰ πεμφθέντα ἡδονὴ σημεῖον μέγα τῆς πρὸς τὸν πέμψαντα τιμῆς. ὥστε κἀγώ σε δι' αὐτῶν ἡψάμην (i). καὶ γάρ ἐστιν ἐρωτικά, καὶ πανῦργα, καὶ κάλλει χρῆσθαι εἰδότα. δέδοικα δὲ μὴ ὐδ' ἡσυχίαν ἤγαγεν, ἀλλ' ἠνόχλει σοι καθεύδοντι, ὥσπερ τῇ Δανάῃ ὁ χρυσός. εἰ δὲ βύλει τί φίλῳ χαρίζεσθαι, τὰ λείψανα αὐτῶν ἀντίπεμψον, μηκέτι πνέοντα ῥόδον μόνον, ἀλλὰ καί σε.

XXXI. DELICIIS.

Recte fecisti, qui etiam lecto usus rosis fueris. Nam voluptas ex missis muneribus capta, magnum argumentum est honoris, qui mittenti habetur. Itaque & ego te ipsarum ope adtrectavi. Sunt enim amatoriae, & versutae, & pulcris uti norunt. Vereor autem ut quiete egerint, tibique dormienti molestae fuerint, quemadmodum Danaae aurum. Quod si quid amanti vis gratiae rependere, reliquias ipsarum remitte, non solas iam amplius rosas, verum te quoque spirantes.

ΛΒ'. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Καὶ τῷ Διΐ (k), ὅτε ἐκοιμᾶτο ἐν τῇ Ἴδῃ τῷ ὄρει. ἄνθη ἡ γῆ ἀνῆκε, λωτὸν, καὶ ὑάκινθον, καὶ κρόκον. ῥόδα δὲ ὐ παρῆν. πότερον ὡς μόνης Ἀφροδίτης κτήματα (l), παρ' ἧς καὶ ταῦτα ἔδει τὴν Ἥραν δανείσασθαι, καθάπερ καὶ τὸν κεστὸν ἐδανείσατο (m); ἢ ὡς ὐκ ἂν κοιμηθέντος τῦ Διὸς, εἰ καὶ ταῦτα παρῆν, ἡ δὲ ἐδέετο (n) καθεύδειν τὸν Δία; ὅταν δὲ πνέῃ ῥόδα, ἀνάγκη πᾶσα δήπυ καὶ ἀνθρώποις καὶ θεοῖς ἀγρυπνεῖν ἡδέως· ἡ γὰρ εὐωδία δεινὴ πᾶσαν ἡσυχίαν ἐξοικίσαι. ταῦτα μὲν ὖν ἀφείσθω Ὁμήρῳ καὶ τῇ τῶν ποιητῶν ἐξυσίᾳ. σὺ δὲ ἀγροίκως ἐποίησας, μόνη κοιμηθεῖσα ἐν ῥόδοις, καὶ σωφρονήσασα ἐν οὐ σώφροσιν. ἢ γὰρ τῶν ἐραστῶν ἐχρῆν σοι παρεῖναί τινα, ἢ ἐμὲ τὸν Δία. πλὴν εἰ μὴ ἐνεθυμήθης, ὦ καλὴ, τὸν στέφανον τοῖς στέρνοις προσαγαγοῦσα καινῷ μοιχῷ συμπλακῆναι.

XXXII. AD FEMINAM.

Iovi quoque, quum dormiret in Ida monte, flores terra effudit, Lotum, Hyacinthum & Crocum. Rosae tamen in iis non erant forte an quod Veneri essent propriae, a qua has quoque Iunonem mutuo sumere oporteret, quemadmodum & Cestum mutuo sumsit? an, quia dormire Iuppiter non potuisset, si hae quoque adfuissent, illa vero ut dormiret Iuppiter opus haberet? At ubi rosae fragrant, necesse est hominesque deosque vigilare lubentes: odoris enim fragrantia ad omnem arcendam valet quietem. Haec igitur Homero relinquenda, & poeticae facultati. Tu vero inficete te gessisti, quae sola rosis indormiveris, & castimoniam in parum castis exercueris. Aut enim amatorem quemdam tibi oportebat adesse, aut me, qui Iovis loco tibi sim. Nisi forte cogitasti, o pulcerrima, cum sertum pectori admoveres, te in novi moechi amplexibus esse.

ΛΓ'. ΜΕΙΡΑΚΙΩι.

Τί παθόντα τὰ ῥόδα; πρὶν μὲν παρά σοι γενέσθαι καλὰ ἦν ῥόδα· ὐ γὰρ ἂν αὐτὰ ὐδὲ ἔπεμψα, εἰ μή τι ἀξιόκτητον εἶχεν. ἐλθόν-

XXXIII. DELICIIS.

Quid rosis accidit? antequam enim ad te pervenirent pulcrae rosae erant: neque eas mehercle misissem, nisi aliquid habuissent, quod dignas,

(a) ὡς] Meursius & Vatic. legebant ἢ ὡς.
(b) Ἀδώνιδ. ὑπομν.] vid. ad ep. XXVII. not. 3. & 4.
(c) ἢ ὡς Ἀφρ. βαφὴν] nempe ex cruore Veneris nata rosa, vid. infra epist. XXXVII.
(d) βασιλεῖ] Meurs. καὶ βασιλεῖ sic & Vatic. b.
(e) τιάρα] vid. notata ad Philostrati Iunior. Imagines in Pelope not. 1.
(f) περιθέσῃ δὲ &c.] haec usque ad finem, omissa in editis, doctissimo Meursio debemus, & Vaticanis a. c.
(g) γυναικὶ] Vatic. b. τῷ αὐτῷ.
(h) καὶ στρωμνῇ] καὶ omittit Vatic. b.
(i) κἀγώ σε δι' αὐτῶν ἡψάμην] dum scilicet rosae ab eo missae fuerant, ut vice ipsius fungentes puerum amplecterentur, ipse per eas Philostratus eum amplexus est. Lucem haec accipiunt ex epist. XXVIII. quam vide.

A (k) καὶ τῷ Διὶ &c.] vide hac de re observata ad Imagin. lib. II. in Melete n. 4.
(l) Ἀφρ. κτήματα] nempe ut Pausan. Eliac. posterioribus c. XXIV. ῥόδον μὲν καὶ μυρσίνη Ἀφροδίτης ἱερὰ καὶ οἰκεῖα, τῷ ἐς κάλλος Ἀδωνιν λόγῳ, quin & orta ea ex Veneris cruore. Vid. inf. ep. XXXVII. Hinc & una Gratiarum, (sunt autem illae, ut idem ait Pausan. Ἀφροδίτῃ μάλιστα θεῶν,) quae ἀρχηστὰ τῶν χαρίτων dicitur Aristaeneto lib. I. ep. I. cum rosa, quam manu tenet, pingitur.
(m) τὸν κεστὸν ἐδανείσατο] Homerus Iliad. Ξ'.
(n) ἡ δὲ ἐδέετο) editi legebant οἱ δὲ ἐδέοντο. At Iuno sola erat, quae somnum Iovi inducere cupiebat, nec aliud ad quod oratio referatur nomen apud nostrum praecedit, hinc necessitate ipsa suadente mutanda lectio fuit.

gnas, ut adſervarentur, redderet. Ad te autem delatae, ſtatim aruerunt, & exhalarunt. Certo quidem cauſsam non novi: neque enim quidquam mihi fateri voluerunt. Quantum autem coniectura licet adſequi, forma ſuperiorem ferre non potuerunt, neque tecum ſubeundo certamini pares exſtitere, ſed ſimul ac fragrantiorem attigerunt cutem, ipſe perierunt. Sic etiam candela concidit, victa ab igne maiore; imo & aſtra, ſolis conſpectum ubi ferre non poſsunt, obſcurantur.

θόντα δὲ, εὐθὺς ἐμαράνθη ϗ
μὲν σαφὲς ὐκ οἶδα τῆς αἰτία
εἰπεῖν ἠθέλησαν. ὡς δ' εἰκάσαι
νεγκε παροὐδοκιμούμενα, ὐδὲ ἠ
σε ἁμίλλης, ἀλλ' ὁμοῦ τε ἔ
χρωτὸς (a), καὶ ἀπώλετο. οὔ
πίπτει πυρὸς ἡττηθεὶς μείζονο
ἀμαυρὰ (b), ὅταν ἀντιβλέπειν
ται.

XXXIV. AD FEMINAM.

Revera roſae Cupidini ſacri ſunt flores. Nam iuvenili ſunt perinde atque ille ſpecie, & delicatae, quemadmodum ipſe Cupido. Suntque utriſque aureae comae, ſunt & cetera ipſis ſimilia. Roſae ſpinam ſagittae loco habent, & rutilum colorem pro facibus, foliis alatae ſunt. Tempus autem & Amor, & roſae, pariter faſtidiunt. Infeſtus enim hic Deus & formae eſt opibus, & roſarum morae. *Vidi Romae floribus redimitos* currentes, & celeritate teſtificantes, quam parum ſtabilis res ſit pulcritudinis flos: curſus enim docet, utendum aetate eſse, ſin cuncteris, mox abierit. Marceſcit etiam mulier, pariter, ac roſae, ſi moram trahat. Ne cuncteris, o pulcra, ſed colludamus, coronemur roſis, una curramus.

Λδ'. ΓΥΝΑΙ

Ο'ντως τὰ ῥόδα Ε'ρωτος
νέα ὡς ἐκεῖνος, καὶ ὑγρὰ ὡ
καὶ χρυσοκομοῦσιν ἄμφω, καὶ
ὅμοια. τὰ ῥόδα τὴν ἄκανθα
χει, τὸ πυῤῥὸν ἀντὶ δᾴδων,
πτέρωται. Χρόνον δὲ οὔτε Ε'
δεν· ἐχθρὸς γὰρ ὁ θεὸς (c)
ὀπώρᾳ, καὶ τῇ ῥόδων ἐπιδημ
μὴ τοὺς ἀνθοφόρους τρέχοντας
χει μαρτυρουμένους τὸ ἄπιστον
γὰρ δρόμος διδασκαλία χρή
σαις, ἀπελήλυθε. μαραίνετα
ῥόδων, ἂν βραδύνῃ. μὴ μέλλ
παίζωμεν, στεφανωσόμεθα το
μωμεν.

XXXV. DELICIIS.

Eſt ſuum & formae ver & roſis, qui vero non utitur praeſentibus ſtultus eſt, dum in rebus, quae moram non habent, cunctatur, & in mox diffugientibus tardus eſt. Invidum enim tempus & floris venuſtatem extinguit, & formae vigorem aufert. Noli moras nectere, o roſa vocalis: ſed, dum eſt poteſtas & vivis, bona tua nobis impertire.

Λέ. ΜΕΙΡΑ

Ε'στιν ἔαρ καὶ κάλλους κ
μὴ χρησάμενος τοῖς παροῦσι
μέλλουσι (g) μέλλων, καὶ βρ
σι. φθονερὸς γὰρ ὁ χρόνος
ὥραν ἀφανίζει, καὶ τὴν κά
γει. μηδὲν μέλλε, ὦ φθ
ἀλλ' ἕως ἔξεστι, καὶ ζῇς, μ
ἔχεις.

XXXVI. AD FEMINAM.

(i) μνήμῃ ταμιεύεται) vid. ad ep. praec. n. 2. Ceterum meliorem lectionem ex Vatic. c. substituimus absurde codd. vulgatorum lectioni, qui habebant μνήματα μανεύεται.

A

Digitized by Google

εἴσω παρελθὸν φῶς μέν ἐστιν ἐν ἡμέρᾳ, νύκτωρ δὲ ὄναρ γίνεται (a).

Νγʹ. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Τὰ μὲν σὰ ὄμματα φιλῶ, τὰ δὲ ἐμαυτοῦ μισῶ. τοῖς μὲν γὰρ σύνεσιν πολλὴν συνέγνωκα, τοῖς δὲ δεινὴν περιεργίαν. ἀναίσχυντά ἐστιν, ἀλλὰ καὶ κρύπτειν οὐδὲν δυνάμενα (b) ὧν ἑώρακεν ἅπαξ. οὐκ ἀφέστηκε γοῦν μου τῇ ψυχῇ λέγοντα· οὐκ εἶδες τὴν εὔκομον, τὴν εὐπρόσωπον; ἧκε, ἀνάβηθι, ἀλλὰ καὶ γράψον, καὶ κλαῦσον καὶ δεήθητι. ἡ δὲ εὖ μάλα πείθεται. πείθεται δὲ, παρακούειν μὴ δυναμένη λίχνων δορυφόρων. καὶ γὰρ μὴ βουλομένην σύρουσιν ἔξω, καὶ βιάζονται φρονεῖν, ὅσα αὐτοὶ προλαβόντες ἐπῄνεσαν. ἀμέλει πρὶν ἔρωτα εἰς αὐτὴν (c) καταπτῆναι μόνον τὸν ἥλιον ἠπίστατο (d) ἡ ψυχὴ καλὸν, καὶ τοῦτο αὐτῇ τὸ θέαμα καὶ θαῦμα ἦν. γευσαμένη δὲ ὥρας ἀνθρωπίνης, ἐκ μὲν τῆς σπουδῆς ἐκείνης κατέπεσεν. εἰς δὲ θητείαν ὑπέχθη πικρὰν, ἧς ἔργα θυραυλικὰ, καὶ χαμαικοιτίαι (e), καὶ ἡ πρὸς θάλπος καὶ χειμῶνα ἀντίταξις, καὶ „ ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγώ σε (f) „ πρὸς τὸν ἀντεραστὴν μάχη. τούτων δὲ εἶ πάντων σὺ τὸ φάρμακον, ἔργου ἐφημέρου ποιήματα ἀθάνατα, καὶ βραχείας σώματος ἡδονῆς μνήμην ἀντιλαβοῦσα ἀγήρω. ἃ μὲν γὰρ δώσεις κοινὰ καὶ ῥᾴδια τοῦ θήλεως παντός. ἃ δὲ κτήσῃ ἀντὶ τούτων, οὔτ' ἂν εἴποιμι, ὅσα εὔνοια, καὶ μνήμη (g), καὶ νὺξ, ἀφ' ὧν καὶ μήτηρ καὶ πατὴρ γίνεται.

Νδʹ. ΜΕΙΡΑΚΙΩι.

Ὁ Ἀγαμέμνων ὅτε μὲν ὀργῆς ἐκράτει, καλὸς ἦν, καὶ οὐχ ἑνὶ θεῷ, ἀλλὰ πολλοῖς ὅμοιος.

Ὄμματα καὶ κεφαλὴν (h) ἴκελος Διῒ τερπικεραύνῳ,
Ἄρει δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

ὅτε δὲ ἐνησχημένει τῇ γλυκύτητι τοῦ θυμοῦ, καὶ πρὸς τοὺς ἑταίρους ἠγριοῦτο. ἔλαφος καὶ κύων ἐνομίζετο, καὶ τὰ τοῦ Διὸς ὄμματα οὐδαμοῦ. σῦς μὲν γὰρ ὀργίζεται καὶ κύνες, καὶ ὄφεις, καὶ λύκοι, καὶ ὅσα ἄλλα οὐ χρῆται λογισμῷ θηρία. καλὸς δὲ ἄνθρωπος καὶ μὴ γελάσας μόνον λυπεῖ, μήτοι γε καὶ σκυθρωπότερος ἑαυτοῦ γενόμενος. οὐ πρέπει δὲ οὐδὲ ἡλίῳ τοῦ προσώπου νεφέλην προβάλλεσθαι. τίς ἡ κατήφεια αὕτη; τίς ἡ νύξ; τί τὸ συγνὸν σκότος τοῦτο; μειδίασον, κατάστηθι· ἀπόδος ἡμῖν τὴν τῶν ὀμμάτων ἡμέραν.

Νέ. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Ἐχθές σε ὀργιζομένην κατέλαβον, καὶ ἔδοξα ἄλλην πλέπειν. τούτου δὲ αἴτιον ἡ τοῦ θυμοῦ ἔκστασις, ἀκριβῶς σοι συγχέασα τὴν τοῦ προσώπου χάριν. νῦν δὴ μεταποίει σεαυτὴν, μηδὲ ἄγριον βλέπε. οὐδὲ γὰρ τὴν σελήνην ἔτι λαμπρὰν δοκοῦμεν ὅταν ᾖ συννεφὴς (i), οὐδὲ

memoria reponit. Quidquid autem intro fuerit admissum, lumen quidem interdiu est, nocte vero somnium evadit.

LIII. AD FEMINAM.

Tuos equidem oculos amo, mei vero mihi sunt exosi. Nam in illis magnam adgnosco prudentiam, in his nimiam curiositatem. Impudentes sunt: imo neque occultum habere quidquam possunt, quod semel viderunt. Non igitur desierunt animo meo dicere: annon vidisti illam, coma excellentem, forma praestantem? Adesto, adscende, sed & scriptis rem age, & lacrimis, & precibus. At ille promtissime obsequitur. Obsequitur vero, quod vires non habeat resistendi gulosis illis satellitibus. Invitum enim etiam trahunt foras, & per vim adigunt in eam sententiam, quam ipsi antevertendo probarunt. Utique priusquam Amor in eum devolaret, nihil praeter unum Solem animus pulcrum noverat, hocque eius erat spectaculum, hoc quod mirabatur. Degustata vero pulcritudine humana, ab illo studio defecit, & in acerbam servitutem deductus est, cuius opera sunt ad limina sub diu pernoctare, & humi procumbere, atque cum aestu & frigore certare: & iuxta istud, *Me tolle, aut tollam te*, cum rivali contendere. Horum omnium autem tu es remedium, pro opere diurno opera sempiterna, & pro brevi corporis voluptate memoriam adipiscens numquam senescentem. Quae enim dabis, communia sunt & facilia omni feminae. Quae vero pro his consequutura es, ne dicendo quidem exprimere possim; nempe benevolentiam, & memoriam nominis, & noctes, quem matrem etiam ac patrem efficiant.

LIV. DELICIIS.

Agamemnon, quando iram vincebat quidem, egregius erat, neque uni, sed multis Diis similis.

Os, oculosque Iovi par, qui atro fulgure gaudet
Et Marti zona, Neptuno pectore lato.

quando autem turpiter se gerebat, irae dulcedini indulgens, & adversus socios immanem, cervus & canis censebatur, neque ullum Iovis oculorum vestigium. Sus enim ira excandescit, & canes, atque serpentes, lupique, & quaecumque aliae rationis expertes sunt belvae. Pulcer vero qui sit vel solo risu cohibito aegre faciat, si vel maxime tetricum magis vultum hautquaquam induerit. Neque enim solum decorum est, ut nube facies eius obducatur. Qui vero tetricus iste obtutus? quae nox? quae tristis ista caligo? subride, iram siste, redde nobis oculorum diem.

LV. AD FEMINAM.

Heri te commotam ira deprehendi, aliamque mihi penitus cernere visus sum. Huius autem rei caussa erat mentis alienatio, quae plane in te vultus gratiam perturbabat. Nunc vero aliam tibi formam indue, neque tetricum tuere: nec lunam enim lucidam putamus esse amplius, ubi nu-

(a) φῶς μέν ἐςιν ἐν ἡμ. νύκτ. δ. ὄναρ γίνεται) i. e. *interdiu lux est* ad quam incedit amans, eaque sola dirigitur, ceu *solis* luce, vide & ad ep. praec. not. 3. *noctu somnium est*, quum soleant amantes inter dormiendum quoque occupare unice, quae spectent τὰ παιδικὰ, phantasmata.

(b) κρύπτειν οὐδὲν δυνάμενα) vid ad ep. LI. n. 3.

(c) αὐτὴν) editi γῆν, quod ex coniectura mutavimus.

(d) μόνον τὸν ἥλ. ἠπίς.) vide ad ep. LI. not. 4.

(e) θυραυλικὰ καὶ χαμαικ.) nempe amantes ad limina τῶν παιδικῶν pernoctare, humi procumbere, limina oscula figere solebant, ut notum.

(f) ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγώ σε) Hemistich. Homeric. ex Iliad. Ψ'. v. 724.

(g) μνήμη) vide sub initium huius epistolae & ibi notata.

(h) ὄμματα καὶ κεφ.) Homerus Iliad. Β'. v. 478.

(i) οὐδὲ γὰρ τ. σελήνην — συννεφὴς) haec in vulgatis quum deessent, ex MSS. suppleverat *Meursius*; adgnoscuntque Vaticani a. b.

Digitized by Google

nubibus obducta fuerit, neque formoſam Venerem, quum iraſcitur aut lacrimatur, neque Iunonis oculi pulcri, quum Iovi ſuccenſet, neque mare [glaucum] cum turbatur. Minerva vero etiam tibias abiecit, quod vultum eius deformarent. Porro etiam Erinnyes Eumenides vocamus, ut quae tetricam indolem diſſimulare cupiant: ipſiſque ſpinis roſarum delectamur, quod ex agreſti natae frutice, qui dolorem adferre, & pungere poſſit, inter roſas tamen rideant. Mulieris quoque flos, vultus tranquillitas eſt. Noli adſpera eſſe & terribilis, neque formae tuae coronam detrahe, neque tibi ipſi roſas eripe, quae pulcris vobis in oculis naſcuntur. Quod ſi fides apud te eorum quae dico nulla eſt, cape ſpeculum, & vultum immutatum contemplare. Bene eſt quod faciem ipſa avertas. Aut enim odiſti, aut terreris, aut non adgnoſcis, aut poenitentia duceris.

δὲ τὴν Ἀφροδίτην καλὴν, ὅταν ὀργίζηται ἢ δακρύῃ, οὐδὲ τὴν Ἥραν βοῶπιν, ὅταν χαλεπαίνῃ τῷ Διΐ, οὐδὲ τὴν θάλατταν (a), ὅταν ταράττηται. ἡ δὲ Ἀθηνᾶ καὶ τοὺς αὐλοὺς ἔῤῥιψεν, ὡς τὸ πρόσωπον αὐτῆς συγχέοντας (b). ἤδη καὶ τὰς Ἐριννῦς Εὐμενίδας καλοῦμεν, ὡς τὸ σκυθρωπὸν ἀρνουμένας. καὶ ταῖς ἀκάνθαις τῶν ῥόδων χαίρομεν, ὅτι ἐξ ἀγρίου θάμνου, καὶ λυπεῖν καὶ κεντεῖν εἰδότος, γελῶσιν ἐν τοῖς ῥόδοις. ἄνθος ἐστὶ καὶ γυναικὸς ἡ τοῦ προσώπου γαλήνη. μὴ τραχεῖα γίνου μηδὲ φοβερὰ, μηδὲ ἀποστεφάνου τὸ κάλλος, μηδὲ ἀφαιροῦ ῥόδων σεαυτὴν, ἃ ταῖς καλαῖς ὑμῖν ἐν τοῖς ὄμμασι φύεται. εἰ δὲ ἀπιστεῖς οἷς λέγω, τὸ κάτοπτρον λαβοῦσα, ἴδε σου τὸ πρόσωπον ἠλλαγμένον. εὖ γ' ὅτι ἐπεστράφης. ἢ γὰρ ἐμίσησας ἢ ἐφοβήθης, ἢ οὐκ ἐγνώρισας, ἢ μετενόησας.

LVI. DELICIIS.

Νϛ′ ΜΕΙΡΑΚΙῼ.

Perſuaſus es, ut coniicio, ſed rei turpitudinem metuis. Quouſque negotium refugis, ex quo amicus tibi paratur? An non eam ob rem pueris formoſis referta ſunt Homeri carmina, qui Nireum, & Achillem ad Troiam veniſſe narrat? An non eam ob cauſam quotquot Harmodio, & Ariſtogitoni addicti fuere, uſque ad (caedes) & enſes amicos illis ſe praebuere? Apollo vero an non Admeto, & Brancho ſervivit? Iupiter porro an non Ganymedem rapuit, quo plus etiam quam Nectare delectatur? Soli enim vos pulcri caelum etiam, quaſi civitatem aliquam, inhabitatis. Noli agere ferre amantem eſſe tibi, qui dare immortalitatem non poſſit, ſuam vero animam poteſt. Quod ſi incredibile tibi videtur, paratus ſum ad obeundam mortem, ſi tu iubeas, ſtatim. Quod ſi laqueum vero ego quum maxime nectam, an non tu caedis cauſa eris, o inhumane?

Πέπεισαι μὲν, ὡς εἰκάζω (c), τοῦ δ' ἔργου τὴν αἰσχύνην ὀκνεῖς. εἰς ἃ πράγματα ἀποδιδράσκεις, ἀφ' ὧν (d) τις φίλος γίνεται; οὐκ ἐντεῦθεν ἐπληρώθη καλῶν τὰ Ὁμήρου ἔπη, τὸν Νιρέα, τὸν Ἀχιλλέα (e) εἰς Τροίαν ἄγοντος (f); οὐκ ἐντεῦθεν Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ὅσοι (g), φίλοι καὶ μέχρι τῶν ξιφῶν; ὁ δὲ Ἀπόλλων οὐκ Ἀδμήτῳ καὶ Βράγχῳ ἐθήτευσεν; ὁ δὲ Ζεὺς οὐ τὸν Γανυμήδην ἥρπασεν, ᾧ χαίρει καὶ πρὸ τοῦ νέκταρος; μόνοι γὰρ ὑμεῖς οἱ καλοὶ καὶ τὸν οὐρανὸν οἰκεῖτε, ὡς πόλιν. μὴ φθονήσῃς ἐραστοῦ σεαυτῷ, δοῦναι μὲν ἀθανασίαν οὐκ ἔχοντος, τὴν δὲ αὐτοῦ ψυχὴν ἔχοντος (h). εἰ δὲ ἀπιστεῖς, ἕτοιμος ἀποθνήσκειν, ἂν ἐπιτάττῃς τοῦτο νυνί. εἰ δὲ πλέκω τὸν βρόχον, ἀπάνθρωπε, οὐ καθαιρήσεις;

LVII. AD FEMINAM.

Νζ′. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Iubes mihi, ne videam, & ego tibi ne videaris. Quis hoc iubet legiſlator? Quis vero & illud? Quod ſi neutrum autem prohibitum eſt, neque tu tibimetipſi laudem oſtentationis adimas, neque mihi delectationis facultatem. Nec fons ait, ne bibito: neque pomum, ne ſumito; neque pratum, cave accedas. Sequere, o puella, tu etiam leges, & ſitim viatoris aeſtuantis ſeda, quem tuum ſidus perdidit.

Κελεύεις μοι μὴ βλέπειν, κἀγὼ σοὶ μὴ βλέπεσθαι. τίς τοῦτο κελεύει νομοθέτης; τίς δὲ ἐκεῖνο; εἰ δὲ μηδέτερον κεκώλυται, μήτε σεαυτὴν ἀφαιροῦ τῆς εἰς ἐπίδειξιν εὐδοκιμήσεως, μήτε ἐμὲ τῆς εἰς τέρψιν ἐξουσίας. οὐδὲ πηγή λέγει, μὴ πίῃς· οὐδὲ ὀπώρα, μὴ λάβῃς· οὐδὲ λειμὼν, μὴ προσέλθῃς. ἕπου γύναι καὶ σὺ τοῖς νόμοις, καὶ διψῶντα παῦσαι ὁδοιπόρον, ὃν τὸ σὸν ἄστρον ἀπώλεσεν.

LVIII. AD FEMINAM MARITATAM.

Νή. ΓΥΝΑΙΚΙ ΥΠΑΝΔΡῼ.

Res ipſa quidem eſt eadem, ſive a marito, ſive ab adultero peragatur. Quod vero periculo eſt magis expoſitum, gratiam habet maiorem. Non enim palam conceſſa poteſtas perinde animum adficit, ac furtiva voluptas. Omne namque

Τὸ μὲν ἔργον ἓν, ἄν τ' ἐπὶ ἀνδρὸς, ἄν τ' ἐπὶ μοιχοῦ γένηται. τὸ δὲ τῷ κινδύνῳ σφαλερώτερον, τῇ χάριτι μεῖζον. οὐ γὰρ οὕτως τὸ φανερὸν εὐφραίνει τῆς ἐξουσίας, ὡς τὸ ἀπόῤῥητον τῆς ἡδονῆς. πᾶν δὲ τερπνότερον τὸ κεκλεμμένον

(a) οὐδὲ τὴν θάλατταν) manifeſtiſſimum, poſt haec nomen alis quod excidiſſe adiectivum, forte γλαυκὴν non male ſuppleres, vel πορφυρέην, vel tale quid.

(b) ὡς τὸ πρόσ. αὐτ. συγχέοντας) nempe quod buccas inflaret, foeda viſa eſt. Vide Hygin. fab. CLXV. adde Fulgentium lib. III cap. 9. Athenaeum enim, & Ariſtotelis loca iam adlegavimus ad Vit. Apollonii lib. V. c. 22. num. 7. & Pindari Scholiaſten ad Pyth. od. XII. Huc ſpectat Ariſtenaeti iſtud: τί οὖν μάτην ὦ νέοι διαῤῥήγνυσθε τὰς γνάθους ἐμφυσῶντες τῇ σύριγγι.

(c) ὡς εἰκάζω) Vatican. b. habet. ὡς εἰκάζειν ἔχω.

A

(d) ἀφ' ὧν) ſic ex coniectura reſcripſi, ante editum fuit ἀφ' οὗ.

(e) ἄγοντος) vide de hoc loquendi genere Heroic. ad Imagin. lib. I. Phaetonte num. 8.

(f) τὸν Ἀχιλλ.] malim καὶ τὸν Ἀχιλλέα.

(g) ὅσοι) hic diſtinctionem pono: nempe *eſſe alicuius* dicitur, qui ei amore, vel obſequio devotus eſt. Hinc ait: quotquot Ariſtogitonis fuere, & Harmodii, pulcrorum adoleſcentum, i.e. quotquot amor ipſis addixerat, amicos ipſis fuiſſe uſque ad mortem, & enſes.

(h) ἔχοντος) Vaticanus b. habet, προτείνοντος.

Digitized by Google

μένον [a]. οὕτω καὶ Ποσειδῶν ὑπῆλθε πορφυρῷ κύματι (b), καὶ Ζεὺς χρυσῷ ὕδατι καὶ βοῒ, καὶ δράκοντι, καὶ ἄλλοις προκαλύμμασιν· ἀφ' ὧν Διόνυσος, καὶ Ἀπόλλων, καὶ Ἡρακλῆς, οἱ ἐκ μοιχείας θεοί. λέγει δὲ Ὅμηρος (c) καὶ τὴν Ἥραν ἰδεῖν αὐτὸν τότε ἡδέως, ὅτε αὐτῇ συνῄει λάθρα. τὴν γὰρ ἀνδρὸς ἐξουσίαν μετέθηκεν (d) εἰς κλοπὴν μοιχείας.

que furtivum iucundius. Sic etiam Neptunus purpureum subiit fluctum, & Iupiter aureum imbrem, bovem, draconem, aliaque integumenta: unde Bacchus ortus, & Apollo, & Hercules, ex adulterionati Dii. Dicit autem Homerus etiam tum Iunonem eum libenter vidisse, quando cum ea clam consuevit. Mariti enim potestatem mutavit in furtivam adulterii voluptatem.

ΝΘʹ ΜΕΙΡΑΚΙῼ.

Ὁ καλὸς, ἂν μὲν ᾖ θηριώδης, πῦρ ἐστιν· ἂν δὲ ἥμερος, φῶς. μὴ κᾶε οὖν, ἀλλὰ σῶζε, καὶ τὸν ἐλέου βωμὸν (e) ἐν τῇ ψυχῇ ἔχε. ἀντιλαβὼν βέβαιον φίλον ὠκυμόρου δωρεᾶς (f)· καὶ φθάσας τὸν χρόνον, ὃς μόνος καταλύει τοὺς καλοὺς, ὥσπερ οἱ δημοτικοὶ τοὺς τυράννους. ὡς δέδοικά γε, ὃ φρονῶ γὰρ εἰρήσεται, μὴ μέλλοντός σου, καὶ βραδύνοντος, τὰ γένεια ἐπέλθῃ, καὶ τὴν τοῦ προσώπου συσκιάσωσι (g) χάριν, ὥσπερ εἴωθε τὸν ἥλιον κρύπτειν ἡ νεφῶν συνδρομή. τί δέδοικα, ἅπερ ἔστιν ἤδη βλέπειν; ἕρπει μὲν ὁ ἴουλος, αἱ δὲ παρειαὶ χνοάζουσι, τὸ δὲ πρόσωπον ὅλον ἀνθεῖ. φεῦ, μέλλοντες ἐγηράσαμεν, σὺ μὲν θᾶττον εἶξαι (h) μὴ θελήσας, ἐγὼ δὲ ὀκνήσας δεηθῆναι. πρὶν οὖν σου τὸ ἔαρ ἀπελθεῖν ὅλον, καὶ χειμῶνα ἐπιστῆναι, δὸς αὐτὸ (i) πρὸς ἔρωτος, πρὸς, τούτων τῶν γενείων, ἃ δεῖ με αὔριον ὀμνῦναι (k).

LIX. DELICIIS.

Formosus, immanis si sit, ignis, sin mansuetus, lumen est. Ne igitur uras, sed serves, & misericordiae aram animo positam habeas, pro minus durabili munere, constantem amicum accipiens, & tempus antevertens, quod solum formosos destruit, quemadmodum qui populares sunt Tyrannos. Quam solicitus ego sum (quod sentio enim, dicam,) ne te cunctante, moramque nectente, prima barba superveniat, & elegantiam vultus obumbret, quemadmodum solem occultare nubes solent concurrentes! Quid timeo, quae iam videre est? Serpit quidem lanugo, maxillae vero pubescunt, vultusque universus germinat! Eheu cunctando consenuimus, tu quidem citius obsequi nolens, ego vero precari metuens. Antequam igitur totum ver, tuum abeat, & hiems ingruat, frui me illo patere, per amorem, per hanc lanuginem, per quam mihi cras erit iurandum.

Ξʹ. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Ὁ μοιχὸς καὶ πείσας σφαλερώτατον ἀνάλωμα, καὶ ὀδυνηρὸν μὴ τυγχάνων. τῆς μὲν γὰρ εὐπραγίας κίνδυνος ὁ νόμος, τῆς δὲ λύπης μισθὸς ὁ ἔρως. φοβεῖσθαι δὲ ἄμεινον, τυχόντα ὧν βούλεταί τις, ἢ ἀνιᾶσθαι ἀμελούμενον.

LX. AD FEMINAM.

Adulter si persuadeat, periculosam impensam facit; tristem, si non impetret. Felicitati eius periculum a lege est, moeroris autem stipendium est amor. At satius est timere aliquem, ea quae concupivit consequutum, quam spretum moerore confici.

ΞΑʹ. ΜΕΙΡΑΚΙῼ.

Ἐπαινῶ σε ἀντισοφιζόμενον τῷ χρόνῳ, καὶ περικόπτοντα τὰ γένεια, ὃ γὰρ ἀπῆλθε φύσει (l), τοῦτο μένει τέχνῃ, ἡδίστη δὲ ἡ τῶν ἀπολλυμένων ἀνάκτησις. ὥς τε ἐμοὶ συμβουλεύοντι πείθοιο· τῇ μὲν κεφαλῇ κόμα, καὶ μελέτω σοὶ τῶν βοστρύχων, ὡς τοὺς μὲν ταῖς παρειαῖς συγκαταβαί-

LXI. DELICIIS.

Laudo te, qui tempus arte eludas, & lanuginem reseces, quod enim natura discessit, id arte manet. Iucundissima vero est eorum, quae amissa sunt, recuperatio. Itaque meum consilium audito: capite comam nutri, cinnorumque tibi cura sit, ut iuxta maxillas alii sensim descen-

[a] πῶν δὲ τερπνότερον τὸ κεκλεμμένον] sic fere sapiens de amoribus furtivis Proverb. IX. 17. Ἄρτων κρυφίων ἡδέως ἅψασθε καὶ ὕδατος κλοπῆς γλυκεροῦ.

(b) ὑπῆλθε πορφ. κύματι) ita imagines Philostrati passim Neptunum furtivo amore, ὑπὸ κυρτουμένου τοῦ κύματος, fruentem sistunt. Vid. *Neptuno* & *Amymone*, item in *Melete*.

(c) Ὅμηρος) equidem & primus concubitus Iunonis & Iovis, hoc ipso maxime delectaverat Iovem, clandestinus quod esset. Nam Homerus Il. Ξʹ. v. 295. seq. Iovis in Iunonem, cesto armatam summum ardorem descripturus, ita *amorem* animum Iovis obsedisse ait, quemadmodum cum prima, *clam parentes*, ex ea gaudia cepisset:

> Ὡς δ' ἴδεν, ὥς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν
> Οἷον ὅτε πρώτιστον ἐμισγέσθην φιλότητι,
> Εἰς εὐνὴν φοιτῶντε. φίλους ΛΗΘΟΝΤΕ τοκῆας;

Quod eleganter etiam expressit Valerius Cato in diris v. 166.

> *Iupiter ante sui semper mendacia furti*
> *Cum Iunone prius quam coniux dictus uterque est*
> *Gaudia libavit, DVLCEM FVRATVS amorem*

Locus vero poetae, ubi Iupiter adfectet furtim se oblectare cum Iunone, ut ex eo gratior fieret illa voluptas, non succurrit, quae enim sequuntur eodem libro v. 341. ea vix eo referre licebit, nam nube Iunonem involvens densa, ne Deorum aliquis ludentes deprehendat, pudori tantum eius consulit.

(d) μετέθηκεν] sic in Vatic. a. & b. inveni, quod melius visum, quam τέθηκεν editorum.

(e) Ἐλέου βωμὸν) vid. notata ad vitas Sophistar. lib. II. *Herode* §. v. n. 7. & in *Polluce*. Adde inf. ep. 70.

(f) ἀντιλαβ. βιβ. φιλ. ὠκυμ. δωρ.] similis locus supra epist. 53 sub fin.

[g] συσκιάσωσι] Morell. in marg. συσκιάσῃ habebat, quod & cod. Vat. b. tuetur.

[h] εἶξαι] sic legendum in margine monuerat Morell. in textu enim retinuit εἰκάσαι.

[i] αὐτὸ] scilicet, τὸ ἔαρ.

[k] ἃ δεῖ με αὔριον ὀμνύναι] nempe res sacra *barba*, & per eam perinde ac per genua supplices *adiurare*, & *obtestari* solebant eos, quibus supplicabant. Nempe genua tamquam rem sacram tangebant, & per ea obtestabantur, & obsecrabant, ut patet ex Plauto in Truculento Act. IV. sc. 3. *per tua obsecro genua*. Eamdemque mentem fuisse, *barbam* quoque una cum *genibus* inter supplicandum tenentibus, patet ex Eurip.

> Ἀγάμεμνον ἱκετεύω σε τῶνδε γονάτων
> Καὶ σοῦ γενείου &c.

Plura eiusmodi loca congessit Barthius ad Claudian. p. 878. quae species omnino per *barbam iurandi*, est *adiurandi*.

(l) ὃ γὰρ ἀπῆλθε φύσει] puerilem imberbis intelligit ἁπαλότητα, quae eo pubescente discesserat, arte *tamen* imberbem eum sistente.

Digitized by Google

deſcendat, (hanc namque a malis tuis lanuginem, parvo negotio, quum quis voluerit, removebit:) alii vero in humeros, ut defluant, quemadmodum Homerus ait Euboeos comam a parte poſtica alere. Nam caput coma germinans multo iucundius eſt planta Minervae; ſiquidem ne hanc quidem arcem nudam conſpici convenit, neque minus ornatam. Malae vero tibi ſint nudae, neque quidquam huic lumini officiat, neque nubes, neque caligo. Quemadmodum enim nequaquam iucundum adſpectum praebent oculi clauſi, ſic neque malae in formoſo, lanugine obſitae. Sive igitur medicamentis, ſive cultellis exilibus, ſive ſummis digitis, ſive ſmegmate, & herbis, ſive alia quacumque arte pulcritudinem tibi compara mage diuturnam. Sic Deos enim imitaberis, numquam conſeneſcentem.

βαίνουν ἠρέμα· (καὶ ταῦτά σου τὰ γένεια τις ἀφαιρήσεται ῥᾳδίως, ὅτε βούλεται·) τοὺς δὲ, τοῖς ὤμοις ἐπικαθῆσθαι, καθάπερ φησὶν Ὅμηρος (a) τοὺς Εὐβοεῖς ὄπισθεν κομᾶν. κεφαλὴ γὰρ ἀνθοῦσα ἡδίων πολὺ τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς φυτοῦ· εἴπερ γε δεῖ καὶ ταύτην τὴν ἀκρόπολιν (b) μὴ ψιλὴν ὁρᾶσθαι, μηδὲ ἀκόσμητον. τὰ δὲ γένειά σοι ψιλὰ ἔστω, καὶ μηδεὶς ἐνοχλείτω τῷ φωτὶ τούτῳ, μήτε νεφέλη, μήτε ἀχλύς. ὡς γὰρ οὐχ ἡδὺ θέαμα κεκλεισμένα ὄμματα, οὕτως οὐδὲ γένεια καλοῦ κομῶντα. εἴτε οὖν φαρμάκοις, εἴτε μαχαίραις λεπταῖς, εἴτε ἄκροις δακτύλοις, εἴτε ῥύμμασιν καὶ πόαις, εἴτε ἄλλῃ τινὶ μηχανῇ πράττε σεαυτῷ τὸ κάλλος μακρότερον. οὕτως γὰρ ἔσῃ μιμούμενος, τοὺς ἀγήρως θεούς.

LXII. FEMINAE.

Heri, quum palpebras clauſiſſem, ita tamen ut placide nictarem tantum, longum tempus exiſtimabam praeteriiſſe, certe oculos, ut rudes amoris, obiurgabam. Cur eius vos cepit oblivio? cur eius omiſiſtis cuſtodiam? Vbi vero eſt? & quid factum illi? hoc ſaltem ſignificate. Arbitratus autem audire, abii eo, ubi viſurum te putabam, & vel hoc rerum ſtatu te ut raptam quaerebam. Quid igitur facturus eſſem, ſi in agrum egreſſa fueris, ut anno praeterito, & multis diebus urbanam converſationem reliqueris? Equidem manifeſte de me actum putem, qui nihil ſim habiturus iucundum, ſive auribus, ſive oculis. Ego enim futurum opinor, ut te, civitatem egredientem, etiam ſequantur ipſi, qui ſunt in urbe Dii, tuo tracti obtutu. Quid enim hic ſoli facerent? Atque etiamſi illi locis ſuis manſerint, tamen ego non relinquar, amoris veluti appendix. Quid ſi etiam fodere oporteat, ſumam ligonem; ſi putare, colam vites: ſi olera limpha ſpargere, deducam eam, ut iſthac commeet. Qvis enim ita caecus fluvius, ut tuum ſolum non riget? Vnum deprecor, ex iis, quae ruri fieri ſolent, lac mulgere; ſolas enim tuas mammillas cum delectatione tango.

ξβʹ. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Ἐχθὲς, συγκλείσας τὰ βλέφαρα, ὅσον ἡσυχῇ σκαρδαμύξαι, πολὺν ἡγούμην τὸν χρόνον, ἀμέλει τοῖς ὀφθαλμοῖς ὡς ἀνεκάλουν. τί δὴ αὐτῆς ἐπελάθεσθε; τί δὲ τὴν φρουρὰν ἐξελίπετε; ποῦ δ᾽ ἐστι; καὶ τί γέγονε; κᾂν τοῦτο αὐτὸ μηνύσατε. νομίσας δὲ ἀκούειν, ἀπελθὼν ἔνθα σε ὄψεσθαι ᾠόμην, καὶ τοῦτο ἐκεῖνο ἐζήτουν ὡς ἡρπαγμένης. τί οὖν μέλλω ποιεῖν, ἐὰν ἐξελάσῃς εἰς ἀγρὸν ὡς πέρυσι, καὶ πολλῶν ἡμερῶν τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς καταλίπῃς. ἡγοῦμαι ἀναγκαῖον σαφῶς ἀπολωλέναι, μηδὲν ἔχοντα ἡδὺ, μήτε ἀκούειν ἔτι, μήτε ὁρᾶν. ἐγὼ μὲν γὰρ ἕψεσθαι σοι νομίζω καὶ τὴν πόλιν ἐξιούσῃ, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐν ἄστει θεοὺς, ἑλκομένους ὑπὸ τῆς θέας. τί γὰρ ἐνταῦθα μόνοι ποιοῦσιν; εἰ δὲ κᾀκεῖνοι κατὰ χώραν μενοῦσιν, ἀλλ᾽ ἔγωγε οὐκ ἀπολειφθήσομαι, τοῦ ἔρωτος ἐφόλκιον, εἰ δὲ, καὶ σκάπτειν δέοι, λήψομαι τὴν δίκελλαν· εἴτε κλᾶν, θεραπεύσω τὰς ἀμπέλους· εἴτε ἐπάγειν λαχάνοις ὕδωρ, ὁδοποιήσω τὸν δρόμον. τίς γὰρ οὕτω τυφλὸς ποταμὸς, ὡς σὴν γῆν μὴ γεωργεῖν; ἓν ἐξόμνυμαι τῶν ἐν ἀγροῖς εἰθισμένων, ἀμέλγειν γάλα, μόνων ἡδέως τῶν σῶν μαστῶν ἅπτομαι.

LXIII. DELICIIS.

Quid mihi lanuginem, o puer, oſtendis? Non deſinis pulcer eſſe, ſed incipis. Forma enim praecox, quaſi volucre quiddam tranſit & male fidum, & ut ignis impetus extinguitur, ſtabilis autem, quae eſt, ac firma, permanet. Tempus vero non redarguit eos, qui vere ſunt venuſti, ſed pulcros eſſe oſtendit, & teſtimonium potius illis perhibet, quam invidet. Pubeſcentem autem etiam Homerus adpellat venuſtiſſimum; Poeta, adeoque non indoctus elegantiam & contemplari, & deſcribere carmine. Hanc autem numquam ſententiam tuliſſet, niſi prius ipſe amaſii tetigiſſet lanuginem pariter, & oſculatus eam eſſet. Nempe, antequam germinarent, nihil a muliebribus tuae diſcrepabant maxillae, tenerae, & pellucidae. Dum vero iam

ξγʹ ΜΕΙΡΑΚΙῼ.

Τί μοι τὰ γένεια, ὦ παῖ, δεικνύεις; οὐ παύῃ κάλλους, ἀλλ᾽ ἄρχῃ. τὸ μὲν γὰρ ὀξὺ τῆς ὥρας παρελήλυθεν, ὅσον τι πτηνὸν καὶ ἄπιστον, καὶ καθάπερ πυρὸς ὁρμὴ σβέννυται· τὸ δὲ ἑδραῖον καὶ βέβαιον μένει. χρόνος δὲ οὐκ ἐλέγχει τοὺς ἀληθῶς καλοὺς, ἀλλὰ δεικνύει· καὶ μαρτυρεῖ μᾶλλον αὐτοῖς, ἢ φθονεῖ. τὸν δὲ ὑπηνήτην καὶ Ὅμηρος λέγει (c) χαριέστατον· ποιητὴς, εἰδὼς κάλλος καὶ βλέπειν, καὶ ποιεῖν (d). οὐκ ἂν δέ ποτε τοῦτο ἀπεφαίνετο, εἰ μὴ πρῶτος αὐτὸς ἐρωμένου καὶ ἥψατο γενείων, καὶ κατεφίλησε. πρὶν μὲν γὰρ ἀνθεῖν, οὐδὲν ἀπεῖχον γυναικὸς αἱ σαὶ παρειαὶ, οὖσαι ἁπαλαὶ, καὶ διαυγεῖς. ὅτε δὲ ἤδη χνοάζεις, ἀνδρικώτερος εἶ σεαυτοῦ, καὶ τελεώτερος. ἀλλὰ τί; ἤθελες μηδὲν εὐνούχου διαφέρειν; οἷς τὰ γένεια ἄκαρπα, καὶ σκληρὰ, καὶ λι-

[a] Ὅμηρος] Iliad. Βʹ. v. 542.
[b] ἀκρόπολιν) manifeſte alludit ad arcem Athenarum, ubi Palladis templum, & arbores oleae.
(c) Ὅμηρος λέγει] Iliad. Ωʹ. v. 308.
Πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη.
(d) ποιητ. εἰδ. κάλλ. καὶ βλ. καὶ ποιεῖν) ſimile Homeri elogium inf. ep. 67. ὁ πάσας ἀκριβῶς εἰδὼς τοῦ κάλλους ὑπεροχάς.

Digitized by Google

καὶ λιθίνοις ὅμοια. αἰσχύνονται γοῦν οἱ ἀλιτήριοι ταύτῃ τῇ τομῇ μᾶλλον ἢ ἐκείνῃ, τὴν μὲν ἀπόῤῥητον νομίζοντες, τὴν δὲ σαφέστατον ἔλεγχον τῆς ὄψεως.

iam pubefcis, mafculus magis es, & perfectus. Sed quid? Voluiftine ab Eunucho differre nihil? cui generi hominum menta funt fterilia, & dura, & fimilia lapideis. Atqui pudet magis miferos illos huius fectionis, quam alterius illius, hanc quidem fecretam putantes effe, illam vero manifeftiffimum oculorum argumentum.

ξδʹ. ΓΥΝΑΙΚΙ (a).

Τίς σε, ὦ καλὴ, περιέκειρεν (b); ὡς ἀνόητος, καὶ βάρβαρος, ὁ μὴ φεισάμενος τῶν Ἀφροδίτης δώρων. οὐδὲ γὰρ γῆ κομῶσα ἡδὺ οὕτως θέαμα, ὡς γυνὴ κατάκομος, φεῦ ἀναιδοῦς παλάμης· ὄντως πάντα τὰ ἐκ πολεμίων πέπονθας. ἐγὼ δὲ οὐκ ἂν οὐδὲ αἰχμάλωτον περιέκειραν, τιμῶν τὸ κάλλος, ὡς οὐχ' ἡδέως ἀμελούμενον. ἀλλ' ἐπεὶ τετέλεσαι τὰ δεινὰ, κἂν μήνυσον τὰς κόμας ποῦ κεῖνται, ποῦ τέτμηνται, πῶς αὐτὰς, ὑποσπόνδους λάβω, πῶς φιλήσω χαμαὶ κειμένας. ὦ πτερὰ Ἔρωτος, ὦ κεφαλῆς ἀκροθίνια, ὦ κάλλους λείψανα.

LXIII. AD FEMINAM.

Quis te, pulcerrima, totondit? Quam ille amens, & barbarus, qui Veneris non parcere novit muneribus. Dulce enim adeo fpectaculum ne terra quidem praebet comans, quam bene comata femina. Heu manum temerariam! Paffa omnino es quidquid ab hofte pati poteras. Ego vero ne captivae quidem comam amputarem, pulcritudinem veneratus, quam contemnere indignum. At quum patratum fit facinus, ubi repofita fit coma, indica faltem, ubi abfciffa, quomodo fide ab hofte accepta potiri eadem, quomodo ofculari humi proiectam valeam. O amoris alas! O ex capitis fummitate decerptas manubiarum primitias! O pulcritudinis reliquias.

ξέ. Τῌ ΑΥΤῌ.

Οὐκ οἶδα τί σου μᾶλλον ἐπαινέσω. τὴν κεφαλὴν; ἀλλὰ ὦ τῶν ὀμμάτων. τοὺς ὀφθαλμοὺς; ἀλλὰ ὦ τῶν παρειῶν τὰς παρειάς; ἀλλὰ τὰ χείλη με ἐπάγεται, καὶ δεινῶς καίεται, κεκλεισμένα μὲν, δι' εὐκοσμίαν· ἀνεωχθέντα δὲ δι' εὐωδίαν (c). εἰ δὲ καὶ ἀποδύσῃ, ἀστράπτειν τὰ ἔνδον οἶμαι. Φειδία, καὶ Λύσιππε, καὶ Πολύκλειτε, ὡς ταχέως ἐπαύσασθε. οὐ γὰρ ἂν πρὸ τούτου τι ἄγαλμα ἄλλο ἐποιήσατε. εὖ μὲν ἔχεις τῆς χειρὸς ἐξόχως. εὖ δὲ τῆς τῶν στέρνων εὐρύτητος. εὖ δὲ τοῦ περὶ τὴν γαστέρα ῥυθμοῦ. τὰ δὲ ἄλλα. οὐκ οἶδα πῶς εἴπω. μάχεται τὸ κάλλος καὶ τοῦ Πριαμίδου δικαστοῦ. φεῦ γένωμαι τίς. ταῦτ' ἐπαινέσω; ἢ μὴν ἐκεῖνα ἀμείνονα ἐκείνοις δῶ τὴν κρίσιν; καὶ μὲν ἀνθέλκει με ταῦτα. ἐπίτρεψον ἅψασθαι, καὶ ἀποφαίνομαι.

LXV. EIDEM.

Quid in te maxime laudem, anceps haereo. Num caput? o oculorum vero lumina! oculosne? o genas vero! an genas? at labia me ad fe rapiunt, uruntque vehementer, claufa quidem, decori caufa, aliquantum tamen patentia, ut quae odorem fpirent gratiffimum. Vefte autem etiam pofita, intus latentia fulguris more mihi micare videntur. O Phidia, & Lyfippe, tuque Polyclete, quam intempeftive effe defiiftis! Ante illam enim haut aliam facile ftatuam fuiffetis exfculpturi. Excellentiffima manus tuae eft pulcritudo, excellentiffima pectoris amplitudo, excellentiffima ventris proportio; cetera autem, quibus defcribam, verba non habeo. Priamide ipfo iudice haec pulcritudo anceps certamen inierit. Euge (Paris) fi fim aliquis, num iftis primas partibus tribuam? at certe illae meliores: illifne palmam adiudicem? at iftae me retrahunt. Patere adtrectari; & feram fententiam.

ξϛʹ. Τῌ ΑΥΤῌ.

Ὅτε δὲ ἔκρινε τὰς θεὰς ὁ Ἀλέξανδρος, οὔπω παρῆν ἡ ἐκ Λακεδαίμονος· εἰ δ' οὖν, μόνην ἂν καλὴν ἀπεφήνατο, ἣν αὐτὸς ἐβούλετο· ὅπερ οὖν ἐκείνῳ τότε πρὸς τὴν κρίσιν ἄλλη πως ἔσχεν, ἐμοὶ νῦν ἐπανορθωθήσεται. μὴ κάμνετε, ὦ θεαὶ, μηδὲ ἐρίζετο. ἔχω γὰρ, ἰδοὺ, τὸ μῆλον. λάβε ὦ καλὴ, καὶ νικᾷς τὰς θεάς. καὶ ἀνάγνωθι τὰ γράμματα (d). τά τε ἄλλα [e]. καὶ ἐπιστολῇ τῷ μήλῳ κέχρημαι. ἐκεῖνο Ἔριδος, τοῦτο Ἔρωτος. ἐκεῖνο ἐσιώπα, τοῦτο φθέγγεται. μὴ ῥίψῃς. μὴ φάγῃς. οὐδὲ ἐν πολέμῳ πρεσβευτὴς παρα-

LXVI. EIDEM.

Quum Dearum Iudex federet Alexander, Lacedaemonia una non aderat Helena: illa fi adfuiffet, foli illi pulcritudinis laudem decreviffet, quam ipfe adamabat. Id ergo, quod in iudicio fecus ipfi fuit admiffum, ego nunc emendabo. Ponite folicitudinem, o Deae, liti finem imponite. En malum teneo. Accipe, o pulcerrima, en Deas vincis, lege pomi infcriptionem. Vtor autem praeter alia epiftola quoque mali vice. Iftud nempe Eridis erat, illa Erotis. Mutum iftud, illa vocalis eft. Abiicere no-

(a) γυναικὶ) fequentes iam octo epiftolas, neque in Morelliana, nec in Cuiaciana collectione epiftolarum Philoftrati comparentes, *Io. Meurfius* primus edidit Lugduni an. 1616. eafdem ex codicibus Vaticanis defcriptas accepimus.

(b) τίς σε ὦ καλ. περιέκ.) videtur hac epiftola imitatus effe nofter Anacreontem, qui Smerdiae Polycratis catamito: ἐπεκάλει τόλμαν καὶ ἀμαθίαν ἐκλιπαινόντα κατὰ τῶν ἑαυτοῦ τριχῶν, ut eft apud AElian. l. IX. Hiftor. var. c. 4. Eius rei Phavorinus quoque meminit apud Stobaeum ferm. CLX. ubi ex oda Anacreontis eo fpectante ifte adlegatur verfus:

Ἀπέκειρας δ' ἁπαλῆς
Κόμης ἀμώμητον ἄνθος.

adde & Athenaeum Dipnofoph. f. 540.

[c] ἀνεωχθέντα δὲ δι' εὐωδίαν) non diffimilia ifta Ariftaeneti funt l. 1. ep. 16. τῶν δὲ χειλέων αὐτῆς ὑπανοιχθέντων ἀτμὸς εὐώδης, καὶ τῶν ἔξωθεν οὐκ ἐλαττούμενος μύρων, εἰς τὴν ψυχὴν ἐπεχεῖτό τι τὴν ἐμήν.

(d) ἀνάγνωθι τὰ γρ.) nempe pomo Eridos infcriptum PVLCERRIMAE.

(e) τὰ τε ἄλλα) nempe & alia *mala*, fe amicae dare ait, notum autem quid fint *mala* in re venerea.

Digitized by Google

re noli, noli devorare. Ne bellico quidem tempore fas est violare legatum. Quid vero est, quod epistolae commendavi? ipsa dicet: AMO TE EVIPPA. His lectis subscribe. Quam hasce enim, quae a te scribantur, litteras quoque hoc malum expectat!

παρανομεῖται. τί οὖν ἐπέσταλκα, αὐτὸ ἐρεῖ (a). Εὐίππη φιλῶ σε. ὑπόγραψον ἀναγνοῦσα καὶ ὡς δέχεται τὸ μῆλον ταῦτα τὰ γράμματα.

LXVII. EIDEM.

Calceos gestare noli, nec pedes falsis dolosisque involve pellibus, quarum pulcritudo colore fallit, quem imbibit. Candidam enim, si gestaveris (pellem) confundens cum pedum tuorum candore, simile enim in simili discernere haut licet; si nigram vero, atro colore tristem eius adspectum reddes; si puniceam porro, sanguinis, isthac aliqua parte profluentis, terreberis specie. Vtinam vero cetera tua omnia paterent oculis, pulcrior enim longe esses futura, tota intuentium foribus admissa. Verum parce, si ita videtur, reliquis partibus tuis, ipsisque integumentum, & necessaria velamenta ne invide. Pedibus vero nudis esse permitto, ut collo, ut genis, ut comae, ut oculorum volubilibus orbibus. Vbi enim naturae commissus est error, ibi callidis opus inventis est, ut quod in vitio est ars tegat. Vbi vero ad commendationem suam ipsa sufficit pulcritudo, ibi nihil opus est pharmacis. Tibi ipsi diffidere noli, tuisque confidito pedibus. His ignis parcet, his mare. Fluvium si traiicere volueris, stabit, si petras transire adsperas, prata calcare tibi videberis. Sic & Thetin argenteis pedibus conspicuam adpellavit, qui adcurate quidquid in pulcritudine eximium est noverat, (Poeta.) Talem Venerem quoque pictores pingunt, ex mari prodeuntem, & Leucippidas. Paratos habeto pedes eos osculari parantibus, & ne auro quidem eos constringe. Odi vincula, quorum pretium supplicio est. Num interest enim quidquam auro aliquem ferrove ligari? nisi hac quidem parte huic illud sit praeferendum, quod cum voluptate aliqua noceat. Noli, pulcerrima, aegre facere pedibus, noli eos occultare, in quibus nihil est, quod occultari mereatur. Verum molliter incede, tuique relinque vestigia, ut quae terrae quoque sis gratiam factura.

ΞΖʹ ΤΗι ΑΥΤΗι.

Μὴ ὑποδήσῃ ποτέ. μηδὲ κρύψῃς τὰ σφυρὰ ἐψευσμένοις καὶ δολεροῖς δέρμασιν, ὧν ἀπατηλὸν τὸ κάλλος ἐν τῇ βαφῇ. εἰ μέν γε λευκὸν φοροίης, συγχεῖς τὴν τῶν ποδῶν λευκότητα. τὸ γὰρ ὅμοιον ἐν τῷ ὁμοίῳ οὐ φαίνεται· εἰ δὲ ὑακίνθινον, τῷ μέλανι λυπεῖς· εἰ δὲ φοινικοβαφὲς, φοβεῖς ὡς ῥέοντος ἐκεῖθεν ποθὲν αἵματος· εἴτε σου καὶ τἄλλα πάντα ἐφαίνετο, καὶ πολὺ κρείττων ἂν ἦς ἐμπίπλουσα ὅλη ταῖς τῶν ὁρώντων θύραις (b). ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων μερῶν ποιοῦ τινὰ, εἰ θέλεις, φειδῶ, καὶ μὴ τῆς σκέπης αὐτοῖς φθόνει, μήτε περιβλημάτων τῶν ἀναγκαίων. τοὺς δὲ πόδας κατάλειπε γυμνοὺς, ὡς δέρην, ὡς παρειάς, ὡς κόμας, ὡς ἐῤῥιμμένα ὄμματα. ὅπου μὲν γάρ τι ἡμαρτήθη τῇ φύσει, σοφισμάτων δεῖ πρὸς τὴν βλάβην, ἵνα κρύψῃ τὸ ἐλλιπὲς ἡ τέχνη (c). ὅπου δὲ ἀρκεῖ τὸ κάλλος εἰς ἐπίδειξιν οἰκείαν, περιττὰ τὰ φάρμακα. θάρσευσον σεαυτῇ καὶ πίστευσον (d) τοῖς ποσί. τούτων φείσεται καὶ πῦρ. τούτων καὶ θάλασσα. κἂν ποταμὸν θέλῃς περάσαι, στήσεται· κἂν κρημνοὺς ὑπερβῆναι, λειμῶνας δόξεις πατεῖν. οὕτως καὶ τὴν Θέτιν ἀργυρόπεζαν εἶπεν [e] ὁ πάσας ἀκριβῶς εἰδὼς τοῦ κάλλους ὑπεροχάς (f). οὕτως καὶ τὴν Ἀφροδίτην γράφουσιν οἱ ζωγράφοι, τὴν ἀναδῦσαν ἐκ τῆς θαλάττης. οὕτω καὶ τὰς Λευκιππίδας. ἑτοίμους ἔχε τοὺς πόδας τοῖς βουλομένοις φιλεῖν. καὶ μηδὲ χρυσῷ δέου. μισῶ τὰς πέδας, ὧν ἡ πολυτέλεια τιμωρία. διαφέρει δὲ ἢ χρυσῷ τινα ἢ σιδήρῳ δεδέσθαι; πλὴν εἰ μὴ τούτου ἐκεῖνο καὶ κάλλιον, ὅτι μετ᾽ εὐφροσύνης ἀνιᾷ. μὴ βασάνιζε. ὦ καλὴ, τὼ πόδε, μηδὲ κρύπτε, οὐδὲν ἔχοντας τοῦ λαθεῖν ἄξιον. ἀλλὰ βάδιζε μαλακῶς, καὶ κατάλειπε σεαυτῆς ἴχνος, ὡς μέλλουσά τι καὶ τῇ γῇ χαρίζεσθαι.

LVIII. AD FEMINAM ET MERETRICEM.

Quod turpe aliis videtur, & reprehensione dignum, impudentem te esse, atque audaculam, promtulamque, id maxime ego in te amo. Equos enim etiam maximi facimus sui conscientia confidentiores, & leones altos spiritus habentes, & alites, quae capite non sint demisso. Nec tu igitur etiam, quod iure aliquis miretur, facis, quum, mulier quae sis, forma multas alias excellens, supercilium attollis, & gressu sublimi incedis. Si quae est pulcritudinis etiam arx, multum certe regum arces superat, vos enim amamus, illos vero metui-

ΞΗʹ. ΓΥΝΑΙΚΙ ΚΑΙ ΠΟΡΝΗι.

Ὅ τοῖς ἄλλοις ἐπίῤῥητον δοκεῖ, καὶ μέμψεως ἄξιον, ὅτι ἀναίσχυντος εἶ, καὶ θρασεῖα καὶ εὔκολος, τοῦτο μάλιστα ἐγώ σου φιλῶ. καὶ γὰρ τῶν ἵππων θαυμάζομεν τοὺς αὐτῶν συνιέντας, καὶ λεόντων τοὺς φρονήματι χρωμένους, καὶ ὀρνίθων τοὺς μὴ νεύοντας κάτω. οὐδὲν οὖν οὐδὲ σὺ καινὸν ποιεῖς, εἰ, γυνὴ οὖσα, πολλῶν ὥρᾳ κρατοῦσα, ὑψηλόν τε ὁρᾷς, καὶ μετέωρος βαδίζεις. εἴπερ τίς ἐστι καὶ κάλλους ἀκρόπολις, πολὺ κρείττων τῶν βασιλέων, εἴγε ὑμᾶς μὲν φιλοῦμεν. ἐκείνους δὲ φοβούμεθα. μισθώματα λαμβάνεις. καὶ γὰρ ἡ Δανάη χρυσὸν καὶ στεφάνους δέχεται· τοῦτο

(a) αὐτὸ ἐρεῖ) lacunae post haec indicium fecerat *Meursius*, sed nihil deesse ego existimo.

(b) θύραις) sic oculos eum adpellare manifestum est.

(c) ἵνα κρύψῃ τὸ ἐλλιπ. ἡ τέχνη) similia supra habes ep. 40.

(d) θάρσευσον σ. καὶ πιστ.) his quoque gemina supra epistola eadem occurrunt.

(e) ἀργυρόπεζαν εἶπεν) Homerum respicit, qui ita Thetin vocat Iliad. Πʹ. v. 574.

(f) ὁ πάσας ἀκρ. εἰδ. τ. κάλλ. ὑπεροχ.) simile Homeri elogium habes s. ep. 63. ποιητὴς εἰδὼς κάλλος καὶ βλέπειν καὶ ποιεῖν.

Digitized by Google

τοῦτο μὲν ϗ ἡ Ἄρτεμις (a), ἡ παρθένως. καὶ γεωργοῖς παρέχεις ἑαυτήν· ἡ δὲ Ἑλένη ϗ ποιμέσιν. ἢ καὶ κιθαρῳδοῖς χαρίζῃ· ὐ μέκλεις, πρὸς τὸν Ἀπόλλω (b) βλέπυσα; σὺ δὲ μηδ' αὐλητῶν ἀπόσχυ, ϗ γὰρ Μυσῶν ἡ τέχνη· μηδὲ δύλων, ἵνα κἂν διά σε δοκῶσιν ἐλεύθεροι· μηδὲ τῶν ἀμφὶ κυνηγεσίαν ϗ θήρας ἐχόντων αἰσχύνεσθαι τὴν Ἀφροδίτην, ὦ καλή· μηδὲ ναυτῶν, ἐπαδὴ ταχέως μὲν ἀπιᾶσιν· ἀλλ' ὁ Ἰάσων ὐκ ἄτιμος, ὁ πρῶτος κατατολμήσας θαλάττης. ἀλλὰ μηδὲ τῶν μισθῦ στρατευομένων. ἀπόδυε δὲ (c) τύτυς τὺς ὑπερηφάνυς. πένησι μὲν γὰρ μηδὲ ἀντέπῃς ποτὲ, ἀκύυσιν αὐτῶν οἱ θεοί. τὸν μὲν γέροντα τίμησον, διὰ τὴν σεμνότητα· τὸν δὲ νέον δίδαξον, ὡς ἄρτι ἀρχόμενον· τὸν ξένον, ἂν σπεύδῃ, κατάσχε. ταῦτα καὶ Τιμαγόρα, καὶ Λαΐς, ϗ Ἀρισταγόρα (d), ϗ τὸ Μενάνδρυ Γλυκέριον (e), ὧν κατ' ἴχνη ϗ σὺ βαίνεις. εἰδυῖα, χρῆσθαι παρεῖχες, ϗ τὴν σὴν σοφίαν ἐπὶ καιροῦ τῶν ἔργων ἔχυσα. ὔτε γὰρ πῦρ θερμὸν ὕτως ὡς συ ἆσθμα, οὔτε αὐλὸς ἡδὺ ἄκυσμα οὕτως ὡς τὰ σὰ ῥήματα.

metuimus. Mercedem accipis: nempe Danae etiam aurum accepit, atque corollas, hasque Diana etiam virginitate inclita (accipit.) Ruricolis quoque tui copiam facis, fecit & Helena pastoribus. Citharoedis etiam obsequeris, nonne obsequereris, Apollinem respiciens? Imo vero neque tibicinibus nuncium mittas velim, Musarum enim illa ars est, neque servis, ut vel tuo beneficio liberi esse videantur; neque venatorem te, o pulcerrima, consuetudinis pudeat, neque nautarum, eo quod mox abeant, nec Iason enim despectus fuit amanti, qui primus maris fecit periculum: neque militum stipendia merentium. Superbos vero illos refugito. Pauperibus enim ne quidem verbis esto adversa, eos enim Dii audiunt. Senem cole ob aetatem venerabilem: iuvenem doce, tamquam novitium: Hospiti, si festinaverit, remoram pone. Sic Timagora fecit, sic Lais & Aristagora, Menandrique Glycerium, quarum vestigiis tu quoque incedis. Scientia valens, te usu etiam valere ostendisti, sapientiam tuam rerum quoque opportunitati habens accommodatam. Nec ignis enim fervet perinde, ut tui anhelitus, neque tibia ita grata auri est, ut tua oratio.

ΞΘ'. ΜΕΙΡΑΚΙΩι ΠΟΡΝΩι.

Πωλεῖς σεαυτὸν, ϗ γὰρ οἱ μισθοφόροι· καὶ παντὸς εἶ τοῦ διδόντος, ϗ γὰρ οἱ κυβερνῆται. οὕτω συ πινόμεθα ὡς τῶν ποταμῶν, οὕτως ἁπτόμεθα ὡς τῶν ῥόδων. ἐκείνοις μὲν ἀρέσκεις, ὅτι ϗ γυμνὸς ἕστηκας, ϗ δίδως εἰς κρίσιν σεαυτὸν, ὃ μόνον κάλλυς ἴδιον ἐστιν παῤῥησίαν εὐτυχοῦντος. μὴ δὴ αἰδῦ τῷ εὐκόλῳ, ἀλλὰ σεμμνύνου τῷ ἑτοίμῳ. καὶ γὰρ ὕδωρ πᾶσι πρόκειται, ϗ πῦρ ὐχ' ἑνὸς, ϗ ἄστρα πάντων, ϗ ὁ ἥλιος δημόσιος. θεός. τὸ μὲν οἴκημά συ κάλλους ἀκρόπολις (f), οἱ δὲ εἰσιόντες ἱερεῖς, οἱ δὲ στεφανύμενοι (g) θεοί, τὸ ἀργύριον φόροι τῶν ὑπακυόντων. ἡδέως βασίλευε ϗ λάμβανε καὶ ἔτι προσκυνῦ.

LXIX. AD PVERVM QVAESTVM CORPORE FACIENTEM.

Vendis teipsum, id nempe & mercenarii faciunt: omnique te praebes mercedem solventi, id enim navium quoque usitatum gubernatoribus. Nempe ut fluviis, ita te quoque fruimur; perinde ac rosas te adtrectamus. Places illis quidem, quoniam nudus etiam prostas: iudicioque te submittis, quod formis competit tantum quibus fiduciam sui fortuna largita fuerit. Ne igitur tuae te pudeat facilitatis, sed tua potius promtitudine gloriare. Nempe & aqua omnibus patet, & ignis unius non est, omnibusque astra inserviunt, Deusque sol est communis. Domus quidem tua pulcritudinis arx est, qui ingrediuntur sacerdotes sunt, Dei qui coronantur, argentum vero vectigalia obnoxiorum. Suaviter imperes precor, accipiasque, & adhaec adoreris.

Ο'. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Μηδὲ γράφειν φυγάδα ἀνέξῃ; μηδ' ἐπίνευε φιλῦσιν ὐκοῦν οὐδὲ ἀναπνεῖν, ὐδὲ κάλειν, ὐδὲ ἄλλα ὅσα ἡ φύσις. μή με διώξῃς τῶν θυρῶν, ὡς τῆς πατρίδος ἡ τύχη· μηδὲ ὀνειδίσῃς πρᾶγμα· αὐτόματον (h) λόγῳ τῆς δυνάμεως. ἔφευγε ϗ Ἀριστείδης, ἀλλ' ἐπανήρχετο, καὶ Ξενοφῶν, ἀλλ' οὐ δικαίως· ἔφευγε ϗ Θεμιστοκλῆς, ἀλλ' ἐτιμᾶτο καὶ παρὰ βαρβάροις, ϗ Ἀλκιβιάδης, ἀλλὰ παρετείχιζε ϗ τὰς Ἀθήνας, ϗ Δημοσθένης, ἀλλ' ὁ φθόνος αἴτιος. φεύγει καὶ θάλαττα ὅταν ὑφ' ἡλίῳ ἐλαύνεται [i], καὶ ἥλιος ὅταν

LXX. AD FEMINAM.

Feresne exsulis ne litteras quidem? Nec amantibus itaque sive gemitum, sive lacrimas, sive alia, quae natura postulat, permittito. Noli quaeso me a limine tuo arcere, ut patria arcuit fortuna, neque exprobres rem forte fortuna accidentem, autoritatis superioris decreto. Exul Aristides etiam fuit, patriae tamen idem fuit restitutus; Xenophon item, sed nullo suo merito. Themistocles quoque in exsilio fuit, ipsis tamen Barbaris venerabilis, ut & Alcibiades, sed ille tamen Athenas quasi muro securas

(a) τῦτο μὲν ϗ ἡ Ἄρτεμις) Dianam coronas accipere ait, respiciens, nisi fallor, ad cultum Dianae Ephesiae. Nam ut Etymologus testatur v. Ἔφεσος. Ephebii στεφάνυς διὰ θαλλῶν ἱκεσίας ποιῦσιν. Sed & aliis Diis coronae oblatae. Vid. ep. seq. num 2.

(b) Ἀπόλλω) qui citharoedus nempe fuit.

(c) ἀπόδυε δὲ) sic rescripsi pro ἀπόδυε καὶ, quod *Meursius* ediderat.

(d) Τιμαγόρα ϗ Λαΐς ϗ Ἀρισταγ.) de Timagora non memini me alibi legisse; de Laide, & Aristagora vid. ep. XI.

(e) Γλυκέριον) huius nomen Menandri quoque imitator Terentius notissimum Romanis fecit.

(f) κάλλυς ἀκρόπ.) adludit ad Minervae templum in arce Athenarum.

(g) στεφανύμενοι) coronae autem inter amatoria dona; vide epistola praeced. quorum nihil esse ait cur pudeat catamitum, quum Dii quoque coronas sibi offerri patiantur.

(h) αὐτόματον) lacunam, quae hic est supplerem voce γινόμενον, in cod. Vatic. 96. post αὐτόματον ita legebatur: ὐ τὸ λαμπρὸν ἀλόγῳ τῆς δυνάμεως, sed ex illis, qui sensum eruat Oedipo opus est.

(i) ὅταν ὑφ' ἡλίῳ ἐλαύνεται) nempe Aristotelis, & Heracliti noster sequitur sententiam, qui a sole *aestum maris* effici dicunt accessu suo spiritus movente, ut intumescat mare, & ad litto-

ras praeſtitit, nec minus etiam Demoſthenes, cauſa vero invidia exſtitit. Ipſum etiam mare fugitivum eſt, quando a ſole impellitur, ipſeque ſol, ubi nox invaluerit. Autumnus hieme ſuperveniente cedit, & hiems abit vere eam inſequenter: utque paucis abſolvam, temporis poſterioris acceſſus prioris temporis exilium eſt. Hoſpitium Athenienſes quoque Cereri praebuere exuli, & Baccho ſedes mutanti, & Heraclitis vagabundis, quo tempore Miſericordiae quoque exſtruxerunt altare, tamquam tertio & decimo numini, cui non vino libaverunt, & lacte, ſed lacrimis, & adverſus ſupplices reverentia. Iſtam tu quoque aram ſtatue, hominiſque miſerere miſeri, ne bis exul evadam & patriae exors, & tuo excidens amore. Tu enim ſi miſertus fueris, exſul amplius non ero.

ὅταν ἡ νύξ καταλαμβάνῃ. φεύγει ϗ μετόπωρον χειμῶνος προσελθόντος, ϗ χειμὼν ἄπεισιν ἔαρος διώκοντος· ϗ συνελόντι εἰπεῖν, αἱ τῶν νεοτέρων (a) καιρῶν ἐπιδημίαι τῶν προτέρων εἰσὶ καιρῶν φυγαί. ἐδέξαντο ϗ Ἀθηναῖοι Δημήτραν φεύγουσαν, ϗ Διόνυσον μετοικοῦντα, ϗ τοὺς Ἡρακλέους παῖδας ἀλωμένους, ὅταν ϗ τὸν Ἐλέου ἐστήσαντο βωμὸν (b), ὡς τρισκαιδεκάτου θεοῦ (c), οὐκ οἴνου σπένδοντες αὐτῷ ϗ γάλακτος, ἀλλὰ δακρύων, ϗ τῆς πρὸς τοὺς ἱκετεύοντας αἰδοῦς. ἀνάστησον καὶ σὺ τὸν βωμόν, ϗ κακῶς πράττοντα ἄνθρωπον ἐλέησον, μὴ δὶς γένωμαι φυγὰς, καὶ τῆς πατρίδος στερηθεὶς, καὶ τοῦ πρὸς σε ἔρωτος σφαλείς. ἂν γὰρ ἐλεήσῃς κατελήλυθα.

LXXI. AD DELICIAS SVAS.

Caſtitatem, qua te effers, quid dicam neſcio: an ferociam naturae legibus adverſantem? an Philoſophiam ruſticitate munitam? an timiditatem adverſus voluptates gloriantem? an eorum, quae vitam hanc oblectantur, magnanimum contemtum? Quidquid autem ſit videaturque Philoſophis, ſpecie & opinione pulcrum hoc eſt, reipſa inhumanum. Quid enim egregium habet, antequam ex vita diſcedas, mori, caſtitatis laude coronari, antequam flos aetatis concidat, antequam putreſcere incipias pollingi, amicoſque, quos tibi compares, circumſpicere, antequam amicorum circa te ſolitudo exiſtat? Nempe pulcrum eſt nocte antevertere noctem illam, antequam ſitias bibere, edere antequam fames te urgeat. Quam igitur diem tuam eſſe exiſtimas? An heſternam? at ea periit. An hodiernam? at ea tua non eſt. An futuram? neſcio an ea tibi ſit adventura. Nam & tu, & illa in votis ſunt.

Οά. ΜΕΙΡΑΚΙΩι.

Τὴν σωφροσύνην, ἐφ' ᾗ μέγα δὴ φρονεῖς, οὐκ οἶδά τι εἴπω. πότερον ἀγριότητα ἀντίπαλον τῶν φύσεως ἐπιταγμάτων; ἢ φιλοσοφίαν ἀγροικίᾳ πεπυργωγένην: ἢ αὐθάδη πρὸς ἡδονὰς δειλίαν; ἢ σεμνὴν ὀλιγορίαν τῶν τοῦ βίου τερπνῶν; ὅ, τι δ' ἂν ᾖ καὶ δοκῇ σοφισταῖς, δόξῃ μέν ἐστι καλόν, ἔργῳ δὲ ἀπανθρωπότερον. τί γὰρ δὴ μέγα, πρὶν ἀπελθεῖν τοῦ βίου νεκρὸν εἶναι, σώφρονα στεφανῶσαι, πρὶν ὅλως ἀπανθεῖν, ϗ χρίσαι μύρῳ πρὶν σαπῆναι, καὶ κτῆσαι φίλους, πρὶν ἔρημον γενέσθαι; καλὸν νυκτὶ προλαβεῖν τὴν νύκτα ἐκείνην (d), πρὶν διψῆν πιεῖν. καὶ πρὶν πεινῆν φαγεῖν. ποίαν δοκεῖς ἡμέραν σεαυτῆς; τὴν χθές; τέθνηκε. τὴν τήμερον; οὐκ ἐστί (e). τὴν ἐπιοῦσαν; οὐκ οἶδα εἰ παρέσται σοι. ϗ σὺ, κακεῖνα, τῆς εὐχῆς (f).

LXXII. AD FEMINAM.

Praeſtat nubem abigere ſuperciliis, ne quid triſte tuam obſideat pulcritudinem. Nempe horarum quoque iucundiſſimae illae, quae remiſſae ſunt magis, atque riſui indulgent; ſimiliterque, & pulcritudo voluptatem quaſi e ſpeculo oſtendit, e ſervata frontis ſerena tranquillitate. Quam ſi obſcuraveris minus, nobiliſſimum eſſe videberis ſidus, ipſa die conſpicuum.

ΟϚ΄. ΓΥΝΑΙΚΙ (g).

Τὴν νεφέλην τῶν ὀφρύων ἀφαιρεῖν ἄμεινον, ὡς μηδὲν κατηφὲς εἴη σοι περὶ τὴν ὥραν αὐτῶν τε γὰρ τῶν ὡρῶν ἡδίους αἱ ἀνειμέναι, καὶ γελῶσαι (h), καὶ τὸ κάλλος ἡδονὴν ὥσπερ ἐκ κατόπτρου ἐμφαίνει, ἐκ τῆς (i) περὶ τῷ προσώπῳ γαλήνης· ἣν, εἰ μὴ θολώσεις, ἄστρον ὑπέρτατον ἐν ἀμέρᾳ βλεπόμενον (k) δόξεις. οἱ δὲ ἐκ Πινδάρου ταῦτα, κἀκεῖνό που κατὰ Πίνδαρον (l), τὸ τὴν

littora accedat, retrocedendo vero, ut mare recedat a terra rurſum in cauſa ſit. Vide Plutarchum de placit. Philoſoph. lib. III. cap. 16. Ceterum a *Meurſio* editum ἰλαύνῃ, ἐλαύνεται ex Vaticanis revocavi.

(a) νεοτέρων) equidem πρεσβυτέρων ediderat *Meurſius*, ſed manifeſte ſenſus vocem, quam nos edidimus, poſtulat.

(b) Ἐλέου ἐστήσ. βωμὸν) vide notata ad Sophiſtar. vitas lib. II. in Polluce, adde paulo ante ep. 59.

(c) τρισκαιδεκάτου θεοῦ) nempe ut Herodotus Euterpe: δώδεκα θεῶν ἐπωνυμίας ἔλεγον πρώτους Αἰγυπτίους νομίσαι καὶ Ἕλληνας παρὰ σφίων ἀναλαβεῖν. Quem duodenarium numerum a Graecis acceptum, Romanos quoque coluiſſe notum eſt. His XII. ergo Diis Decimumtertium accedere Athenae, conſecrato, τῷ Ἐλέῳ altari, voluere.

(d) τὴν νύκτα ἐκείνην) noctem intelligit, de qua Catullus:

Nobis quum brevis occidit lux
Nox eſt perpetua una dormienda.

quam *nocte* anteverti vult, qualem *accipere* amantes geſtiebant.

(e) οὐκ ἔστι) nempe non eſſe diem ait, qua non fruatur, cum nulla ipſi ſine hac voluptate vita eſſe videatur.

(f) καὶ σὺ κἀκεῖνα τῆς εὐχῆς) ſenſus eſt; futura dies res voti tantum eſt, quod an implendum ſit neſciamus, perinde ut neſciunt amantes an voluptate, quam optant, ſint potituri.

(g) γυναικὶ) hanc epiſtolam ex cod. Vaticano LXXXVII. CXXVII. & CXL. heic primi edimus. Sequentem vero ex cod. LXXXVII. & CXXVII. tum ultimam ex cod. LXXXVII. & CXL.

(h) τῶν ὡρῶν ἡδίους αἱ ἀνειμέναι καὶ γελῶσαι) quales *ver*, cui *riſus* tribui ſolet, iuxta illud Poetae tritiſſimum:

Omnia nunc rident, nunc formoſiſſimus annus.

conf. & ep. 73. ubi in feminae iam adultae facie pulcritudo οἷόν τι ἔαρ ἐμμειδιῶν dicitur, & *autumnus*, cui τὸ ἀνειμένον, merito tribuas, ut quo iam remittant ſolares *aeſtus*, quibus fervet aeſtas. Illas vero anni tempeſtates *gratiſſimas* eſſe quis neget?

(i) ἐκ τῆς) ita ex coniectura reſcripſi; nam MS. habebant τὰ τῆς.

(k) ἄστρον ὑπέρτατον ἐν ἀμέρᾳ βλεπόμενον) Pindarica haec eſſe, ipſe in ſequentibus Philoſtratus indicat. Reſpici autem putem ad Olymp. Α΄. v. 7. ſeq.

Μηκέθ' ἁλίου σκόπει
Ἄλλο θαλπνότερον
Ἐν ἀμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον
Ἐρήμας δι' αἰθέρος.

Sequentibus vero, quae etiam tamquam κατὰ Πίνδαρον dicta profert, nihil ſimile apud Pindarum occurrere memini. Forte id non vult Philoſtratus Pindari ea eſſe, ſed κατὰ Πίνδαρον ſublimitatis Pindaricae imitatione eſſe prolata.

(l) κἀκεῖνό που κατὰ Πίνδαρον) vide notae praed. fin.

Digitized by Google

τὸ τὴν ἀκτῖνα, τὴν ἀπὸ σοῦ πηδῶσαν, εἶναι τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν μέτρα.

cuum. Quae si Pindarica sunt; hoc quoque ex Pindari sententiis est, quod radius a te procedens oculorum meorum sit regula.

ογ'. ΓΥΝΑΙΚΙ.

Ἡ Σαφὼ τοῦ ῥόδου ἐρᾷ (a), καὶ στεφανοῖ αὐτὸ ἀεί τινι ἐγκωμίῳ, τὰς καλὰς τῶν παρθένων ἐκείνῳ ὁμοιοῦσα. ὁμοιοῖ δὲ αὐτὸ καὶ ταῖς τῶν Χαρίτων πήχεσιν (b), ἐπειδὰν ἀποδύσῃ σφῶν τὰς ὠλένας. ἐκεῖνο μὲν οὖν εἰ κάλλιστον ἀνθέων, βραχὺ τὴν ὥραν (c), παρέπεται γὰρ τοῖς ἄνθεσι (d), συνεάσαν τῷ ἦρι. τὸ δὲ σὸν εἶδος (e) ἀεὶ τέθηλεν, ὅθεν ὀφθαλμοῖς ἐμμειδιᾷ (f) καὶ παρειαῖς, οἷόν τι ἔαρ, τὸ μετόπωρον τοῦ κάλλους (g).

LXXIII. AD FEMINAM.

Rosam Sappho amat, semperque aliqua eam laude ornare solet, pulcerrimas virginum cum ea contendens. Sed & gratiarum eam comparat cubitis, brachia sua nudantium. Ea vero si florum pulcerrimus est, brevis tamen est aetatis; reliquorum enim florum sequitur exemplum, verno tempore iuvenescens. At semper tua quidem forma floret, indeque in oculis tuis genisque ridet, veris cuiusdam ad instar, ipse etiam pulcritudinis autumnus.

οδ'. ΑΝΕΠΙΓΡΑΦΟΣ.

Οὐ τὸ ἐρᾷν νόσος, ἀλλὰ τὸ μὴ ἐρᾷν. εἰ γὰρ ἀπὸ τοῦ ὁρᾷν τὸ ἐρᾷν τυφλοὶ οἱ μὴ ἐρῶντες.

LXXIV. INSCRIPTIONE CARENS.

Non est in vitio amare, si enim ἐρᾷν (quod *amare* est Graecis,) est ab ὁρᾷν (quod *videre* notat iisdem;) coeci erunt, qui non amant.

(a) ἡ Σάπφω τοῦ ῥόδου ἐρᾷ) imo magni hunc florem faciunt Poeтae omnes, unde rosam μέλημα μύθοις, dicit Anacreon od. 53. hoc est *poeticis fictionibus curae esse*. Eius rei argumento est affatim ipsius Anacreontis ode v. & LIII. Sappho quod attinet, ab ea habemus fragmentum insigne, qua rosae laudes celebrat apud Achillem Tatium.

(b) ταῖς τῶν Χαριτ. πήχεσιν) versus Sapphus eo spectans ex Theocriti Scholiasta, inter reliqua huius poetriae fragmenta publicatus est a Fulvio Ursino:

Ῥοδοπήχεες ἁγναὶ Χάριτες δεῦτε Διὸς κόραι.

(c) εἰ κάλλιστον ἀνθέων βραχὺ τὴν ὥραν) sic Horat. od. 3. lib. II. eadem iunxit:

Et nimium breves
Flores amoenae ferre iube rosae.

(d) ἄνθεσι) ita ex coniectura rescripsi pro ἀνθρώποις, quod codices nostri habebant, ortum haut dubie ex diffugiente lectione codicum antiquiorum, ex quibus nostri descripti fuerant.

(e) εἶδος) hanc quoque lectionem restituimus, ineptum enim esse ἦθος, quod MSS. habebant, res ipsa loquitur.

(f) ἐμμειδιᾷ) vide ad epist. 72.

(g) τὸ μετόπωρον τοῦ κάλλους) scribit ad feminam aetate paulo magis adultam, cui flos aetatulae iam periisset. Ei itaque *autumnum pulcritudinis* tribuit, h. e. pulcritudinem, quae in adulta aetate eniteret, & cuius is tamen adhuc sit decos, ut nihil cedat *vernanti pulcritudini* puellarum, primo aetatis flore conspicuarum. Hocque est quod ait *autumnum pulcritudinis* feminae ad quam scribit, *perinde ac ver, in oculis eius, & genis ridere*, conf. ad epist. 72. Videtur autem Philostratus ex Euripidis apophtegmate apud Plutarch. in Apopht. & in Alcibiade haec expressisse. Is enim Agathonis iuventam, in virilem aetatem iam inclinantem μετόπωρον vocabat, cui cum barba iam pullularet, integro interea formae nitore osculum pangens Euripides: οὐ πάντων τῶν καλῶν, inquit, καὶ τὸ μετόπωρον καλόν, *non omnium formosorum, pulcrum etiam autumnum exsistere.*

ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ

Εἰς εἰκόνα Τηλέφου τετρωμένου Ἐπίγραμμα.

Οὗτος ὁ Τευθρανίας (a) πρόμος ἄσχετος, οὗτος ὁ τὸ πρίν,
Τήλεφος αἱμάξας φρικτὸν Ἄρη Δαναῶν,
Μυσὸν ὅτε πλήθοντα φόνῳ ἐκέρασε Κάϊκον (b),
Οὗτος ὁ Πηλιακοῦ δούρατος ἀντίπαλος (c).
Νῦν, ὀλοὸν μηρῷ κεύθων βάρος (d), οἷα λιπόπνους
Τήκεται, ἐμψύχῳ σαρκὶ συνελκόμενος.
Οὐ καὶ τειρομένοιο περιπτώσαντες Ἀχαιοί,
Φύρδην Τευθρανίας νεῦνται ἀπ' ἠιόνος.

PHILOSTRATI

In imaginem Telephi Saucii Epigramm.

Teuthraniae invictus dux iste est, Telephus, olim
Qui Danaum Marti vulnera multa dedit;
Mysorum multo miscensque cruore Caicum,
Se hastae, Pelides, obiiciensque tuae.
Iam plagam condit femore, exanimisque fatiscit,
Atque animata caro, quo trahit, ecce ruit.
At metuunt ipsum Danai, vel vulnere fessum,
Turbati & fugiunt littora Teuthraniae.

ΕΚ ΤΟΥ ΣΟΥΙΔΑ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ.

Σοφοὶ μὲν ἡμεῖς ἀλλ' οὐ πάντα σοφισταί.

EX SUIDA PHILOSTRATI SENTENTIA.

Sapientes nos quidem, non Sophistae sumus.

ΕΚ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐλπίδα πικρὰν ὑποτείνει τοῦ μέλλοντος.

EX EODEM.

Acerbam futuri spem ostendit.

(a) Τευθρανίας πρόμος) Plinius, supra Aeolida, & partem Troadis in mediterraneo est, quae vocatur Teuthrania, quam Mysi antiquitus tenuere, apud quos Telephum regnasse novimus. Id quo casu evenerit Strabo libro decimotertio, Dares Phrygius, & Ulysses Alcidamantis contra Palamedem enarrant Pausanias, χρόνῳ δὴ ὕστερον οἱ Πέργαμον ἔχοντες, πάλαι δὲ Τευθρανίαν καλουμένην Pindari glossulae ad Olymp. Θ'. v. 108. (ubi Τεύθραντος πεδίον dicitur Mysia, eaque ipsa Telephi pugna describitur, de qua in epigr.) Τεύθραντος δὲ πεδίον τὴν Μυσίαν λέγει, ὁ γὰρ Τεύθρας ἐβασίλευσε τῆς Μυσίας. Brodaeus.

(b) Κάϊκον) flumen Caicum, ex Mysia veniens, cuius ad ripas Cygnum & Telephum cum exercitu contra Graecos pugnasse Tersandrumque Polynicis filium occubuisse ferunt, quod etiam Q. Calaber libro tertio gustavit. Id. Meminit eius fluvii quoque Pindarus Isthm. v. 53. & 54. ubi idem bellum Mysorum, duce Telepho, contra Danaos describit.

(c) Πηλιακοῦ δούρατος ἀντίπαλος) nempe cum Achille & Patroclo inprimis pugnandum fuisse Telepho vetus Grammaticus ad Pindari ll. cc. atque alii docent.

(d) νῦν ὀλοὸν μηρῷ κεύθων βάρος) vulnus ipsi inflictum hasta Achillis, eadem hasta quoque sanandum, notissimum apud mythographos, quod in proverbium quoque abiit. V. Erasm. Adag. Τηλέφεια τραύματα.

F I N I S.

INSCRIPTIO
VETVS GRAECA
NVPER AD VRBEM IN VIA APPIA EFFOSSA

DEDICATIONEM FVNDI CONTINENS

AB HERODE
FACTAM.

Digitized by Google

HERODIS ATTICI
INSCRIPTIO.[a]

ΠΟΤΝΙΑΘΗΝΑΩΝ (b) ΕΠΙΕΙΡΑΝΕ (c) ΤΡΙΤΟΓΕΝΕΙΑ
ΗΤΕΠΙ ΕΡΓΑ ΒΡΟΤΩΝ :: ΛΑΙΣ (d) ΡΑΜΝΟΤΣΙΑΣ ΟΤΠΙ (e)
ΓΕΙΤΟΝΕΣ ΑΓΧΙΤΤΡΟΙ (f) ΡΩΜΗΣ ΕΚΑΤΟΝΤΟΠΤΛΟΙΟ (g)
ΠΕΙΟΝΑ ΔΗ ΚΑΙ ΤΟΝΔΕ ΘΕΑ ΤΕΙΜΗΣΑΤΕ (h) ΧΩΡΟΝ
ΔΗΜΟΝ ΔΗΩΟΙΟ ΦΙΛΟΞΕΙΝΟΝ ΤΡΙΟΠΑΟ (i)
ΤΟΦΡΑ ΚΕ ΚΑΙ ΤΡΙΟΠΕΙΑΙ (k) ΕΝ ΑΘΑΝΑΤΟΙΣ ΑΛΕΓΗΣΘΟ
ΩΣ ΟΤΕ ΚΑΙ ΡΑΜΝΟΤΝΤΑ ΚΑΙ ΕΤΡΤΧΟΡΟΤΣ ΕΣ ΑΘΗΝΑΣ
ΗΛΘΕΤΕ ΔΩΜΑΤΑ ΠΑΤΡΟΣ ΕΡΙΓΔΟΤΠΟΙΟ ΛΙΠΟΤΣΑΙ
ΩΣ ΤΗΝΔΕ ΡΩΕΣΘΕ ΠΟΛΤΣΤΑΦΙΛΟΝ ΚΑΤΑΛΩΗΝ
ΛΗΙΑΤΕ ΣΤΑΧΤΩΝ ΚΑΙ ΔΕΝΔΡΕΑ ΒΟΤΡΤΟΕΝΤΑ (l)
ΛΕΙΜΩΝΩΝΤΕ ΚΟΜΑΣ ΑΠΑΛΟΤΡΕΦΕΩΝ ΕΦΕΠΟΤΣΑΙ
ΤΜΜΙ ΓΑΡ ΗΡΩΔΗΣ ΙΕΡΗΝ ΑΝΑΓΑΙΑΝ ΕΗΚΕ (m)
ΑΝΔΡΑΣΙΝ ΟΨΤΓΟΝΟΙΣΙΝ ΑΚΙΝΗΤΗΝ ΚΑΙ ΑΣΤΛΟΝ
ΕΜΜΗΝΑΙ ΗΔΕΠΙΟΙ (n) ΕΞ ΑΘΑΝΑΤΟΙΟ ΚΑΡΗΝΟΤ
ΣΜΕΡΔΑΛΕΟΝ ΣΙΣΑΣΑ ΛΟΦΟΝ ΚΑΤΕΝΕΤΣΕΝ ΑΘΗΝΗ
ΜΗ ΤΩι ΝΟΙΠΟΙΝΟΝ (o) ΒΩΛΟΝ ΜΙΑΝ Η ΕΝΑ ΛΑΑΝ
ΟΧΛΙΣΣΑΙ ΕΠΕΙ ΟΤ ΜΟΙΡΕΩΝ ΑΤΡΕΙΕΣ ΑΝΑΓΚΑΙ (p)
ΟΣΚΕ ΘΕΩΝ ΕΛΕΕΣΣΙΝ ΑΛΙΤΡΟΣΤΝΝΗΝ ΑΝΑΘΗΙΗ
ΚΛΤΤΕ ΠΕΡΙΚΤΙΟΝΕΣ ΚΑΙ ΓΕΙΤΟΕΣ ΑΓΡΟΙΩΤΑΙ
ΙΕΡΟΣ ΟΤΤΟΣ Ο ΧΟΡΟΣ (q) ΑΚΙΝΗΤΟΙ ΔΕ ΘΕΑΙΝΑΙ
ΚΑΙ ΠΟΛΤΤΙΜΗΤΟΙ ΚΑΙ ΤΠΟΣΧΕΙΝ ΟΤΑΣ ΕΤΟΙΜΑΙ
ΜΗΔΕΤΙΣ ΗΜΕΡΙΔΩΝ ΟΡΧΟΤΣ Η ΕΝΑΛΣΕΑ (r) ΔΕΝΔΡΩΝ
Η ΠΟΙΗΝ ΧΙΛΩι ΕΤΑΛΔΕΙ ΧΛΩΡΑ ΘΕΟΤΣΑΝ (s)
ΔΜΟΗΝ ΚΤΑΝΕΟΤ ΑΙΔΟΣ (t) ΡΗΞΙΕ ΜΑΚΕΛΛΑΝ (u)
ΣΗΜΑ ΝΕΩΝ ΤΕΤΧΩΝ ΗΕ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΚΕΡΑΙΞΩΝ (x)
ΟΤ ΘΕΜΙΣ ΑΜΦΙ ΝΕΚΤΣΣΙ ΒΑΛΕΙΝ ΙΡΟΧΤΟΝΑ ΒΩΛΟΝ
ΠΛΗΝ ΟΚΕΝ ΑΙΜΑΤΟΣ ΗιΣΙ ΚΑΙ ΕΓΓΕΝΟΣ ΕΣΣΑΜΕΝΟ (y)
ΚΕΙΝΟΙΣ ΔΟΤΚ ΑΘΕΜΙΣΤΟΝ ΕΠΕΙ ΤΙΜΑΟΡΟΣ ΕΣΤΩΡ (z)
ΚΑΙ ΓΑΡ ΑΘΗΝΑΙΝ ΠΕΡΙ·· ΧΘΟΝΙΟΝ ΒΑΣΙΛΗΑ
ΝΗΩι ΕΓΚΑΤΕΘΗΚΕ ΣΤΝΕΣΤΙΟΝ ΕΜΜΕΝΑΙ ΙΡΩΝ
ΕΙΔΕΤΩι ΑΚΑΤΤΑ ΤΑΤΤΑ ΚΑΙ ΟΤΚ ΕΠΙΠΕΙΣΕΤΑΙ ΑΤΤΟΝ (aa)
ΑΛΛΑ ΠΟΤΙΜΗΣΕΙ ΜΗ ΟΙ ΝΗΤΙΤΑ ΓΕΝΗΤΑΙ
ΑΛΛΑ ΜΙΝ ΑΠΡΟΦΑΤΟΣ ΝΕΜΕΣΙΣ ΚΑΙ ΡΟΜΒΟΣ ΑΛΑΣΤΩ (bb)
ΤΙΣΟΝΤΑΙ ΣΤΤΓΕΡΗΝ ΔΕ ΚΤΛΙΝΔΗΣΕΙ ΚΑΚΟΤΗΤΑ
ΟΤΔΕ ΓΑΡ ΙΦΘΙΜΟΝ ΤΡΙΟΠΕΩ ΜΕΝΟΣ ΑΛΙΟΛΙΔΕΩ (cc)
ΩΝΑΘ ΟΤΕ ΝΕΙΟΝ ΔΗΜΗΤΕΡΟΣ ΕΞΑΛΑΠΑΞΕΝ (dd)
ΤΩ ΗΤΟΙ ΠΟΙΝΗΝ ΚΑΙ ΕΠΩΝΤΜΙΕΝ ΑΑΣΑΣΘΑ
ΧΩΡΟΤ (ee) ΜΗΤΟΙ ΕΠΗΤΑΙ ΕΠΙΤΡΟΠΕΙΟΣ ΕΡΙΝΤΣ (ff)

(a) Haec inscriptio ita a nobis editur, qualem iam *Isaac. Casaubonus* edidit, ex ἀντιγράφῳ, quod hic *Dav. Hoeschelio* Augustam Vindelicorum miserat, quodque ipsissimum nobiscum communicavit vir longe eruditissimus & humanissimus *Iac. Brukerus*; & in quo ipsius *Hoeschelii* Adnotationes quaedam & supplementa manu exarata exstabant, quaeque heic quoque adparebunt. Hoc Antigraphum nobis tuto consequi licuit Viro Illustrissimo *Martiali Saxio* Florentino Patricio, illud ad nos transferendum sua fide interposita curante. *Lamius*.

(a) Eximium vetustatis monumentum istud Roma nuper accepit Senator amplissimus ac praestantissimus, Iacobus Gillotus, missu viri exquisita eruditione atque humanitate praedicti, Christophori Puteani, Claudii F. Parisiensis. Fuerat autem, ut scribebat idem Puteanus, ante paucos dies ad Vrbem in via Appia inventum, ac praesente se terra erutum. Iam ante annos aliquot adfinis ac prope eiusdem argumentum columna ibidem, ut adparet, fuit reperta, & inde postea ad Farnesianos hortos translata: quam Inscriptionum antiquarum Thesaurus V. Cl. Iani Gruteri, titulo primo exhibet. Sed Farnesiana quidem columna charactere vulgo Graecis aetatis illius minas usitato, & ut nuper ad Eusebium suum illustrissimus Scaliger fuse demonstravit, Ionicis litteris est exarata: hoc vero recens Puteano descriptum monumentum, a communi Graecorum charactere nihil variat. Vtraque inscriptio ab Herode olim in fundo posita, quem ad tertium ab Vrbe lapidem, in via Appia possedit. clare hoc docet Farnesiana columna: cuius verba sunt statim initio: Οὐδενὶ θεμιτὸν μετακινῆσαι ἐκ τοῦ Τριοπίου, ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ τρίτου ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ, ἐν τῷ Ἡρώδου

ῥόδυ ἀγρῷ. Triopum κυρίως est aedes Triopae heroi sacra, de quo postea dicitur. Herodis villa, sive suburbanum, ab hac aede videtur cognomen invenisse: imo vero territorium universum quo praediam Herodis continebatur, Triopium adpellari solitum non obscure quintus versus & sextus significant. Porro Herodem istum privatae sortis hominem nequaquam fuisse: verum regio ornatum titulo, versus XXIX. arguit, qui regem ipsum nominat. Quum autem ex historia etiam sacra tres noti sint Iudaeorum principes huius nominis: Magnus videlicet Herodes, & filius ipsius Antipas, cum eiusdem nepote Herode Agrippa: eum cuius heic fit mentio, Herodem Magnum fuisse, arbitramur. Hic vir sceleratissimus & versutissimus preclarium beneficio Antonii atque Augusti regnum nactus, religionem pro ambitionis instrumento semper habuit: in urbe sancta & inter Iudaeos, Iudaicarum legum atque institutorum observans: extra urbem & inter Graecos pro Graeco ac gentili persaepe se gerens. cum alia igitur multa contra morem patrium Iudaeorum designavit Herodes: tum etiam diis Gentium templa variis extra urbem Ierosolyma locis, sumtu ingenti atque magnificentia singulari exstruxit. Iosephus lib. XV. cap. XII. ὑπὸ δὲ τῆς εἰς τοῦτο φιλοτιμίας καὶ τῆς θεραπείας, ἣν ἐθεράπευε Καίσαρα καὶ Ῥωμαίων τοὺς πλεῖστον δυναμένους, ἐκβαίνειν τῶν ἐθῶν ἠναγκάζετο, καὶ πολλὰ τῶν νομίμων παραχαράττειν, πόλεις κτίζων ὑπὸ φιλοτιμίας καὶ ναοὺς ἐγείρων, οὐκ ἐν τῇ τῶν Ἰουδαίων· οὐδὲ γὰρ ἂν ἠνέσχοντο τῶν τοιούτων ἀπηγορευμένων ἡμῖν, ὡς ἀγάλματα καὶ τύπους μεμορφωμένους τιμᾶν πρὸς τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον. τὴν δ' ἔξω χώραν καὶ τὰς πόλεις οὕτως κατεσκευάζετο. Postea duas adfert caussas cur hoc fecerit Herodes: studium nempe gratificandi Augusto ceterisque Romanis proceribus: & profundam cupiditatem monumenta imperii sui ad posteros transmittendi. Vt non alia quaerenda nobis sit ratio, cur ambitiosissimus Princeps in tantae celebritatis loco, atque adeo in ipsa propemodum urbe Roma, hoc suae impietatis & Ἑλληνισμοῦ luculentum testimonium exstare voluerit. (1)

(b) ΠΟΤΝΙΑΘΗΝΑΩΝ) Minervam & Nemesim, quae & Adrastea, instituit συγχόρτους: ut in eodem loco ex reditibus fundi huius colantur. Apud veteres diversis modis plura numina simul colebantur. Vt plurimum tota aedes uni deo sacra erat: sed in templo separatae erant cellae, & sacella, atque in iis variorum deorum signa. Sic in aede Iovis Capitolini cella fnit Minervae & plurium aliorum. Aliquando pluribus in commune eamdem aedem consecrabant: ut in plerisque gymnasiis Graecorum Mercurius & Minerva, interdum & Cupido una colebantur. Sic Mercurio Herculem adiungebant: aut Minervam aut Ammonem: unde adpellationes illae manarunt, Hermeraclas, Hermathena, Hermeros, Hermammon. Sed & Iovi Neptunum adiectum socium legimus; eaque templa Ζηνοποσειδῶνος dicebantur: cuiusmodi illud fuit, quod auctore Machone apud Athenaeum, Dorioni symphoniaco materiam ioci praebuit: cum diceret: commodam habitationem in ea urbe non esse sperandam, ubi etiam dii habitent σύνδυο, bini bini. hi sunt quos Graeci vocabant συνναοὺς καὶ συμβώμους θεούς. Ita igitur heic Minerva & Nemesis in eodem τεμένει &, ut videtur, in eadem aede simul colendi dedicantur. Erant ibidem ab Herode posita & aliis diis varia donaria. nam Farnesiana inscriptio columnarum facit mentionem Cereris, Proserpinae & deorum inferiorum. Meminit & Dianae riocurae. Μάρτυς δαίμων ἐνοδία καὶ αἱ κίονες τῆς Δήμητρος καὶ Κόρης ἀνάθημα, καὶ χθονίων θεῶν. καὶ *

(c) ΕΠΙΕΙΡΑΝΕ) scribendum ἐπήρανε. *compos* aut *domina*. Diana apud Nonnum ἐπήρανος ἄγρης: quae eidem alibi δέσποτις ἄγρης. εἰ pro η ut in aliis inscriptionibus ΑΣΚΛΕΙΠΙΑΔΗΣ & ΣΩΤΕΙΡΙ, pro Ἀσκληπιάδης & Σωτῆρι item loco ῃ: ut in Farnesiana columna ΤΕΙ. ΟΔΟΙ. ΤΕΙ. ΑΠΠΙΑΙ. τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ. alibi ΕΡΜΕΙ pro Ἑρμῇ.

(d) ΠΤΕΠΙΕΡΓΑΒΡΟΤΩΝ : : ΛΑΙΣ) Lego, ὁράεις, ἐπὶ ἔργα βροτῶν ὁρᾷς. pro ἐφορᾷς. ut, πάντ' ἐφορᾷ Διὸς ὀφθαλμὸς καὶ πάντ' ἐπακούει. hoc vero cui potius quam Nemesi conveniat? *quam thelogi veteres*, Ammiani sunt verba, *fingentes Iustitiae filiam, ex abdita quadam aeternitate tradunt omnia despectare terrena*. πάντ' ἐφορᾷν τὰ ἐπίγεια, alibi vocat, *humanorum spectatricem*, τῶν ἀνθρωπίνων ἐπίσκοπον.

(e) ΡΑΜΝΟΥΣΙΑΣ ΟΥΠΙ) Rhamnusiam deam esse Nemesim, ex Graecis Latinisque poetis & eorum interpretibus notissimum. Ovidius:

> ---- *memoremque time Rhamnusidis iram*.

Pausanias Atticis, Suidas, alii. At Nemesim dici ΟΥΠΙΝ haut temere alibi reperias. Nam vulgo poetis Οὖπις sive Ὦπις est Dianae sodalium una, vel Diana ipsa. Callimachus hymno in Dianam:

> Οὖπι ἄνασσ' εὐῶπι, φαεσφόρε, καὶ δέ σε κείνης
> Κρηταίεις καλέουσιν ἐπωνυμίην ἀπὸ νύμφης.

Alexander AEtolus: Ὑμνῆσαι τοιχίων Ὦπιν βλήτειραν ὀϊστῶν. lege Macrobium libro quinto extremo, at in hoc carmine Οὖπις non ponitur ἀντὶ τοῦ Ὦπις, neque est Diana; sed pro Ὦπις, & Nemesiam significat, uti diximus. Phurnutus de diis. Νέμεσις ἀπὸ τῆς νεμέσεως προσηγορεύθη· Ὦπις δὲ ἀπὸ τοῦ λανθάνειν ὄπισθεν καὶ παρατηρεῖν τὰ πραττόμενα ὑφ' ἡμῶν, καὶ κολάζειν τὰ κολάσεως ἄξια.

(f) ΓΕΙΤΟΝΕΣ ΑΓΧΙΤΥΡΟΙ) Admodum sane Portae Capenae erant vicinae. Iam enim diximus e Farnesiana columna, fundum Herodianum in Appia via fuisse, tertio ab Vrbe lapide disparatum, quae notae in eum locum plane quadrant, ubi effossum nuper pulcerrimum istud monumentum.

(g) ΡΩΜΗΣ ΕΚΑΤΟΝΤΟΠΥΛΟΙΟ) Scribendum ἑκατονταπύλοιο. ut ἑκατοντακεφάλας apud Aristophanem: ἑκατοντάφυλλος, apud Theophrastum. sic ἑκατοντάζυγος, & similia. De portis Romae veteris consule Plinium, Victorem, & eruditissimum Onuphrium. non enim fuit Roma ἑκατόμπυλος, ut quondam Thebae in AEgypto, & in Parthyena ille locus, quem in decima historia describit Polybius.

(h) ΠΕΙΟΝΑ ΤΕΙΜΗΣΑΤΕ) εἰ pro ι ut passim in antiquissimis etiam membranis multorum librorum ostendimus. & sequutos paret eam γραφὴν persaepe Graecos Lexicographos, & Glossarum collectores. quare non est erratum fabrile: sed perversa veterum scribendi ratio, spretis analogiae legibus. sic in volumine Inscriptionum leges ΕΤΕΙΜΗΣΑΝ. & ΤΕΙΜΗΘΕΝΤΑ. & ΤΕΙΜΗΤΗΣ. vide caput XIX. Indicis ei Thesauro adiecti magno sane litterarum bono: & si pauci hodie utilitatem eius Herculei laboris intelligunt. contra versu XV. σίσασα pro σείσασα. cuius item erroris vulgatissimi exempla ibidem plura.

(i) ΔΗΜΟΝ ΔΗΩΟΙΟ Φ. ΤΡΙΟΠΑΟ) Attici vicos terrae suae quamvis parvos vocabant δήμους. Auctor huius eruditi carminis Triopae δῆμον videtur nominare, territorium illud agri Romani secundum viam Appiam, in quo fundus hic Herodis erat situs. & ratio haec est dubio procul: quia ibi erat Triopium; hoc est, ut antea dicebamus, Triopae dicata aedes. aliter hunc locum interpretari non possumus. Triopas sive Triops in antica Graecorum historia non unus celebratur. in Eusebii Chronico Triopas septimus est rex Argivorum. hic Phorbanti in regno successit, cuius erat filius, ut & Pausanias in Corinthiacis & Messenicis memoriae prodidit. alius fuit Triopas sive Triops Abantis filius Co insulae rex antiquissimus, de quo Theocritus in XVII. idyllio & Scholiastes illius ex Iasone vetustissimo rerum Cnidiarum scriptore: quam insulam a Triopa fuisse quondam incolis frequentatam, & Pausanias narrat in Photicis. idem eruditus auctor est Triopam alium Pelasgi patrem in Corinthiacis commemorat. omitto Triopam Iphimecliae patrem, de quo Apollodorus in primo Bibliothecae. An unus istorum aut alius ab istis diversus fuerit is, quo de agitur in hoc carmine, neque nos scimus, neque facile sciri posse existimamus, quum omnia fere iam pridem vetustorum auctorum monumenta desiderentur, quibus priscorum heroum genealogiae & res gestae continebantur. AEolidam sive AEdium hunc fuisse, in fine carminis declaratur: ubi etiam casus eius aliquis insignis attingitur, at non indicatur.

(k) ΤΟΦΡΑ ΚΕ ΚΑΙ ΤΡΙΟΠΕΙΑΙ) hoc ideo, quia tanto honestiorem quemque deorum suorum stulte fatuas vetustas putabat, quanto plura habebant cognomina. Ceterum ex his verbis liquet, non solum aedem Triopae Triopicum fuisse dictam; sed etiam territorium illud universum. neque enim poterant Minervae & Nemesis Triopeae cognominati a Triopio templo; verum ab agri nomine ubi erat hic fundus Herodianus ipsarum honori sacer. Huius Triopii non magis meminerunt veteres scriptores, quam ipsius agri Herodis: quod in tanta Vrbis proximitate non sine ratione aliquis fortasse miretur. Sed quota pars est id omne quod scimus, eorum quae ignoramus?

(l) ΔΕΝΔΡΕΑ ΒΟΤΡΥΟΕΝΤΑ) vel ipsas vites, quae etiam arborum nomine censentur: praesertim quando non colitur vitis humilis & arbuscula brevi crure fundata, vel per cannas sarmentis ligatis, vel per terram proiecta; sed altius, ut in iugo, aut pergula aut in arbore collocata, vel arbores intellige vitiferas, quibus maritantur vites, quando in agro frumentario vitis arbustiva instituitur.

(m) ΑΝΑ ΓΑΙΑΝ ΕΗΚΕ) Κυριολογία. Nam terra deo dicata, ἄνετος γῆ dicitur: animalia vero in honorem deorum alicuius dimissa, qui fuit mos veterum ἄφετα ζῶα nominantur.

(n) ΗΔΕΠΙΟΙ) Scribo, ἡ δ' ἐπὶ οἱ, ut iungatur cum verbo σείσασα, quatit autem heic Minerva galeam super Herode, non ad terrorem incutiendum, ut apud poetas saepe: verum ut praesentiae suae καὶ ἐπιφανείας det signum. Prius scribebam, ἡ δὲ θεός; sed illud verum est.

(o) ΝΟΙΠΟΙΝΟΝ) Scribe, νήποινον.

(p) ΕΠΕΙ ΟΥ ΜΟΙΡΕΩΝ ΑΘΡΕΙΣ ΑΝΑΓΚΑΙ) Lego, οὐ Μ. ἄτερ εἰσὶν ἀνάγκαι. Non absunt Parcarum poenae. vult dicere: praesto poena est. Graeci poetae omnia quae invito accidunt vocant ἀνάγκας, dulcissimus Xenophon τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ ἀναγκαῖα; sed praecipue poenas inferorum. Pindarus, Olympionicarum II.

> —— κατὰ γᾶς δικά-
> ζει τις, ἐχθρᾷ λόγον φράσαις ἀνάγκᾳ.

propterea & Parcarum unam Anancen dixerunt. Quid si ita potius scribatur? ἐπεὶ οὐ Μοιρέων ἄτρεστοι ἀνάγκαι: erit miosis venusta. σὺν ἄτρεστοι, pro, cum primis terribiles. παντὸς μᾶλλον φοβητέαι.

(q) Ο ΧΟΡΟΣ) Scribe. χῶρος. ο loco τοῦ ω passim. ut in Farnesiana, ΔΑΙΜΟΝ, pro ΔΑΙΜΩΝ. sic ΧΘΟΝΙΟΝ ΘΕΟΝ, ibidem. sic & versu XXXI. ΑΥΤΟΝ fortasse pro αὐτῶν contra mox, ΝΕΩΝ, pro νέον.

(r) Η ΕΝΑΛΣΕΑ) Disting. ἐν ἄλσει. & haut scio an non scriptum sit ἐν pro εἰς.

(s) ΧΛΩΡΑ ΚΕΟΥΣΑΝ) haec nihil significant; sed extrita est littera una, vel licentia poetae, vel incuria operarum fabrilium. Scrib. χλωρανθεῖσαι, versus est spondaicus; nisi, uti diximus, ipsius poetae licentia est, χλωραθεῖν pro χλωρανθεῖν ita usurpantis,

(1) Nil peius adfirmari potuit ab *Isaac. Casaubono*, dum hanc Inscriptionem ab Herodem Ascalonitam Iudaeae Regem pertinere arbitratur; quod nos iam in Praefatione primi Voluminis ex *Iac. Sponio* observabamus.

Digitized by Google

tis, ut Sophocles ὑπέρκοπον posuit ἀντὶ τοῦ ὑπέρκομπον, in Aiace Lorario.

(t) ΔΜΩΗΝ ΚΥΑΝΕΟΥ ΑΙΔΟΣ) Scribendum Δμωὴν κ. instrumentum quo terra effoditur ad inhumandos mortuos, & quo demissi in foveam terra obruuntur, περιφραστικῶς adpellat μάκελλαν δμωὴν ἄδου, ministrum Orciligonem, sive rutrum. Videtur aliquem respectum habuisse ad ista Ascraei vatis in diversissima sententia: Δμωὸς ἔχων μακέλην πόνον ὀρνίθεσσι τιθείη Σπέρματα κακκρύπτων.

(u) ΡΗΞΙΕ ΜΑΚΕΛΛΑΝ) & heic ι pro ει. ῥῆξεῖ; sed scribendum censeo, πῆξει, poetica loquutio est, πῆξει μάκελλαν ἐν (vel potius ἐς) ὄρχοις, ἄλσεια, ποίω, pro, ἐμπηγνύει ὄρχοις, ἄλσεσι, ποίᾳ. Si quis malit ῥήξει, erit pro impingere per vim, translatum a palaestra: nam qui antagonistam in colluctatione humi adfligit vehementiore nisu dicitur ῥῆξαι. B. Cyrillus in homilia de exitu animae: ὁ διάβολος ὁ τοῦ θανάτου πατὴρ ἵσταται ὡς ἀντίπαλος ἰσχυρὸς, καθοπλιζόμενος, ἵνα ἡμᾶς ἐν ταῖς ἁγίαις ἡμέραις παλαίσῃ καὶ ῥήξῃ. Sic D. Marci IX. 18. καὶ ὅπου ἂν καταλάβῃ αὐτὸν ῥήσσει αὐτόν. hoc est, solo illidit. & Lucae IX. 42. ἔρρηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον.

(x) ΚΕΡΑΙΞΩΝ) Scrib. κεραΐζων,

(y) ΚΑΙ ΕΓΓΕΝΟΣ ΕΣΣΑΜΕΝΟ) Scribendum, καὶ ἔγγονος ἐσσαμένοιο. hoc est, τοῦ ἀφιδρυσαμένου. Voluit Herodes, ut sibi & liberis posterisque suis hoc τέμενος Mausolei usum praeberet; si cui eorum diem obire supremum in Italia contingeret.

(z) ΕΧΕΙ ΤΙΜΑΟΡΟΣ ΕΣΤΩΡ) Poetica licentia ἔστωρ ponitur pro στήλη, intelligit columnam sive pilam cui erat insculta lex consecrationis huius. Nam & sacrorum & profanorum agrorum iura ab iis legibus pendent, quae sunt initio dictae. Quum igitur eo, quem modo dicebamus animo, haec dedicatio facta sit ab Herode; idque scripto consecrationis sit expressum; merito saxum cui insculptum hoc monumentum, vocat vindicem iuris sui & suorum. In Farnesiana columna non est dissimilis comminatio illa. οὐ γὰρ λῷον τῷ κινήσαντι Μάρτυς δαίμων Ἐνοδία;

(aa) ΚΑΙ ΟΥΚ ΕΠΙΠΕΙΣΕΤΑΙ ΑΥΤΟΝ) pro αὐτῶν, ut videtur; sed hoc quomodo per Hellenismum satis commode ferri possit, non intelligo.

(bb) ΡΟΜΒΟΣ ΑΛΑΣΤΩ) Scribo Ἀλάστωρ. Facit Alastorem peculiare numen, quod huc illuc circumcursans hominum peccata puniat. Alii aliter: quibus ἀλάστωρ Iovis est cognomen, ab eadem caussa. Phurnutus. λέγεται δὲ ὑπό τινων καὶ Ἀλάστωρ καὶ Παλαμναῖος, τῷ τοὺς ἀλάστορας καὶ παλαμναίους κολάζειν. Sed cogitemus, num legi etiam possit, καὶ ῥόμβος Ἀλήκτω. Nam & Alectoni crimina noxia cordi, ut ait poeta.

(cc) ΤΡΙΟΠΕΩ ΜΕΝΟΣ ΑΙΟΛΙΔΕΩ) Scribe metri caussa, Αἰολίδαο.

(dd) ΩΝΑΘ ΟΤΕ ΝΕΙΟΝ ΔΗΜΗΤΕΡΟΣ ΕΞΑΜΑΓΑΣΕΝ) Non dicit quo genere poenae sit adfectus a Cerere. at veteres crediderunt eos qui eius deae numen laesissent, capi mente, & ut propriam vocem usurpem, fieri Cerritos καὶ νυμφολήπτους, sed fortasse aliud Triopae infortunium heic innuitur; quasi Triopas ob laesum Cereris numen, patria sua, id est AEolide in Graecia excidisset, ac profugus & erro vagari huc illuc compulsus fuisset; quo casu tamdem factum, ut in Italiam & vetus Latium devenerit. Tale quid videtur eruditus carminis auctor legisse in Eoeis Hesiodi, aut Cyclo Heroico, vel aliis heroicarum genealogicarum priscis scriptoribus.

(ee) ΚΑΙ ΕΠΩΝΥΜΙΗΝ ΑΛΑΣΑΣΘΑ ΧΩΡΟΥ) Legendum ἀλέασθε, vitate, vel ἀλέασθαι, oportet vitare, quo fere modo praecepta apud Graecos poetas concipiuntur.

(ff) ΜΗΤΟΙ ΕΠΗΤΑΙ ΕΠΙΤΡΟΠΕΙΟΣ ΕΡΙΝΝΥΣ) Scribendum, μήτοι ἕπεται ἐπὶ Τριόπειος Ερ. pro, ἐφέπηται. Si numen Minervae & Nemeseos Caeseritis, discedent ipsae, neque amplius Triopeae dici curabunt: atque earum loco succedent Furiae, & inter vos sedes figent: ut merito Triopeae possint indigetari. Atque haec hactenus.

ΠΟΤΝΙ ΑΘΗΝΑΩΝ ΕΠΙΗΡΑΝΕ ΤΡΙΤΟΓΕΝΕΙΑ
ΗΤΕΠΙΕ ΡΓΑ ΒΡΟΤΩΝ :: ΛΑΙC ΡΑΜΝΟΤCΙΑC ΟΤΠΙ
ΓΕΙΤΟΝΕC ΑΓΧΙΤΤΡΟΙ ΡΩΜΗC ΕΚΑΤΟΝΤΟΠΤΛΟΙΟ
ΠΕΙΟΝΑ ΔΗ ΚΑΙ ΤΟΝΔΕ ΘΕΑ ΤΕΙΜΗCΑΤΕ ΧΩΡΟΝ
ΔΗΜΟΝ ΔΗΩΟΙΟ ΦΙΛΟΞΕΙΝΟΝ ΤΡΙΟΠΑΟ
ΤΟΦΡΑΚΕ ΚΑΙ ΤΡΙΟΠΕΙΑΙ ΕΝ ΑΘΑΝΑΤΟΙC ΑΛΕΓΗCΘΟ
ΩC ΟΤΕ ΚΑΙ ΡΑΜΝΟΤΝΤΑ ΚΑΙ ΕΤΡΤΧΟΡΟΤC ΕC ΑΘΗΝΑC
ΗΛΘΕΤΕ ΔΩΜΑΤΑ ΠΑΤΡΟC ΕΡΙΓΔΟΤΠΟΙΟ ΛΙΠΟΤCΑΙ
ΩC ΤΗΝΔΕ ΡΩΕCΘΕ ΠΟΛΤC ΤΑΦΤΛΟΝ ΚΑΤΑΛΩΗΝ
ΛΗΙΑΤΕ CΤΑΧΤΩΝ ΚΑΙ ΔΕΝΔΡΕΑ ΒΟΤΡΤΟΕΝΤΑ
ΛΕΙΜΩΝΩΝΤΕ ΚΟΜΑC ΑΠΑΛΟΤΡΕΦΕΩΝ ΕΦΕΠΟΤCΑΙ
ΤΜΜΙ ΓΑΡ ΗΡΩΔΗC ΙΕΡΗΝ ΑΝΑΓΑΙΑΝ ΕΗΚΕ
ΤΗΝ ΟCCΗΝ ΠΕΡΙ ΤΕΙΧΟC ΕΤΤΡΟΧΟΝ ΕCΤΕΦΑΝΩΤΑΙ
ΑΝΔΡΑCΙΝ ΟΨΙΓΟΝΟΙCΙΝ ΑΚΙΝΗΤΗΝ ΚΑΙ ΑCΤΛΟΝ
ΕΜΜΕΝΑΙ ΗΔΕΠΙΟΙ ΕΞ ΑΘΑΝΑΤΟΙΟ ΚΑΡΗΝΟΤ
CΜΕΡΔΑΛΕΟΝ CΙCΑCΑ ΛΟΦΟΝ ΚΑΤΕΝΕΤCΕΝ ΑΘΗΝΗ *sic.*
ΜΗ ΤΩΙ ΝΟΙΠΟΙΝΟΝ ΒΩΛΟΝ ΜΙΑΝ ΕΝΑ ΛΑΑΝ
ΟΧΛΙCCΑΙ ΕΠΕΙ ΟΤ ΜΟΙΡΕΩΝ ΑΤΡΕΙΕC ΑΝΑΓΚΑΙ *sic.*
ΟCΚΕ ΘΕΩΝ ΕΔΕΕCCΙΝ ΑΛΙΤΡΟCΤΝΗΝ ΑΝΑΘΗΙΗ
ΚΛΤΤΕ ΠΕΡΙΚΤΙΟΝΕΣ ΚΑΙ ΓΕΙΤΟΝΕC ΑΓΡΟΙΩΤΑΙ
ΙΕΡΟC ΟΤΤΟC Ο ΧΟΡΟC ΑΚΙΝΗΤΟΙ ΔΕ ΘΕΑΙΝΑΙ
ΚΑΙ ΠΟΛΤΤΙΜΗΤΟΙ ΚΑΙ ΤΠΟCΧΕΙΝ ΟΤΑC ΕΤΟΙΜΑΙ
ΜΗΔΕ ΤΙC ΗΜΕΡΙΔΩΝ ΟΡΧΟΤC Η ΕΝΑΛCΕΑ ΔΕΝΔΡΩΝ
Η ΠΟΙΗΝ ΧΙΛΩΙ ΕΤΑΛΔΕΙ ΧΛΩΡΑ ΘΕΟΤCΑΝ
ΔΜΟΗΝ ΚΤΑΝΕΟΤ ΑΙΔΟC ΡΗΞΙΕ ΜΑΚΕΛΛΑΝ *sic.*
CΗΜΑ ΝΕΩΝ ΤΕΤΧΩΝ ΗΕ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΚΕΡΑΙΞΩΝ
ΟΤ ΘΕΜΙC ΑΜΦΙ ΝΕΚΤCCΙ ΒΑΛΕΙΝ ΙΡΟΧΤΟΝΑ ΒΩΛΟΝ
ΠΛΗΝ ΟΚΕΝ ΑΙΜΑΤΟC ΗΙCΙ ΚΑΙ ΕΚ ΓΕΝΟC ΕCCΑΜΕΝΟ
ΚΕΙΝΟΙC ΔΟΤΚ ΑΘΕΜΙCΤΟΝ ΕΠΕΙ ΤΙΜΑΟΡΟC ΕCΤΩΡ
ΚΑΙ ΓΑΡ ΑΘΗΝΑΙΗ ΠΕΡΙ·· ΧΘΟΝΙΟΝ ΒΑCΙΛΗΑ *sic.*
ΝΗΩΙ ΕΓΚΑΤΕΘΗΚΕ CΤΝΕCΤΙΟΝ ΕΜΜΕΝΑΙ ΙΡΩΝ
ΕΙ ΔΕ ΤΩΙ ΑΚΛΤΤΑ ΤΑΤΤΑ ΚΑΙ ΟΤΚ ΕΠΙΠΕΙCΕΤΑΙ ΑΤΤΟΝ
ΑΛΛΑ ΠΟΤΙΜΗCΕΙ ΜΗ ΟΙ ΝΗΤΙΤΑ ΓΕΝΗΤΑΙ
ΑΛΛΑ ΜΙΝ ΑΠΡΟΦΑΤΟC ΝΕΜΕCΙC ΚΑΙ ΡΟΜΒΟC ΑΛΑCΤΩ *sic.*
ΤΙCΟΝΤΑΙ CΤΤΓΕΡΗΝ ΔΕ ΚΤΛΙΝΔΗCΕΙ ΚΑΚΟΤΗΤΑ
ΟΤΔΕ ΓΑΡ ΙΦΘΙΜΟΝ ΤΡΙΟΠΕΩ ΜΕΝΟC ΑΙΟΛΙΔΑΩ
ΩΝΑΘ ΟΤΕ ΝΕΙΟΝ ΔΗΜΗΤΕΡΟC ΕΞΑΛΑΠΑΞΕΝ
ΤΩΙ ΗΤΟΙ ΠΟΙΝΗΝ ΚΑΙ ΕΠΩΝΤΜΙΕΝ ΑΛΑCΘΑ *sic.*
ΧΩΡΟΤ ΜΗΤΟΙ ΕΠΗΤΑΙ ΕΠΙΤΡΟΠΕΙΟC ΕΡΙΝΤC *sic.*

Iidem

Digitized by Google

Iidem versus communi charactere, & emendati.

Ποτνὶ Ἀθηνάων ἐπινήρανε Τριτογένεια,
Ἡτ' ἐπὶ ἔργα βροτῶν ὁράᾳς Ῥαμνουσιὰς
Οὖπι,
Γείτονες ἀγχίθυροι Ῥώμης ἑκατονταπύλοιο·
Πίονα δὴ ϗ τόνδε θεὰ τιμήσατε χῶρον,
Δῆμον Δηῴοιο φιλόξεινον Τριόπαο.
Τόφρα κε ϗ Τριόπειαι ἐν ἀθανάτοισι λεγῆσθον·

Ὡς ὅτε ϗ Ῥαμνοῦντα ϗ εὐρυχόρους ἐς Ἀθήνας
Ἤλθετε, δώματα πατρὸς ἐριγδούποιο λιποῦσαι,
Ὣς τήνδε ῥώεσθε πολυστάφυλον κατ' ἀλωὴν,
Λήϊά τε σταχύων ϗ δένδρεα βοτρυόεντα,
Λειμώνων τε κόμας ἁπαλοτρεφέων ἐφέπουσαι.
Υ̓́μμι γὰρ Ἡρώδης ἱερὴν ἀνὰ γαῖαν ἔηκε,
Τὴν, ὅσσην περὶ τεῖχος εὔτροχον ἐστεφάνωται,
Ἀνδράσιν ὀψιγόνοισιν ἀκινήτην ϗ ἄσυλον
Ἔμμεναι. ἡ δ' ἐπὶ οἱ ἐξ ἀθανάτοιο καρήνου
Σμερδαλέος σείσασα λόφος κατένευσεν Ἀθήνη·

Μὴ τῷ νήποινος βῶλον μίαν, ἢ ἕνα λᾶαν
Ὀχλίσσαι· ἐπεὶ οὐ Μοιρέων ἄτερ εἰσὶν ἀνάγκαι·

Ὅσκε θεῶν ἐδέεσσιν ἀλιτροσύνην ἀναθείη.
Κλῦτε περικτίονες, ϗ γείτονες ἀγροιῶται,
Ἱερὸς οὗτος ὁ χῶρος· ἀκίνητοι δὲ θέαιναι,
Καὶ πολυτίμητοι, ϗ ὑποσχεῖν οὔας ἑτοῖμαι.
Μηδέ τις ἡμερίδων ὄρχους, ἢ ἐν ἄλσεα δένδρων
Ἢ ποίην χιλῷ εὐαλδέϊ χλωρανθέουσαν
Δμωὴν κυανέου Ἄϊδος πήξειε μάκελλαν,
Σῆμα νέος τεύχων, ἠὲ πρότερος κεραΐζων
Οὐ θέμις ἀμφὶ νέκυσσι βαλεῖν ἱερόχθονα βῶλον·
Πλὴν ὅ, κεν αἵματος ᾖσι ϗ ἔγγονος ἐσσαμένοιο.
Κείνοις δ' οὐκ ἀθέμιστον· ἐπεὶ τιμάορος ἔστωρ·

Καὶ γὰρ Ἀθηναίη περὶ οἱ χθόνιον βασιλῆα
Νηῷ ἐγκατέθηκε, συνέστιος ἔμμεναι ἱρῶν.
Εἰ δὲ τῷ ἄκλυτα ταῦτα, ϗ οὐκ ἐπιπείσεται αὐτῶν,
Ἀλλ' ἀποτιμήσει· μὴ οἱ νήτιτα γένηται·
Ἀλλά μιν ἀπρόφατος Νέμεσις, ϗ ῥόμβος Ἀλάστωρ
Τίσονται· στυγερὴν δὲ κυλινδήσει κακότητα.

Οὐδὲ γὰρ ἴφθιμον Τριόπεω μένος Αἰολίδαο
Ὤναθ', ὅτε νειὸν Δημήτερος ἐξαλάπαξεν.
Τῷ ἤτοι ποινὴν ϗ ἐπωνυμίην ἀλέασθαι
Χώρου· μή τοι ἕπεται ἐπὶ Τριόπειος Ἐριννύς.

Meursii Tom. VII.

ISAC. CASAVBONI
Interpretatio.

Veneranda Athenarum auxiliatrix Tritonia,
Et tu quae opera mortalium observas Rhamnusias Vpi,
Vicinae proximae Romae centum-portarum,
Hunc quoque locum, o Deae, uberem colite,
Vicum hospitalem Triopae Cereris filii:
Vt inter immortales etiam Triopeae (a) *dicamini.*

Sicut quum Rhamnuntem & latas Athenas
Venistis, aedibus patris Tonantis relictis:
Ita per istud vinetum ferax potenter vos gerite,
Segetes spiceas & arbores racemosas,
Molliumque pratorum comas, lustrantes.
Vobis enim Herodes tellurem hanc consecravit:
Vt apud post futuros homines immota & inviolabilis

Maneret. ipsa autem [quum ex immortali vertice
Horribiliter tristam concussisset] Minerva, adnuit.

Ne cui impune foret glebam unam aut unum lapidem
Movisse: quoniam Parcarum poenae non longe absunt,
Si quis in deorum delubra flagitium admiserit
Audite finitimi & vicini agricolae:
Sacer est hic locus: Deae autem immobiles
Et cum primis honorandae, ac praebere aurem paratae.
Ne quis igitur in vitium ordines, aut saltus pomiferos,
Aut herbam pabulo laeto florentem, (b)
Ligonem infigat, nigro Orco ministrantem:
Vt monumentum novum faciat, vel antiquum decipiat.
Nefas est, mortuis adponere glebam sacrae terrae:
Nisi quis de sanguine eius & genere sit, qui delubrum sacravit.
Illis non est nefas: quoniam vindex huius honoris adest columna.
Nam Minerva iuxta se terrenum regem
In hac aede collocavit, ut sacra secum participaret.
Si cui haec fuerint inaudita, atque iis non obtemperaverit,
Verum adspernetur, non impune tulerit.
Sed ipsum repentina Nemesis, & vagus Alastor

Poena adficient: atque ille tristem exantlabit aerumnam.

Nam neque Triopae Aeolidae generosam mentem
Iuvit, quando Cereris novale vastavit.
Itaque qua poenam qua cognomen vitare oportet
Loci: ne insequatur Triopea Erynnis.

(a) ἀλέγησθον, recenseamini. Vt apud Pind. Ode 11. Olymp. Πηλεύς τε καὶ Κάδμος ἐν τοῖσιν ἀλέγονται.

(b) Χλωρὰ θέουσαν leg. ut apud Hesiod. in scuto Herc. v. 146. λευκὰ θεόντων.

Io. Meursii Interpretatio, quam ad Dav. Hoeschelium *miserat, nobiscum a laudato* Iac. Brukero *pariter communicata.*

PRaestita Athenarumque potens Tutela Minerva,
Et quae opera observas hominum Rhamnusias Vpi,
Queis centum portas attollens proxima Roma est,
Haec quoque se vobis commendat ab ubere glebae
Tellus, & Triopae Cereris pridem hospita tecta.
Cetera sic inter Triopeae numina Divae
Mox eritis. Veluti quondam Rhamnunta, relicta
Sede Iovis patris, & latas venistis Athenas,
Sic vineta per haec ius exercete potentes,
Regnaque flaventum segetum, vitesque maritas
Lustrantes, florumque comas in mollibus agris.
Quippe locum voluit vobis hunc esse sacratum
Herodes, feri quem solicitare nepotes
Abstineant: & votis adnuit ipsa Minerva,
Horrendam dio quatiens in vertice cristam.
Non impune feres glebam quicumque repertus
Movisse, aut saxum. saeva instant fulmina Parcae,
Flagitio si quis temeret delubra deorum.
Finitimi audite hoc, atque Agricolae vicini.
Hic sanctus locus est, & sunt immota Deorum
Numina, honoranda, atque aurem praebere parata.
Nemo igitur vites, nemo frondentis honorem
Imminuat silvae, aut herbas pulcre florentes
Tondeat, obscuro Diti famulante ligone,
Aut nova qui faciat monumenta, aut pristina rumpat.
Sacratae glebam fundis adponere terrae
Non licet; at si qui sint eodem sanguine creti,
His licet. En ultricia tela columna minatur.
Namque sibi e terra regem, dia illa Dearum
Adscivit Pallas, fanique in parte locavit.
Qui non audiet haec, neque persuadebitur istis,
Verum contemnet, non poena indulgeat illi,
Sed Nemesis provisa minus, sed Alastoris ira
Supplicium statuent, aerumnas, tristiaque aeger
Multa feret: neque enim iuvit Triopae Aeolidae vim,
Ausus ubi Cereri vastare novale dicatum.
Fas igitur poenam, & sacrae cognomina terrae
Evitare, ultrix ne te te Triopaea sequatur.

Faciebam

IOANNES MEVRSIVS.

ADNO-

Digitized by Google

ADNOTATIONES
IN
CALLIMACHVM
ET
APVLEIVM.

Digitized by Google

ADNOTATIONES IN CALLIMACHVM.

IN IOVEM.

Vers. 3. Δικασπόλον] De regibus locus elegans apud Dionysium Halicarnass. lib. v. Κατ' ἀρχὰς μὲν γὰρ ἅπασα πόλις Ἑλλὰς ἐβασιλεύετο, πλὴν οὐχ ὥσπερ τὰ βάρβαρα ἔθνη δεσποτικῶς, ἀλλὰ κατὰ νόμους τε καὶ ἐθισμοὺς πατρίους. καὶ κράτιστος ἦν βασιλεὺς ὁ δικαιότατός τε καὶ νομιμώτατος, καὶ μηδὲν ἐκδιαιτώμενος τῶν πατρίων, δηλοῖ δὲ καὶ Ὅμηρος δικασπόλους τε καλῶν τοὺς βασιλεῖς, καὶ θεμιστοπόλους. h. e. *A principio omnibus Graeciae civitatibus sui erant reges; nisi quod illi non barbarica licentia dominabantur, sed iuxta leges ac mores patrios regnum exercebant: optimusque rex habebatur qui esset iustissimus & legum servantissimus, nusquam discedens ab institutis patriis, id quod ex Homero etiam liquet, dum reges vocat* δικασπόλους *&* θεμιστοπόλους, *hoc est, iuris tractatores*.

Vers. 11. Ἔνθεν ὁ χῶρος) Ait Callimachus eum Arcadiae locum, ubi Iuppiter natus, nullis mulieribus, aut animalibus reptilibus adire licuisse, quod certissimum nempe divinitatis indicium esset. Quo pertinet locus Pausaniae, quem Frischlinus adlegat.

Vers. 14 Ὠγύγιον) Apud Dionysium de situ orbis Ὠγυγίη Τύρος, antiqua Tyrus, pro quo Virgilius dixit,

Vrbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni.

Et Hesychius Ὠγύγια τέχνη exponit τὰ ἀρχαῖα.

Vers. 17. ᾧ κε τόκοιο Λύματα χυτλώσαιτο.) Solebant quondam partum e matris utero prodeuntem aqua abluere. Moris eius quoque apud hunc nostrum auctorem vestigium, hymno in Delum:

——— Οἶδα καὶ ἄλλας
Λουσαμένας ἐτ' ἐμεῖο λεχωΐδας.

Ita malim legere, quam ἀτ' ἐμεῖο. Apud Lucianum quoque τραγοποδάγρᾳ.

Ὅτε γὰρ λαγόνων σε τεκούσα
Μοῖρα, Κλωθώ τοτ' ἔλυσεν.

Ennius Andromeda apud Nonium in Lavit: *Nam ubi introducta est, puerumque, ut lavent, locant in clipeo*. Vas in quo Latini abluebantur, Latinis *labrum*, *labellum*, & *alveum* adpellatum. Isidor. Orig. lib. xx. cap. vi. *Labrum vocatum, eo quod in eo lavationem solitum est fieri infantum, cuius diminutum labellum. Idem & alveo, quod in eo ablutionem fieri solitum sit.*

Vers. 18. Οὐδ' Ἐρύμανθος) Erymanthus & mons Arcadiae erat, & fluvius, in Alpheum defluens, ut ait Plinius lib. iv. cap. vi. Callimachus de fluvio hic agit.

Vers. 21. Ὅτ' ἐλύσατο μίτρην) Observandum autem est in his verbis moris antiqui vestigium: nam apud veteres zona cinctae erant virgines, quam novus maritus solvebat; inde istud apud Musaeum,

Ὣς ἡ μὲν ταῦτ' εἶπεν, ὁ δ' αὐτίκα λύσατο μίτρην.

Homer. Odyss. λ'.

Λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην, κατὰ δ' ὕπνον ἔχευεν.

Theocr. Idyll. xix.

Λῦσε δὲ οἱ μίτρην.

Arnob. lib. iii. *Virginalia vincula iam fervientes dissolverent, atque imminentes mariti:* occurrunt exempla passim in hanc rem. Deinde aliam quoque zonam mulieres gestabant, quam solvebant, quum primum parriturae essent. Habemus hoc loco vestigium, & apud Martialem Apophoret. cxlix.

Longa satis nunc sum, dulci sed pondere venter
Si tumeat, fiam tunc tibi zona brevis.

Itaque bis solvebatur zona; semel virgini in primo cum marito concubitu; iterum mulieri sub primi partus tempus. De utraque solutione elegans est locus Apollonii Argonaut. lib. i.

——— ᾧ ἔτι πολλὴν
Ἀγλαΐην καὶ κῦδος ἔχον πάρος,
ᾧ ἔπι μούνῳ
Μίτρην πρῶτον ἔλυσα καὶ ὕστατον.

& Athenis templum Dianae erat τῆς Λυσιζώνου. Cui & a maritis, & a patribus futuris sacra fiebant, ut testatur Scholiastes Apollonii.

Vers. 48. Λίκνῳ ἐνὶ χρυσέῳ) Innuens antiquum morem, quippe veteres pueros in ventilabris cunarum vice reponebant ominis boni caussa, ut & divites essent, & ut liberos quoque ipsi aliquando procrearent. Qua de re est elegans locus apud Auctorem Etymologici, in verbo λίκνον. Viri militares in clipeo deponebantur cum voto, nim. ut strenui & fortes evaderent. Sic de Hercule apud Theocrit. Idyll. xxiv.

Χάλκειον κατέθηκεν ἐπ' ἀσπίδα.

Sic apud Ennium Andromeda in fragmentis apud Nonium: *Nam ubi introductum est, puerumque ut laverent locant in clipeo.*

Ibid. Σὺ δ' ἐθήσαο πίονα μαζὸν) θῆσαι teste Hesychio est θρέψαι, θηλάσαι, alere, nutrire, unde voce media θήλασθαι & θηλάσαι, sugere lac: sic apud Homer. Iliados ultimo de Hectore;

Γυναῖκά τε θήσατο μαζόν.

Vers. 49. Αἰγὸς Ἀμαλθείης] De capra Amaltheae nymphae notum fabulari poetas hanc ubera Iovi praebuisse. inde Aratus:

Αἴξ ἱερή, τὴν μέν τε λόγος διὰ μαζὸν ἐπισχεῖν.

Germanicus in Arateis:

——— *illa putatur*
Nutrix esse Iovis, si vere Iuppiter infans
Vbera Cretaeae mulsit fidissima caprae:

Si-

Digitized by Google

Sidera, quae claro gratum testatur alumnum. Hanc capellam postea mortuam inter sidera relatam ferunt, ac Iovem eius corio pro scuto usum in pugna adversus Titanes, unde & αἰγίοχος passim dicitur.

Vers. 52. Πρύλις) Cypriorum lingua saltatio armata dicebatur, quae alias πυῤῥίχη. Id ex Aristotele tradit Scholiastes Pindari Od. II. Ἀριστοτέλης, inquit, πρῶτον Ἀχιλλέα ἐπὶ τῇ τοῦ Πατρόκλου πυρᾷ τῇ πυῤῥίχῃ φησὶ κεχρῆσθαι, ἣν παρὰ Κυπρίοις φησὶ πρύλιν λέγεσθαι. Sane πρύλιν Hesychius quoque πυῤῥίχην interpretatur. Pyrricha vero saltatio apud veteres nobilissima erat, memineruntque eius auctores plurimi. De ea universa prolixe a me dictum in libro proprio de saltationibus veterum.

Vers. 57. Παιδνὸς) est puer, ut apud Homer. Odyss. Φ'.

Τῶν ἕνεκ' ἐξεσίην πολλὴν ὁδὸν ἦλυθ' Ὀδυσσεὺς
Παιδνὸς ἐών.

Vbi ab Eustathio παιδνὸς dicitur esse a παίζω, & ponitur pro παῖς. Hesychius ait παιδνὸν dici, qui excessit e pueris, & ab Atticis vocatur ἀντίπαις. Interdum etiam est puerilis, & item stultus, vecors, insipiens, puerorum instar. Dicit Iovem adhuc puerum omnia perfecta, & adulto digna, agitasse. Talis quoque erat Iulianus Caesar, de quo Ammianus, *virtute senior, quam aetate.* Talis Piso, de quo Silius Italicus:

Ore puer, puerique habitu, sed corde sagaci
Aequabat senium.

Atque huc pertinet illud Plauti:

Ingenio, non aetate apiscitur sapientia.

Vers. 68. Θῆκαο δ' οἰωνὸν) Proprie οἰωνὸς dici putatur de avibus maioribus & carnivoris. Sic apud Homer. Iliad. α'.

—— αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν,
Οἰωνοῖσί τε πᾶσι.

Et Odyss. γ'.

Τόνγε κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατέδαψαν.

Callimachus hic pro maioribus avibus ponit, nam aquilam intelligit. Sic & apud Virgil.

Heu terra ignota canibus data praeda Latinis,
Alitibusque iaces.

Iliad. ρ'.

Τρώων κορέει κύνας ἠδ' οἰωνούς.

Ibid. ὑπέροχον) Quippe cui regnum in reliquas aves tributum fingatur. Horat. lib. IV. Od. IV.

Qualem ministrum fulminis alitem,
Cui rex deorum regnum in aves vagas
Permisit.

Inde & οἰωνῶν βασιλῆα dicit Pindar. Olymp. Od. XIII. οἰωνῶν ἀρχὸν Pythion. Od. I.

Ibid. ἀγγελιώτην] pro ἄγγελος. Sic apud Musaeum in initio poematis.

Ἥρως νυκτιγάμοιο γαμοστόλων ἀγγελιώτην.

Novum est nec veteri ulli usitatum, quod Aretas in Apocalypsin dicit: ἀγγελιώτις τάξις, pro ἀγγελική. ἀγγελιώτην dicit, quia, ut fabulantur veteres, haec Iovis de gigantibus victoriam ceteris diis nuntiaverit.

Vers. 72. Ὀλίζοσι) ὀλίζων, ut Eustathius, docet Ionicum est, & Doricum pro ὀλίγος. Stephan de urbib. Thessalorum esse vocabulum tradit & inde Olizonem apud illos urbem dici, quia parva admodum esset.

Vers. 82. Ἄκρης ἐν πτολίεσσιν ἐπόψιος] Ἐπόψιος invenitur & in Hesychii glossis, & apud Antoninum Liberalem Metam. cap. VI.

IN APOLLINEM.

Vers. 3. Τὰ θύρετρα) utitur eo vocabulo etiam Xenophon de expedit. Cyri lib. V. alii volunt θύρετρον proprie limen dici. Hinc vox ἀντιθύρετρος apud Nonium.

Vers. 5. Ὁ δὲ κύκνος ἐν ἠέρι καλὸν ἀείδει) Quia Apollini haec avis sacra. Caussam Cicer. Tuscul. I. *Cygni non sine caussa Apollini dicati sunt; sed quod ab eo divinationem habere videantur, qua providentes quid in morte bonum sit, cum cantu, & voluptate moriantur.* De cygnorum vero morte imminente cantu, quem ibi refert Cicero, est Martialis etiam locus lib. XIII.

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus funeris ipse sui.

Vers. 12. κίθαριν] Ammonius in libello de differentiis vocum tradit differre κίθαριν & κιθάραν: quod κίθαρις sit lyra, unde κιθαρισταὶ lyricines: κιθάρα vero cithara, unde κιθαρῳδοὶ, qui cithara canerent.

Vers. 13. ἔχειν] scil. χρή. Istis verbis Φοίβου ἐπιδημήσαντος, exprimit nomen huius, de quo agit, Apollinis festi, quod Ἀπόλλωνος ἐπιδημία dicebatur. Occurrit apud Procopium in epistola quadam: οὐδὲ γὰρ οἱ Δελφοὶ ὅλως αὐτῶν ἀπεῖναι τὸν Πύθιον ἕλοιντο, εἰ καὶ παρόντος εὐθὺς ἑορτὴν ἄγουσι τὴν ΕΠΙΔΗΜΙΑΝ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ.

Vers. 14. Πολιήν τε) πολιὰ Graecis simpliciter dicitur pro πολιὰ θρίξ. Quemadmodum apud Latinos *cani*, pro cani capilli.

Vers. 17. Εὐφημεῖτ' ἀΐοντες] In sacris est *favere linguis*, ut hic, quod plerumque a circumstante corona exigebatur per praeconem. Aristophanes in Nubibus:

Εὐφημεῖν χρὴ, καὶ πρεσβύτην τῆς εὐχῆς ὑπακούειν.

Homer. Iliad. IX.

Φέρτε δὲ χερσὶν ὕδωρ, εὐφημῆσαί τε κέλεσθε,
Ὄφρα Διὶ Κρονίδῃ ἀρησόμεθ'.

Fiebat autem id cum summo silentio. unde Suidas εὐφημεῖν pro σιωπᾷν quoque accipi interdum tradit.

Vers. 35. Πυθῶνί κε τεκμήραιο) Adludit ad statuam eius auream, & donaria in templum Delphicum ex toto terrarum orbe collata, de quibus videndus Pausanias Phocicis.

Vers. 40. Πανάκειαν) Πανάκεια est herba quaedam, ita dicta quod omnibus morbis mederetur: unde potens dicitur a Lucano lib. IX.

Et Panacea potens, & Thessala Centaurea.

Tribuit autem Apollini panaceam, quia medicinae inventor putabatur. Sic Callimachus noster paulo post:

———— ἐκ δέ νυ Φοίβου
Ἰητροὶ δεδάασιν ἀνάβλησιν θανάτοιο.

Vers. 41. Ἀκήριος) compositum ex α & κὴρ quod contractum est pro κέαρ i. e. corde carens, exanimis, ut in istis Homeri Iliad. η'.

Ἥμενοι αὖθι ἕκαστοι ἀκήριοι.

& Iliad. λ'.

—— ὃ ἀκήριον αἶψα τίθησιν.

Et Iliad. Υ.

Οὔτε

Οὔτε τινὰ θεὸς ἴσχει ἀκήριον.
vel componitur α & κὴρ i. e. fatum, immortalis, fato non obnoxius, ut h. l. Callimachus, & Phocylides:

Ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.
Nicander posuit etiam activa significatione, pro non exitialis, non letifer.

Vers. 45. Φοίβου] Φοῖβος est purus, interdum μαντικὸς, ut apud Homer. Φοῖβος Ἀπόλλων. Id imitati Latini Poetae dixerunt *Phoebus Apollo*. Alii id cognomen esse volunt ab avia Phoebe. Hinc Φοιβόληπτος, Phoebi numine adflatus, pro quo Φοιβόλαμπτος Ionice dicitur apud Herodotum.

Vers. 78. Θῆκε θελεσφορίην ἐπετήσιον] Festum quoque anniversarium Apollini Carneo institutum dicit poeta, Κάρνεια innuens; nam hoc festo isti nomen erat. Istud Spartae primum institutum Olymp. XXVI. ut docet Athenaeus lib. XIV. Celebrari autem incipiebat die septimo mensis inde Carnei dicti, ut videre est apud Plutarch. Sympos. lib. VIII. Problem. I. Erat autem ineunte hieme, ut observare licet apud Thucydidem lib. VI.

Vers. 92. Βοῶν Σίνιν) Σίνις fuit latro quidam, qui & πιτυοκάμπτης cognomento dictus fuit, quod viatores a se devictos ad pinus in terram a se flexas adligaret & distraheret, ipsarum arborum verticibus sursum redeuntibus; de quo videndus Euripides in Hippolyto, & Pausanias in Corinthiacis & Apollodorus lib. III Hunc Theseus occidit, ut refert Plutarchus in eius vita. Meminit eius Ovidius Metam. VII.

Occidit ille Sinis, magnis male viribus usus,
Qui poterat curvare trabes, & agebat ab alto
Ad terram late sparsuras corpora pinus.

Ab hoc Sinide quilibet noxius & damna alicui inferens, adpellative Σίνις postea nuncupatus. Sic apud Aristot. Rhet. III. Sciron insignis latro, dicitur Σίνις ἀνὴρ, *vir noxius*.

Vers. 94. Ὀφέλισμα) vox Aeolica. Occurrit etiam apud Orpheum, & Oppianum.

Vers. 110. φορέουσι Μέλισσαι) Origo nominis a Melissa, filia Melissei, Cretensium regis, ut refert ex Didymo Lactantius lib. I. capit. XXII. Ab ea ratione apud Latinos quoque veteres vas vinarium Bonae deae, quae cum Cerere plane eadem, sacris inferri solitum, *mellarium* adpellabatur. de quo est apud Macrob. Saturnal. lib. I. cap. XII.

IN DIANAM.

Vers. 126. Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ' υἱάσιν] Hoc ideo dicit Callimachus, quia mos veteribus in funere comam tondere, & mortuo iniicere. Hinc illud Ovidii in epistol.

Non mihi te licuit lacrimis perfundere iustis;
In tua nec tonsas ferre sepulcra comas.

Apud Statium Thebaid. VI.

At genitor sceptrique decus, cultusque Tonantis
Iniicit ipse rogis, tergoque & pectore fusam
Caesariem ferro minuit.

IN DELUM.

Vers. 2. Κουροτρόφον] Vox est proprie Attica, ut tradit Pollux; estque iuvenum nutritor. Saepe occurrit apud Homerum & Hesiodum. Callimachus hic vocat Delum, non simpliciter κουροτρόφον; sed Apollinis, id est, quae Apollinem puerum nutrivit, in qua Apollo sit educatus.

Vers. 31. Ἄορι τριγλώχινι] Vulcanius putat Neptunum hic significari, & eius tridentem: sed toto erat caelo: vocat ensem tricuspidem, fulmen trisulcum, quod ideo fictum, quia tria essent fulminum genera, ἀργῆτες, ψολόεντες, & καταιβάται. Vid. Arist. lib. de mundo. Alii ideo factum volunt, quod tres essent qualitates & effectus fulminis. Videndus Sextus Pompeius in voc. *manubiae* & *trisulcum fulgur*.

IN LAVACRUM PALLADIS.

Vers. 6. Λαγόνων] λαγὼν proprie dicitur lateris cavitas laxior, & exossis. Ilia Latini dicunt. παρὰ τὸ λέγειν ἐκεῖ τὰ ὀστώδη πλευρὰ, ut vult Eustathius.

Vers. 19. 20. Οὐδὲ Σιμόεντος ἔβλεψεν δίναν] Apud veteres, pastores & dii agrestes saepissime introducuntur in fluminibus se, speculorum vice, contemplari. Ovid. Metam. XIII.

Certe ego me novi, liquidaeque in imagine vidi
Nuper aquae, placuitque mihi mea forma videnti.

Nemesianus Eclog. II.

Quin etiam fontis speculo me mane notavi.

Duo autem apud veteres speculorum erant genera, quae *Uda* & *Suda* vocat Apuleius in Apologia, quae utraque hic complectitur Callimachus.

Vers. 71. Ἵππω ἐπὶ κράνᾳ] Ut hic Ἵππου κρήνην Callimachus, ita fontem caballinum dixit Persius:

Nec fonte labra prolui caballino.

Credebant autem veteres, qui ex fonte hoc bibissent, eos statim poetas fieri.

Vers. 92. Φάεα] Φάεα pro oculis ponunt poetae, ut *lumina* Latini. Sic apud Poetam.

Olli supremo clauduntur lumina somno.

Vers. 125. Πολλὰ δὲ Βοιωτοῖσι θεοπρόπα] Θεοπρόπος proprie est, deum decens; quasi ὁ τῷ θεῷ πρέπων. Saepe etiam accipitur pro divinus, vates; vel θεοπρόπος dicitur quoque, qui ad consulendum oraculum mittitur: unde θεοπροπία & θεοπρόπιον, oraculum, vaticinium, idem quod μαντεῖον.

FINIS.

ADNO-

Digitized by Google

ADNOTATIONES IN APVLEII APOLOGIAM.

VIRO CLARISSIMO

SCIPIONI GENTILI I. C.

IN ACADEMIA NORICA PROFESSORI PRIMARIO.

IOANNES MEVRSIVS S. D.

APuleii Apologiam, V. Cl. ut morem tibi gererem, his diebus percurri; & paucula haec loca viſa mihi non ſine mendo. Conatus ſum emendare; & fortaſſe effeci, quod volui. Ne tamen nimium mihi fidere videar, iudicium tuum ad partes voco, nec, puto, ſubterfugies cenſuram. Si quae diſplicebunt, ſpongiam experiantur. Adfirmo tibi, ferent tam libenter, tam fortiter, quam olim Aiax ille Auguſti. Cetera nominis ſe tui auctoritate adverſus invidiam ac calumniam tuebuntur. Maius aliquid adferre ad te debebam, ſed ignoſces: quippe homo peregrinus, procul a libris, & deſultoris in modum vivens, aliud non habui. Dicam iſtius Graeculi verbis, *καὶ τὴν σὴν τύχlω, ἁ πλέον εἶχον, πλέον ἐδίδυν*. Hoc ipſum tamen, qualecumque id demum eſt, ſat ſcio, interpretando magnum faciet tua iſta inſignis humanitas, quam veluti inſertam, pulcerrimam reliquarum virtutum tuarum amo atque aeſtimo. Non ſatis eam praedico, nec pro tuo merito, nec pro animi mei ſententia, ſed alias fortaſſis maior erit commoditas. Interim exiguo hoc litterario munuſculo mactus eſto. Altorphii Noricorum, poſtrid. Non. Iun. cIↄ. Iↄ c. VII.

Pag. 28. *Cuius magnitudo vel minimam reprehenſionem proximam crimini adſpernatur*) In vet. Cod. erat. *proximo crimine*. Id quod rectum pro *obvio* atque *manifeſto*. Sic infra dicit, *proxima humanitate*, Claudium Maximum adloquens: *Nae tu, Claudi Maxime, nimis patiens vir es, & oppido proxima humanitate*. Vanus ergo conatus V. Cl. Iuſti Lipſii reſcribentis, *pro ſummo crimine*.

Pag. 29. *Bonus & innoxius quiſque rudes & imperitas aures ad male audiendum habens*) Rectum eſt illud a MS. *imparatas aures*. quod cur mutaretur, cauſſae nihil erat. *Imparatus* pro *Rudi* & *Imperito* eo aevo accipiebatur: & invenire eſt apud Arnobium noſtrum non ſemel, adnotavimuſque id iam olim in Critico.

Pag 47. 48. *Quid ni? Crimen haud contemnendum Philoſopho, nihil in ſe ſordium ſinere*) In Codd. Rom. & Ven. erat. *Quid in*. Reſcribo: *Quid? an crimen haud c. p.*

Pag. 49. *Nam quod ore eſt amplo, ſed elingui, & plerumque in aqua recluſo, multae hirundines dentibus implectuntur*) Non contemnenda eſt lectio codd. Rom. & Ven. *dentib. amplectuntur*, quod paſſive accipiendum. Notum enim veteres haec talia promiſcue extuliſſe active & paſſive.

Pag. 57. *Num ergo haec ſunt crimina mea? & nomine erratis, qui me magiae detuliſtis?*) Cenſeo reſcribendum, *& numne erratis*.

Pag 69. *Et ne plures commemorem, noviſſimum verſum eius de Dione Syracuſano ſi dixero, finem faciam*) In Baſ. cod. erat *pleris*. Scribo *pleros*. Ne pleroſque, inquit, qui tales ſunt, commemorem, ultimum tantum dicam de Dione. Reſtitui vocem genuinam eiectam iniuria ſciolorum librariorum.

Pag. 78. *Quippe eius amore non amoenum & laſcivum, ſed contra incomtum & ſerium pulcritudine honeſtatis virtutis amatorib. ſuis conciliare*) Valde turbat hic locus, & deeſſe vocem cenſet V. Cl. Iſaacus Caſaubonus. Ego ſic reſtituendum autumo: *Quippe cum amorem non a. &c.* Haec eſt nimirum ſententia Madaurenſis iſtius philoſophi. Eum (ſ. amorem Veneris caeleſtis) amatorib ſuis virtutis pulcritudine praeditis, & honeſtatis, non amorem amoenum ac laſcivum conciliare, ſed vero ſerium ac incomitum. Tò *honeſtatis* valet *ornatis*, ne quis genitivum eſſe putet nominis ſubſtantivi, ut loquuntur Grammatici. Diſplicet porro *τὸ incomtum* Caſaubono, *incorruptum* vero reponit. Quod pace eius liceat, diſſentio etiam hic. In Codd. Rom. Ven. & Baſ. exaratum fuit *incomitum*. Quod profecto rectum, & eſt *ἀρχαϊσμός*. *Comitum* pro *comtum*, ut *Teritum* pro *Tritum* Talia non pauca obſervavimus & notavimus olim ad Catonem de Re Ruſt.

Pag. 86. *Tantum praeſtat imaginis artibus ad ſimilitudinem referendum laevitas illa ſpeculi fabra*) Si quid iudico, luxatus eſt locus, & reſtituendus hoc modo: *Tantum praeſtat artibus, imaginis ad ſimilitudinem referendum, laevitas i. ſ. f.* Miror haec hactenus ſatisfeciſſe terſiſſimis auribus magnorum Criticorum.

Pag.

Pag. 97. *Profectae a nobis imagines, velut quaedam exsuviae, iugi fluore a corporibus manantes*] Corrigendus per occasionem Lucretii locus est, e quo hic Apuleii adumbratus lib. IV.

Et quamvis subito, quovis in tempore quamque
Rem contra speculum ponas, adparet imago:
Perpetuo fluere ut noscas e corpore summo
Texturas rerum tenues, tenueisque figuras.

Casaubonus quoque mendum censet, & probo: sed *extutas* lego ad ductum litterarum. *Extutae* pro *Exdutae*: Nam ut notum, librarii *d* & *t* inter se commutant plerumque, nullo discrimine. Iam *exdutas* dixisse veteres, quae posteriores Exuvias, ex Festi Schedis accipimus.

Pag. 109. *Venit Apuleius Oeam cum uno servo. dein, pauculis verbis intergarritis. Apuleius Oeae una die treis manumisit*] Non est nauci haec lectio, prae illa MS. *p. verbis interrogatis*. dixit Apuleius *Interrogare* pro *Interiicere*, qua forma usitatum *Subrogare* pro *subiicere, substituere*. Sic nimirum egerunt cum optimis quibusque auctoribus pessimi illi scioli, librarios dico, interpolantes pro libitu, quidquid non intellectum satis, vel auribus istis asininis insolens.

Pag. 110. *M. autem Cato nihil oppertus, ut alii de se praedicarent*] Codd. Rom. Ven. Ald. *nihil opertuit*. Facile est inde veram lectionem eruere: *nihil operivit*. Veteres *Operio* & *Operior* indifferenter protulerunt, ut plurima alia ad illam faciem.

Pag. 115. *Aemula laudis, adversum divitias possessa, habitu secura*] Lipsius legit *Aemula lautis, adversum divitias possessu h. s.* Casaubonus: *adversum divitiis professa h s.* adversam. Ego existimo legendum, *adversa divitiis possessu*. Iudicabit Lector.

Pag. 116. *Haec & alia flagitia divitiarum alumni sunt*] Non recte faciunt, qui reprobant lectionem quatuor Codd. Rom. Ven. Ald. Bas. *alumni solent*. Est elliptica loquutio, & elegans.

Pag. 120. *Sunt enim similiter etiam in ista vitae humanae tempestate levia substentatui, gravia demersui*] In MS. erat *substenta*. In Ald. cod. *substentam*. Indicium habeo ad veram lectionem quae est: *levia substentae, gravia d.* Apuleio *Substenta* verbulum est, sicuti *Contenta* Arnobio, *Remissa* Cypriano, *Deducta* Ciceroni, *Condita* Censorino. Vide Critici nostri Arnobiani lib. IV. cap. X.

Ibid. *Multis servis a sese remotis solitatem detegit*] In MS. exaratum fuit *solitarem d.* Quod profecto retinerem, si historia modo faveret, & esset *Solitaris* pro *Unico*. Sic in sequentibus. Arbores plurimas & frugiferas prae uno baculo sprevit. Villas ornatissimas una perula mutavit.

Pag. 121. *Hae tibi ut quaedam mendicabula animi sordent*] Nuper in Mantissa ad Librum De Luxu Romanorum censui corrigendum: *ut mendicabula nimis sordent*. Nunc video ante me ita fecisse . . . . & Casaubonum, quibus libens rescribo, contentus tantae auctoritatis adprobatione, qua merito gaudeo.

Pag. 137. *Apud virum severum, & totius provinciae negociis occupatum*] In MS. erat, & totius *seviciciae provinciae neg. o.* Latet sine dubio mendum, divinabam corrigendum: *& totius denique provinciae*. Qui bene animum advertet, videbit quam minime a litterarum ductu discessisse.

Pag. 217. *Quod si magnum putarem, caducum deiicere*] Scripserim libens; *Quod si magicum p.*

Pag. 287. *Nam equidem haec fabra tecum hesterna die animadverti satis notabiliter in medio foro, tibi Aemiliane obructantem*] Hic locus est, qui insigniter exercuit ingenia virorum in his litteris maximorum: & pro *haec fabra tecum* restituit Lipsius, *haec fabricantem*, probat Casaubonus, ita tamen ut neque damnet suas coniecturas, *banc fabram technam*: vel *haec fabra tecum fabricantem*, adiecta integra dictione. Fulvius Ursinus vellet: *hac hora tecum*. Ego legendum existimo: *Nam equidem hunc fanaticum hesterna d.* arbitrabitur aequus lector.

